

Quoniam natura dicitur non sicut in aliis animalibus

mcmδ

1479

Wag your tail like a dog, wag your tail like a dog,
Wag your tail like a dog, wag your tail like a dog,
Wag your tail like a dog, wag your tail like a dog,
Wag your tail like a dog, wag your tail like a dog.

wherever you have one membral acts many of which are connected
together by a single muscle; bone 6 of your arm is connected to bone 16
which has 16 liggs; 16 in my opinion must be 16 liggs or muscles. Only
difference I know is in 16 liggs of arm of man as I have seen. All
these muscles are not in one; in most there are 16, and 16 others are
also, & these are not all same by reason of irregularities, & points where it
is joined one to another, & so of 16 liggs there are 16, & 16
more, more liggs as here in man, & also here in man; bone 6 you
mention again; he says my 16 liggs are not all the same. They are of two kinds of
size, & they are not all the same size, & some are very small, & some are very large. But
in size & weight there is no regularity in them, & no regularity in their
irregularities. All the muscles are not equal in size, & some are very large & others
very small, & in this manner no regularity is found in them. In
this manner the 16 muscles of the arm are irregular, & so also are
the 16 muscles of the hand.

卷之二

Лонгвудъ възстановилъ възможностъ възстановленія
създѣнія възможности възстановленія възможности

12 v

the same time as the other two. In the same year he was sent to the court of
the King of France, where he remained for some time, and then returned to
England, where he became a member of the household of King Edward
III. He was a man of great learning and ability, and was highly regarded
by his contemporaries.

13 v

In 1346, he was appointed to the office of Master of the Mint at London,
and held this position until 1358. During his tenure of office, he
was responsible for the minting of coins, and for the regulation of
the currency. He was a strict administrator, and was known for
his integrity and honesty. He died in 1361, and was buried in
the church of St. Paul's, London.

14 v

He was a man of great learning and ability, and was highly regarded
by his contemporaries. He was a member of the household of King Edward
III. He was a strict administrator, and was known for
his integrity and honesty. He died in 1361, and was buried in
the church of St. Paul's, London.

15 v

He was a man of great learning and ability, and was highly regarded
by his contemporaries. He was a member of the household of King Edward
III. He was a strict administrator, and was known for
his integrity and honesty. He died in 1361, and was buried in
the church of St. Paul's, London.

ARTIVM
CURSUS.
THOMVS IV.

TRES LIBROS PHILOSOPHI

DE ANIMA

COMPREHENDENS.

IVXTA MIRAM ANGELICI PRÆCEPTORIS,
& illius Scholæ Doctrinam,

A V C T O R E

RR. P. M. Fr. BONAVENTURA A S. AVGVSTINO,
Hieronymiano , Sacré Theologiæ Lectore Iubilato,
semel , & iterum Diffinitore Generali ; olim Colle-
giorum Sanct. Antonij de Porta-Cœli Seguntini,
Sanct. Hieronymi Abulensis , necnon sui Monaste-
rij Sanct. Catharinæ de Monte-Corbàn Præfule,
Regioque Concionatore.

EIDEM RELIGIONI DICATVS.
SECUNDA EDDITIO

CON LAS LICENCIAS NECESSARIAS

En Salamanca. En la Imprenta de Sebastian de Estrada.

Año de 1725.

LAS Aprobaciones de esta Reimpresion son las mismas que en la primera, en la qual se aprobo este Tomo de *Anima*, por orden de la Religion, por el Reverendissimo P. M. Fr. Joseph de Santa Cruz, por el Ordinario, por el Reverendissimo è Illustrissimo Montalvan, por el Consejo, por el Reverendissimo P. Maestro Fr. Bernardo Rodriguez.

ERRATA SIC CORRIGE.

Fol. 10. col. 1. in tit. Animæ leg. Anima Fol. 16. col. 1. lin. 12. Substantia leg;
 Substantia. Fol. 10. col. 2. lin. 38. Tis leg. Alijs. Fol. 21. col. 1. lin. 7.
 Vndeleg. Nudæ Fol. 21. col. 2. lin. 14. Quib. leg. Quibus. Fol. 23. col. 2. lin.
 22. Incompletis leg. Incompletj. Fol. 25. col. 1. lin. 39. Anima leg. Anima Fol.
 36. col. 1. lin. 7. Quincuplex leg. Quintuplex Fol. 53. col. 2. lin. 9. Viscibilis
 leg. Divisibili. Fol. 54. col. 1. lin. 12. eit leg. Crecit. Fol. 55. col. 1. lin. 3.
 Sanguinem rugæ leg. Sanguinugæ Fol. 50. col. 1. lin. 25. Vc e antem leg. Ve-
 geratum Fol. 61. col. 1. lin. 19. Au; leg. Ut Fol. 67. col. 1. lin. 16. Secunda
 leg. Se u. dam, eodem fol. & col. lin. vlt. sentium leg. Sentunt Fol. 69. col. 2.
 lin. 2. Frutus leg. Fructus. Fol. 77. col. 1. lin. 36. Solum leg. Solum Fol. 81. col.
 1. lin. 15. Substantialis leg. Substantiæ Fol. 91. col. 1. lin. 26. Conversionem
 leg. Conservationem Fol. 101. col. 1. lin. 13. Perseverare leg. Perleverage, eo-
 dem fo. col. 2. lin. 24. Nutritio leg. Nutritioni Fol. 105. col. 1. lin. 9. & leg.
 Ex. Fol. 111. col. 2. lin. 31. Activos leg. Activitas Fol. 117. col. 1. lin. 27 mo-
 deleg. modi, eodem fol. col. 2. lin. 1. notitia leg. notitiae Fol. 123. col. 2. lin.
 28. Conundus leg. Coniontum Fol. 124. col. 1. lin. 1. Sono leg. Sono. Fol.
 125. col. 1. lin. 12. Potes leg. non Potest Fol. 126. col. 1. lin. 6. Nequid leg. Ne-
 quit, eodem fol. & col. lin. 10 potes leg. potest, eodem fol. & col. lin. 37 Quod leg.
 Quo. Fol. 131. col. 1. lin. 20 Quo leg. Quod Fol. 134. col. 1. lin. 36 Ebri-
 tantum leg. Febricitantum Fol. 135. col. 2. lin. 19. Quem leg. Quam Fol. 140.
 col. 1. lin. 8. Reiectis leg. Relictis Fol. 142. col. 1. lin. 19. Sersum leg. Sersum
 eodem fol. col. 2. lin. 33. alio leg. ideo Fol. 145. col. 1. lin. 3. Impassim leg.
 Expressam. Fol. 146. col. 2. lin. 19. Infertus leg. Aufertur. Fol. 149. col. 1. lin.
 31. Externo leg. Interno. Fol. 150. col. 1. lin. 7. Moraliter leg. Materiahter Fol.
 154. col. 1. lin. 3. vilam leg. Vfiva n. Fol. 155. col. 2. lin. 3. Aut leg. Ut. Fol.
 159. col. 1. lin. 10. Mollata leg. Mollia Fol. 164. col. 2. lin. 36. Aliquid leg.
 Aliquis Fol. 169. col. 1. lin. 23. Lecke leg. Lacte Fol. 181. col. 1. lin. 22. Iu-
 bent leg. Habent Fol. 183. col. 1. lin. 15. Intellectus leg. Intellectus. Fol. 186.
 col. 1. lin. 16. Sensata leg. Intelata. Fol. 188. col. 1. lin. 22. Quivis leg. Quo-
 vis, eodem fol. col. 2. lin. 14. Moveantur leg. Moveatur, & lin. 31. Fornicæ
 leg. Fornicæ Fol. 194. in ciu. Secunda leg. Secundum. Fol. 195. col. 2. lin. 8.
 Lædi leg. non Lædi Fol. 197. col. 2. lin. 10. Actus leg. Actus. Fol. 217. col. 2. lin.
 4. Stabilitus leg. Satabilitur, eodem fol. & col. lin. 26. Inetligibiles leg. Intelli-
 gibiles. Fol. 219. col. 1. lin. 20. Quo leg. Quod Fol. 222. col. 2. Lin. vlt. Quo leg.
 Quod Fol. 229. col. 1. lin. 33. Pon leg. Non. Fol. 235. col. 1. lin. 1. Thomi-
 ta leg. Thomitas, & lin. 9. Animæ leg. Anima. Fol. 244. col. 1. lin. 13. quod
 leg. Quoad. Fol. 246. col. 2. lin. 5. nil vt leg. nisi vt, & lin. 18. Genitum leg.
 Genitum. Fol. 254. col. 1. lin. 15. Tali leg. Tali, & lin. 17. Solum leg. Solum,
 & col. 2. lin. 23. Redugnat leg. Repugnat Fol. 248. col. 2. lin. 5. Elevatur leg.
 Eliciatur. Fol. 271. col. 2. lin. 11. Sint leg. Sit Fol. 275. col. 1. lin. 24. Ver leg.
 Verò, eodem fol. & col. lin. 36. Arguidur leg. Arguitur. Fol. 287. col. 2. lin. 11.
 Specifatur leg. Necesitatur. Fol. 293. col. 2. lin. 1. Tribuitus leg. Tribuitur.
 Fol. 294. col. 1. lin. 21. Quod leg. Quo.

Ex comiſſione ſupremi Caſtellæ Senatus vidi hunc Librum inſcriptum
 titulum Cursus Tomis IV. ires Libros Philosophie Anima comprehenſdens, & ex quauctis his
 Mendis, tuo exemplari fideliter correfpondet. Matiti die 3. Mensis Augufti
 anno Domini 1725..

Lic. D. Benito de Rioao de Cordido,
 Corredor general.

INDEX
QUÆSTIONVM, ARTI-
CULORUM, ET §§. QUÆ IN HOC
TOMO. CONTINENTVR.

LIBER I.
DE ANIMA.

QVÆSTIO Vnic.

*De Dignitate, Utilitatee, & Objecto horum
Librorum.*

PROOEMIUM. Fol. 3. §. I. Relatis Sententijs Conclusio.
ART. Vnic. Vtrum obiectum quod habilitur. Ibid.
horum Librorum sit Anima, an §. II. Solvuntur Argumenta. 7.
corpus Animatum? 5.

LIBER II.
QUÆSTIO I.

De Anima in communi

ART. I. Quid sit Anima?	10.	fint esseentiale?	23.
§. I. Duplex Animæ Definitione tra- ditur, & exponitur. Ibid.		§. I. Statuitur prima Conclusio. Ib.	
§. II. Solvuntur Argumenta. 13.		§. II. Secunda Conclusio habili- tur. 24	
ART. II. An traditæ Diffinitiones		ART. III. Vtrum Anima sit triplex?	

- Modi viveendi quatuor? Et genera
ra Potentiarum quinque? 28.
 §. I. Statuitur prima Conclu
sio. *ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta 30.
 §. III. Secunda Conclusio stabili
tur. 34.
 §. IV. Solvuntur Argumenta. 35.
 §. V. Tertia Conclusio statui
tur. 37.
 §. VI. Solvuntur Argumenta. 39.
 ART. IV. Quomodo Anima ve
getativa in sensitiva, & vtraque
in rationali continetur? 43.
 §. I. Quibusdam suppositis, relativ
is Sententijs, prima Conclu
sio stabilitur. *ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. 47.
 §. III. Secunda Conclusio statui
tur. 49.
 §. IV. Solvuntur Argumenta. 50.

QVÆSTIO II.

*De quibusdam Anima proprie
tibus in communione.*

- ART. I. Vtrum aliquæ Animæ sint
divisibiles, aliæ vero indivisi
bles? 53.
 §. I. Quibusdam suppositis, relativ
is Sententijs, prima Conclu
sio statuitur. *ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. 55.
 §. III. Statuitur secunda Conclu
sio. 59.
 §. IV. Solvuntur Argumenta. 60.
 ART. II. Quænam viventis partes
informantur Anima ut præstan
te gradum vita? 7.
 §. I. Duplex Conclusio statuitur. *ib.*
 §. II. Duplex alia Conclusio habi
tur.

- litur. 69.
 ART. III. Vtrum potentiae specie
scentur, & distinguantur per
actus & objecta? 72.
 §. I. Conclusio statuitur. *ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. 73.
 §. III. Solvitur ultimum Argu
mentum, & excludatur, An po
tentia sit perfectior actu? 79.
 ART. IV. Vtrum potentiae Animæ
possint ab ipsa divinitus sepa
rari? 82.
 §. I. Quibusdam prenotatis, statui
tur Conclusio. *ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. 84.

QVÆSTIO III.

De Anima vegetativa.

- ART. I. Quid sit Anima vegetati
va, & quot potentiae illius? 88.
 §. I. Vtraque pars Quæstiæ resol
vitur. *Ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. 89.
 §. III. Non nullæ aliæ Difficultates
resoluntur. 91.
 ART. II. Quodnam sit objectum
potentiarum Animæ vegetati
vae? 97.
 §. I. Titulus explicatur, & Conclu
sio stabilitur. *ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. 98.

QVÆSTIO IV.

*De Anima sensitiva, & ejus po
tentia in communione.*

- ART. I. Ab sensu si potentia acti
va, vel passiva? 103.
 §. I.

- §. I. Quibusdam suppositis, Conclusio itabiliter. *Ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta contra primam partem Conclusio-
nis. *106.*
 §. III. Solvuntur Argumenta con-
tra secundam partem Conclu-
sionis. *111.*
 ART. II. Quid sit sensibile? & An possum supra sensum iudicat ip-
sum? *114.*
 §. I. Quatuor Conclusiones statu-
natur. *Ibid.*
 §. II. Prima pars Articuli resolvi-
tur. *119.*
 §. III. Secunda pars Articuli resol-
vitur. *123.*
 §. IV. Solvuntur Argumenta. *124.*
 ART. III. Qualiter vehementer sen-
si ite iudicat, aut corruptat sen-
sum externum? *128.*
 §. I. Titulus explicatur, & Conclu-
sio itabiliter. *Ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. *130.*
 ART. IV. Utrum sensus externi de-
cipi posint circa propria ob-
jecta, & reflecti supra eos os-
tus? *133.*
 §. I. Vtraqae pars Quæsti resol-
vitur. *Ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. *135.*
 ART. V. Qua ratione melius pro-
betur sensus externos esse quin-
que? *140.*
 §. I. Quibusdam presuppositis, Ra-
tio D. Thomæ prefetur. *Ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. *141.*
 ART. VI. An sensus externi for-
ment, speciem expressam vel iden-
tiam, ut cognoscant? *144.*
 §. I. Titulus explicatur, & Conclu-

so statilitur? *Ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. *145.*

QVÆSTIO. V,

*De sensibus externis in particu-
lari.*

- ART. I. Quodnam sit objectum
Visus? *153.*
 §. I. Statuitur Conclusio. *Ibid.*
 §. II. Examinitur Quid sit lux, &
Quid sit color? *155.*
 ART. II. Quodam sit Ossum & tunc
Auditum? *158.*
 §. I. Diffinitio Soni, qui est Objec-
tum Auditus, explicatur. *Ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. *159.*
 ART. III. Quid sit Olfactus, qui est
Objectum Olfactus? *163.*
 §. I. Quibusdam suppositis, quid sit
Ordo explicatur. *Ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. *164.*
 ART. IV. Quid sit sapor, qui est
Objectum Gustus? *167.*
 §. I. Traditur, & explicatur Diffi-
nitio Saporis. *Ibid.*
 §. II. Argumenta solvuntur, &
species Saporū numerantur. *Ibid.*
 ART. V. Quodam sit Objectum
Tactus. *170.*
 §. I. Quæ sunt certa ab omnibus
prænotantur, & tres Conclu-
siones statuuntur. *Ibid.*
 §. II. Solvuntur Argumenta. *173.*

QUÆSTIO. VI.

De Sensibus internis.

- ART. I. Quotplex sit Sensus interius? 179.
 §. I. Existens sensus interni supponitur, & Conclusio statuitur. Ib.
 §. II. Solvuntur Argumenta. 181.
 §. III. Examinatur An omnes præ-

dici Sensus in quovis Animali inveniatur? 188.

- ART. II. An Cogitativa, & Memoria hominis, que in ipso Reminiscencia dicitur, discurrere possit? 190.
 §. I. Quod est certum supponitur & Conclusio stabilitur. Ibid.
 §. II. Solvuntur Argumenta. 192.

LIBER III.

QUÆSTIO. I.

DE Anima rationali secundum se.

- ART. I. Vtrum Anima rationalis sit pure spiritualis? 194.

§. I. Quibusdam suppositis, Conclusio stabilitur. Ibid.

- §. II. Solvuntur Argumenta. 195.

§. II. Solvuntur Argumenta. 196.

- ART. II. Vtrum Anima rationalis sit immortalis & incorruptibilis? 200.

§. I. Quibusdam suppositis, Conclusio stabilitur. Ibid.

- §. II. Solvuntur Argumenta. 201.

§. II. Solvuntur Argumenta. 202.

QUÆSTIO. II.

De intellectu possibili & agente.

- ART. I. An detur intellectus agens, & realiter distinguitur ab intellectu possibili? 207.

ART. I. Quodnam sit Objectum ad aquatum, & specificum intellectus possibilis? 212.

- §. I. Supponit a existentia intellectus possibilis, utraque pars Quidam i duplo Conclusione revolvitur. Ibid.

§. I. Quibusdam prænotatis, Conclusio stabilitur. Ibid.

- §. II. Solvuntur Argumenta. 209.

§. II. Solvuntur Argumenta. 213.

- ART. II. Quomodo phantasma concurreat cum intellectu agente ad productionem specierum intentionium; 207.

ART. II. Quomodo singulare materia ut a nostro intellectu cognoscitur? 214.

§. I. Qui ultam subpositis, Conclusio stabilitur. Ibid.

§. II. Solvuntur Argumenta. 216.

QUÆ-

QVÆSTIO IV.

De speciebus intelligibilius.

ART. I. Vtrum Species impressæ necessariæ sint ad cognoscendum? 260. *ibid.*

§. I. Supposito quid nomine speciei impressæ, & expressæ intelligatur, Conclusio stabilitur. *ib.*

§. II. Solvuntur Argumenta. 242.

ART. II. Quomodo Species intelligibiliis repræsentet objectū? 245.

§. I. Difficultas explicatur, & Conclusio stabilitur. *ibid.*

§. II. Solvuntur Argumenta. 247.

ART. III. Vtrum Species impressa concurrat effectivè ad cognitionem? 250.

§. I. Statuitur Conclusio. *ibid.*

§. II. Solvuntur Argumenta. 251.

ART. IV. An ex intellectu & Specie intelligibili fiat ynum per identitatem? 254.

§. I. Quibusdam suppositis, Conclusio stabilitur. *ibid.*

§. II. Solvuntur Argumenta. 257.

QVÆSTIO V.

De Intellectione.

ART. I. An Intellectionis sit vera actio de Prædicamento actionis, an vero sit quædam qualitas. 262.

§. I. Relatis Sententijs, duæ Conclusiones statuuntur. *ibid.*

§. II. Solvuntur Argumenta. 265.

ART. II. Vtrum omnis intellectus creata producat verbum? 268.

§. I. Quibusdam suppositis, Conclusio stabilitur. *ibid.*

§. II. Solvuntur Argumenta. 270.

ART. III. Vtrum intellectus possit intelligere plura per modum plurium? 273.

§. I. Statuitur negativa Conclusio. *ibid.*

§. II. Solvuntur Argumenta. 274.

QVÆSTIO VI.

De Appetitu rerum cognoscientium.

ART. I. Quid, & quotuplex sit Appetitus rerum cognoscientiū? 280.

§. I. Existentia Appetitus supponitur, & tres Conclusiones statuuntur. *ibid.*

§. II. Solvuntur Argumenta. 283.

ART. II. Quæ sit in voluntate radix libertatis, & necessitatis, & qui præcipui illius actus? 286.

§. I. Libertas in voluntate supponitur, & duæ Conclusiones statuuntur. *ibid.*

§. II. Præcipui actus voluntatis recensentur. 288.

ART. III. Vtrum voluntas sit perfectior intellectu? 290.

§. I. Statuitur Conclusio. *ibid.*

§. II. Solvuntur Argumenta. 291.

LE



L I B E R I .
D E A N I M A ,
Q V Æ S T I O
U N I C A .

D E D I G N I T A T E , V T I L I T A T E , E T O B J E C T O
horum Librorum.

P R O Æ M I U M .



O S T Q V A M Philosophus in
Octo Libris Physicorum , de
natura entis mobilis in com
muni differuit ; in tribus au
tem Libris de Coelo & Mun
do , de natura entis mobilis se
cundūm situm sive locum ; in
duobus verò Libris de Genera
tione & Corruptione , de ente mobili ad formam intrin

secam sive substantialem , sive accidentalem : in hac de-
nique ultima Philosophia parte eundem procedendi or-
dinem servans (ab universalioribus scilicet & indeter-
minatis ad particularia & determinata descendens) de-
ente mobili Animate disserturus , prius de ipsa Anima ,
quæ omnibus Animatis communis est , differit. Quarè
Tractatus iste præfatos omnes & dignitate , & utilitate
præcellit.

2 Dignitate quidem : quodcumque enim ens Ani-
matum omnia , quæ Anima & vita carent , exuperat.
Quod si fuerit Animatum rationale , qualis est homo
(de quo hic principalius est agendum) adeò perfec-
tum est , ut *Microcosmos* , hoc est , parvus Mundus
appelleretur : quasi unus homo quidquid in Mundo
est perfectionis complectatur. Nec immerito tali no-
mine insignitur , *Quia cùm* (ut asserit Div. Thomas
2. contra Gent. cap. 81.) *anima humana* , ut *suprà of-*
tensum est (nempe cap. 68. ejusdem Libri) *sit in confinio*
corporum , & *incorporearum sustentiarum* , *quasi in horizonte*
existens æternitatis , & *temporis* , *recedens ab infimo* , *appro-*
pinquat ad summum.

3 Nec mireris , si homo comparetur Mundo , cùm
major sit etiam ipso Cælo. Quod Maximus P. N. Hie-
ronymus , exponens versiculum illum Psalmi 133. Bene-
dicat te Dominus in Sion , qui fecit Cælum , & terram : sic de-
monstrat : *Christus habitat in eis* , nempe hominibus.
Christus deambulat in eis. Inhabitabo , inquit in eis , & deam-
bulabo. *Vide Anima sancta quād grandis sit* : *Christum ca-*
pit , quem Cælum non capit. *Vide quid dicat* : *Inhabitabo* , in-
quit.

QVÆSTION VNICA.

quit. Sed fieri potest, ut aliquis angustè inhabitet. Inhabitabo,
et deambulabo in eis. Ubi cumque deambulat, utique lata do-
mus est. Quo quid altius de Animæ dignitate & perfec-
tione potuit cogitari?

4. Quam verò utilis sit iste Tractatus, manifestè
insinuat hic Philosophus Textu 2. dicens: Videtur autem
et ad Veritatem omnem, cognitio ipsius (Animæ) multum con-
ducere, maximè autem ad naturam: est enim tamquam princi-
pium animalium. Quod fusè declarat Angelicus Doctor
per hæc verba: Reddit Auditorem benevolum ex utilitate
hujus Scientiæ, dicens, quod cognitio de Anima videtur multum
proficere ad omnem Veritatem, quæ traditur in alijs Scientijs.
Ad omnes enim partes Philosophiae insigues dat occasiones: quia
si ad Philosophiam primam attendamus, non possumus deveni-
re in cognitionem diuinarum & altissimarum causarum, nisi
per ea, quæ ex virtute intellectus possibilis acquirimus. Si
enim natura intellectus possibilis esset nobis ignota, non posse-
mus scire ordinem substantiarum separatarum, sicut dicit Com-
mentator super 11. Metaphysicæ. Si verò attendatur quan-
tum ad Moralem, non possumus perfectè ad Scientiam Mora-
lem pervenire, nisi sciamus potentias Animæ. Et inde est,
quod Philosophus in Ethic. attribuit quaslibet Virtutes diversis
Potentiis Animæ. Ad naturalem verò utilis est, quia magna pars
naturalium est habens Animam, et ipsa Anima est fons &
principium omnis motus in rebus Animatis. Est enim Anima
tamquam principium Animalium: ly (tamquam) non ponitur
similitudinariè, sed expressivè.

5. Divisit ergo Philosophus dignissimam hanc,
perfectissimam, utilissimamque Philosophiæ Partem in

tres Libros. In quorum Primo veterum Philosophorum de Anima Opinationes refert, & refellit. In secundo de ipsa Anima in communi, quam dupliciter definit, ediscerit: necnon de Anima Vegetativa, & Sensitiva, et rurumque proprietatibus. In Tertio denique de Anima intellectiva, aut rationali, illiusque potentias.

6 Quia verò Opiniones, quas reiicit Philosophus Primo Libro, nullo fundamento nitebantur, communiter ab Interpretibus omittuntur. Neque enim aliquis nunc judicat Animam esse ignem, ut Democritus asserebat: neque aërem, ut Diogenes autumiabat: neque exhalationem, ut Heraclitus: neque aquam, ut Thales: neque armoniam, ut Plato: neque complexionem, ut Galenus: neque tandem omnia clementia, ut Poëticè Empedocles deliravit, dicens:

*Iam terra terram, jamque aequore cernimus aequaliter,
Ætheraque æthere: sic rutilum ignis conspicit ignem;
Atque cupidinem amor: tristis lis denique litem.*

Quod si de elementis, & aliis quibusvis rebus in esse intentionali intellexisset, non errasset: intellectus enim (ut suo loco videbimus) intelligendo fit omnia: intelligendo terram, fit terra: intelligendo ignem fit ignis, & sic de cæteris discurrendo, non quidem in esse naturali; qualiter Empedocles somniavit, sed in esse intentionali, quia nimirum intellectus, illius, quod intelligit, specie fœcundatur, quæ illud formaliter repræsentat.

Ideò

7 Ideò autem addidit Amorem, & Litem, quia, ut hic explicat D. Thomas, judicavit sex esse Principia, quatuor materialia, nempe Terram, Ignem, Ætherem, hoc est Aërem, & Aquam: duo verò activa & passiva, Litem scilicet, & Amorem. Vnde ex quo asserebat Animam cuncta cognoscere, ex omnibus his principiis compositam affirmabat, ita nimirum, ut secundum quod erat ex Terra, cognosceret Terram; secundum quod erat ex Igne, cognosceret Ignem; secundum quod erat ex Æthere, vel Aëre, cognosceret Aërem; secundum quod erat ex Aqua, cognosceret Aquam: & tandem per Amorem & Litem, Litem cognosceret, & Amorem. Hujusmodi ergo Erroribus cum communi Auctorum consensu prætermissis, Primum Librum, qui de illis tantum disputat, omitteremus; secundum autem & Tertium qua poterimus brevitate & claritate enucleare conabimur. Pro omnibus vero sequens præmittitur Difficultas.

ARTICVLVS Vnic.

Verum Objectum quod horum Librorum sit Anima, an corpus Animatum?

Relatis sententiis, Conclusio stabilitur.

8 IN hac difficultate duplex versatur Sententia. Prima docet Animam esse rationem qua, seu Objectum formale quid horum Librorum. Quam tenent ex PP. Sc-

cietatis Toletus & Rubio; ex Thomistis autem Mag. Prado, & alij. Secunda asserit, Objectum quod horum Librorum esse ens seu corpus Animatum. Quæ quia est inter Thomistas communier, & menti D. Thomæ conformier, pro nostra Conclusione statuitur.

Probatur primò ex ipso Angelico Praeceptore hic lect. vbi sic ait: Aristoteles ergo volens tradere Scientiam de ipsis rebus animatis, primo tradidit Scientiam de Anima: p. istud vero determinat de propriis singulis Animatis

in sequentibus Libris. Idem docuerat. 1. *Physic. l. 7. 1.* ubi postquam aliis Philosophiae Partibus proprium assignavit Objectum, huic etiam Parti Objectum designat dicens: *De Anima. verò in Libri de Anima, & consequentiibus ad ipsum.*

10 Secundum probatur Ratio. Objectum formale quod horum Librorum est quædam pars Objecti formalis quod totius Philosophiae, quod est ens, seu corpus mobile in communi, sub quo prout de quolibet particolare Objectum cuiuslibet Philosophiae Partis debet contineri; sed Anima non continetur sub corpore mobili in communi, bene tamen corpus Animatum, ut constat: hoc igitur, & non illa est Objectum formale quod horum Librorum.

11 Confirmatur. Nam ratio formalis quaæ adequata totius Philosophiarum debet abstrahi à diversi rationibus formalibus quaæ inadæquatis, circa quias diversæ partes ipsius Philosophiae versantur; sed corpus mobile naturale, quod est ratio formalis quaæ adequata totius Philosophiae, non abstrahitur ab Anima, sed à corpore Animato: ergo non Anima, sed corpus Animatum est ratio formalis quaæ hujus partis Philosophiae.

12 Respondebis, quod licet Anima non continetur directe sub Objecto adequato quod totius Philosophiae, indirecte tamen sub illo continetur: quod sufficit,

ut sit ratio formalis quaæ horum Librorum.

13 Sed contra est. Nam Objectum quod cujuslibet Partis Philosophiae directe sub Objecto totius Philosophiae continetur, & de illo directe & formaliter predicatur; sed hoc non competit Anima: ergo non est ratio formalis quaæ horum Librorum. Minor in Solutione conceditur. Major suam inductivè probatur. Nam ratio entis mobilis in communi, quod est objectum formale quod totius Philosophiae, directe & formaliter de ente mobilis ad formam intrinsecam sive substantialem, sive accidentalem, quod est Objectum quod Librorum de Generatione, predicatur. Ipsa etiam ratio entis mobilis in communi de ente mobilis secundum situm sive locum, quod est Objectum quod Librorum de Cœlo dicitur, & sic de aliis Scientiis & Habitibus discurrendo: ergo &c.

14 Tertio probatur Conclusionis. Objectum formale quod huius Tractatus in idem est, ac illius, qui à Philosopho inscribitur *Parva naturalia*; sed Tractatus, qui inscribitur *Parva naturalia*, non habet pro Objecto formalis quod Animam, sed corporis Animatum: ergo idem de hoc Tractatu dici debet. Minor conceditur à Contrariis. Major autem probatur. Quia illi Tractatus diversam Philosophia Partem non constituunt: ergo idem est Objectum formale quod unus, ac alterius. Consequens con-

constat. Antecedens vero probatur primò ex D. Thoma loco citato in 1. *Physic.* sic d'cente : *De Animarum vero in Libro de Anima, & consequentibus ad ipsum :* ergo sentit D. Thomas illos Tractatus diversam Philosophiae partem non constitutere , sed eamdem. Patet Consequentia. Opus enim consequatum ad alterum . Opus ab uno diversum non constituit ; sed illi Tractatus taliter inter se se habent , quod unus consequatur ad alterum : ergo non sunt ut duo , sed ut unicus reputandi.

15 Secundò probatur Antecedens. Nam idèò octo Libri Physicorum unicam tantum Philosophiae Partem constituunt , idemque Objectum formale quod habent , quia licet in ipsis agatur de Materia , Forma , & Privatione , quæ sunt principia entis mobilis naturalis , ordinantur tamen ad ipsum ens mobile naturale ; sed quamvis in Libris de Anima , de ipsa Anima , quæ est forma entis Animati disputetur , Anima tamen ad ipsum ens Animatum ordinatur : ergo Libri de Anima , in quibus de Anima , & qui *Parva naturalia* dicuntur , in quo de ente Animato differitur , non duplex , sed unicum tantum est Opus judicandum.

§. II.
Solvuntur Argumenta.

16 **A**RGVITVR Primò ex Philosopho in

Premio horum Librorum sic dicente : *Inquirimus autem considerare , & cognoscere circa naturam ipsius (Animæ) & substantiam ; postea quacumque accidat circa ipsum ; sed objectum formale quod cuiusvis Operis illud est , quod in tali Operc intendimus indagare : ergo Objectum formale quod hucrum Librorum est Anima.*

17 Confirmatur ex D. Thema Libr. de Sensu & Sensato l. et. 1. ubi Prim (inquit) consideravit de Anima secundum se , quasi in quadam abstractione . Secundo considerationem facit de his , que sunt Anima secundum quendam concretionem ad corpus : ergo iuxta mentem Angelici Preceptoris Anira secundum se est Objectum quod herum Librorum.

18 Respondeatur ad mis- sa Majori , distinguo Minerem , est illud præcise quod in tali opere intendimus indagare , nego Minerem , est illud , & simul ratio formalis , qua ipsum in esse Objecti quod constituitur , concedo Minerem , & nego Consequentiam . Quamvis enim in qualibet Scientia indagare intendimus naturam Objecti quod illius ; non tamen id est præcisè quod in tali Scientia intendimus indagare , sed etiam Objectum quod sive rationem formalem vel principium ipsius Objecti quod . Ut manifestè constat in octo Libris Physicorum , quorum Objectum quod , ut ibi vidi- nus , est ens mobile substantiale;

& tamen ibidem agitur de natura materie primæ, forsan substantialis, & privatio is, que non sunt Objectum quid talium Librorum, sed tantum principiū illius. Haud dissimiliter ergo in his Libri's de Anima natura & essentia disputatur, quamvis Anima non sit Objectum quid horum Librorum, sed forma, vel principiū talis Objecti, nimirum corporis Animati.

19 Ad Confirmationem respondetur concessio Antecedenti, negando Consequentiam, quæ ex Testimonio Angelici Doctoris non insertur. Siquidem D. Thomas non dixit, hic agi de Anima secundum abstractionem absolutè (hoc enim modo de illa tractare ad Metaphysicam pertinet, quæ agit de substantijs separatis, ut docet ibidem S. Doctor) sed quasi in quædam abstractione. Ex hoc autem non deducitur, quod non dicat aliquam habitudinem ad corpus Animatum; ac proinde nec quod corpus Animatum non sit Objectum quid horum Librorum. Sed quod insertur est, Animag esse Objectum quo, corpus verò Animatum Objectum quod.

20 **A** RGVITVR Secundò Illud est Objectum quod alicujus Operis, vel Tractatus, à ejus Titulo tale Opus, vel Tractatus inscribitur, sed hoc Opus, & Tractatus de Anima inscribitur: ergo Anima est Objectum quod hec Operis & Tractatus.

21 Respondetur primò negando Majorem, non enim est

necessarium quod Inscriptio aīc ius Operis, vel Tractatus ab Objec-
to quod illius desumatur, sed ab
objeto etiam quo desumari potest:
ut vidimus 1. de Generatione,
quest. 1. artic. unico, numer. 14.
siquidem Libri de Generatione in-
scribuntur; cùm tamen Generatio
non sit Objectum quid talium Li-
brorum, ut Adversarii ipsi faten-
tur.

22 Vel secundò potest cum
Mag. Ioanne à S. Thoma respon-
deri, id est hos Libros de Anima,
non verò de Ente Animato inscri-
bi, quia in illis non agitur de toto
illorum Objecto adæquato, quod est
ipsum ens Animatum, sed de
parte illius vel principio, quod est
Anima. De ente autem Animato
agit in subsequentibus Libris, qui-
bus hic de Anima Tractatus inte-
gratur. Quod satis instruit D.
Thomas ubi supra vidimus, dicent
*De Animatib[us] verò in Libro de Ani-
ma, & consequentibus ad ipsum.*

23 **A** RGVITVR Tertiò. Il-
lud est Objectum quod
alicujus Operis, quod in tali Opere
principiū definitur, cuiusque pas-
siones demonstrantur; sed in hoc
opere Anima est, que principiū de-
finitur, & illius passiones demon-
strantur ergo Anima est Objectum
quod huius Operis.

24 Confirmatur. Nam illud est
objectum quod alicujus Operis, cui
per se ut primæ radici passiones in
illo demonstrare convenient; sed
passiones, que demonstrantur in
hoc Opere, Anima ut primæ radi-
ci

ei conveniunt: ergo Anima est Objectum quo listus Operis.

25 Respondetur ad Argumentum distinguendo Majorem, quod præcipue definitur, cuiusque passiones demonstrantur, si non ultrà ad aliud ordinetur, concedo Majorem, si ordinetur, nego Majorem, & distinguo Minorem, præcipue definitur, & illius passiones demonstrantur cum ordine ad corpus Animatum, concedo Minorem, ab' que tali ordine, nego Minorem, & consequentiam. Quamvis enim in hoc Operc Anima definitur, & illius passiones demonstrantur; inde tamen nea colligitur, ipsam esse Objectum quod hujus Tractatus, tam enim ipsa, quam ejus passiones

ad corpus Animatum referuntur. Et instatur manifeste in octo Libr's Physicorum, in quibus (ut vidimus) materia, forma, & privatio definiuntur, & illarum proprietates explicantur; & tamen non sunt Objectum quod talium Librorum, non alia ratione, nisi quia sunt partes & principia entis mobilis naturalis ad quod componendum ordinantur, quodque est Objectum quod illius Operis.

26 Ad Confirmationem constat ex modò dictis: passiones enim conveniunt Anima ut parti ad totum Animatum ordinatae, unde Anima non est Objectum quod, sed tantum quo.

CONFIRMATIONE





LIBER II.
DE ANIMA.
QUÆSTIO I.
DE ANIMA IN COMMUNI.

ARTICVLVS I.

Quid sit Anima?

§. I.

Duplex Anima Diffinitio traditur, & exponitur.

1



Via nec Philosophus, nec illius Interpretes hic inquirunt, *An si Animæ hujusmodi & nos questionem omittimus; quia ut decet D. Thomas quest. 10. de Verit art. 8. ad 8. Secundū hoc Scientia de Anima est certissima quid unsquisque in se ipso experitur se Aniam habere & acius. Anima sibi ipsi sed cognoscere Quid sit Anima? d'fficilimum est. Ob hanc igitur rationem in pra-*

senti non An sit Anima? Sed Quid sit Anima? inquirimus.

2 *Supponendum est autem. Animam non posse rigorosa Diffinitio & quiditativa definiri. Illud enim tantum potest propriè & rigorosè definiri, quod est ens completum, quales sunt species, quæ ex genere & differentia componuntur; cumque Anima non sit ens completum, sed incompletum, propriè definiti non potest. Eo autem modo, quo entia incompleta valent definiti, duplèciter hic eam Philosophus definiuit.*

3 *Prima Animæ Diffinitio, quam tradit sexu 4. hæc est. Anima est actus primus corporis phisici organici potentia virtutem ha-*

ben-

bentis. Per illam particulam *actus* convenit Anima cum subsistentia, existentia, & accidentibus, quæ sunt actus : per illam vero particulam *primus*, à prædictis actibus differt, qui non sunt actus primi, sed secundi supponentes Animam ut primum & radicale principium. Vnde per illam particulam denotatur, quod Anima est actus substantialis & primus: solus enim actus substantialis i potest esse primum & radicale actum principium aliorum.

4. Per illam particulam *corporis* distinguitur Anima à formis Ange icis, quæ quia sunt omnino spiritualis & per se ipsas subsistentes, nequeunt esse actus corporis ipsum informantes. Anima autem, licet sit spiritualis & intellectiva, est tamen substantia incompleta, & proinde debet esse actus corporis intrinsecè informans ipsum, & per ordinem ad corpus definiri. Quia vero secundum commune Dialecticorum Axioma, *Verba in Diffinitione non dicunt actus, sed appetitudinem*; consequenter per illam particulam non invenitur, quod Anima semper actualiter sit in corpore ipsum informans, sed quod id dicat aptitudinem ad ipsum actualiter informandum : ut constat in Anima separata quæ, etiam ut separata, est vere & propriè forma corporis: quamvis enim illud prouferet actualiter non informet, dicit tamen appetitudinem ad illud actualiter informandum.

5. Per eamdem etiam par-

ticularam *corporis* denotatur contra plures Philosophos antiquos, quos refutat Aristoteles *Libro primo*, ut vidimus in Proemio, Anima non esse corpus. Quæ veritas demonstratur hic à D. Th. lect. i. ratione desumpta ex ipsa particula *corpus*. Corpus enim non est in subjecto, sed potius est subjectum aliorum; atqui Anima est in subjecto, nempe in corpore : ergo Anima non est corpus.

6. Eadem quæcumque particula *corporis* denotatur, quod Anima non est actus materiæ nudè sumptate, prout sic enim materia non est corpus ; sed est actus materiæ ut habentis gradum corporis nō quidem ab aliâ forma, sed ab ipsa Anima provenientem : prius quippe Anima trahit materiæ gradum corporis, quam gra' um vivendi tribuat. Vnde Anima secundum gradum vivendi, qualiter in praesenti definitur, est actus corporis, quâ gradum corporis presupponit.

7. Per illam particulam *physici* denotatur, quod Anima est actus corporis, quod est ens naturale habens in se principium radicale motus & quietis quod quidem est corpus physicum. Vnde per hanc particulam excluditur corpus artificiale, & mathematicum dicens solum extensionem & divisibilitatem. Perestrinam dimensionem : illud enim nequit esse subiectum Anima, quia in se non habet principium radicale motus, vt vidimus 2. physice hoc autem non est

corpus ad Prædicamentum Substantiæ pertinens, sed tantum Quantitatis.

8 Illa particula organici denotat quod corpus, cuius Anima est eius, debet esse heterogenium, hoc est, habet partes diversæ rationis, quarum quælibet apta sit ad distinctum ab aliis operatione exercendam: ob idque appellatur corpus organicum desumpta similitudine ab organo, quod inter omnia instrumenta musica maximam habet partium varietatem. Et ratione assignat D. Thomas hic lect. 1. Anima enim (inquit) cum sit forma perfectissima inter formas rerum corporalium, est principium diversarum operationum: & ideo requirit diversitatem organorum in suo perfectibili. Nempe in corpore.

9 Per illas denique particulas potentia vitam habentis, denotatur, quod corpus Anima informatum, à qua recipit gradum corporis, est in potentia ad actionem operationem, quæ est vita in actu secundo. Advertendum est tamen h̄c ex D. Thomâ, quod istæ triæ particulæ non sunt simpliciter necessariae: addiuntur tamen majoris explicationis gratia. Quod autem non sint simpliciter necessariae, constat: Corpus enim Anima informatum in potentia vitam habere, sufficienter per illam particulam actus primus explicatur: si quidem actus primus in potentia est ad actuū secundū, quando hic realiter ab illo distinguitur, ut

in præsenti contingit. Similiter per particulam illam organici sufficienter etiam explicatur, corpus esse in in potentia ad vitalem operationem elicendam: eo namque ipso, quod corpus sit organicum, habet diversas partes, & potentias, ratione quarum potest operationem elicere, quæ est vita in actu secundo.

10 Secundò definivit Philosophus Animā in communī hic, textu 24. per hæc verba: Anima est id, quo vivimus, sentimus, loco movemur, & intelligimus primo. Per illam particulam vivimus, denotatur vel gradus vivendi in communī abstrahens à vegetativo, sensitivo, & intellectivo: vel gradus vegetativus quatenus communis est omni Anima. Per illas particulas sentimus, & intelligimus, gradus sensitivus & intellectivus denotatur. Per illam vero loco movemur denotatur potentia progressiva ad huiusmodi gradus consequita. Per illam denique particulam primo, exprimitur, Animam esse primum radicaleque principium, quo vitaliter operamur: ad differentiam potentiarum proximæ operativæ, quæ non est principium radicale vitalis operationis, sed tantum proximum.



11 RGVITVR primd.

A Quid perfectius est, debet Anima convenire, siquidem. Anima perfectissima est in linea substantiae; sed actus secundus perfectior est actu primo: ergo in prima ejus Definitione non debuit ponni *actus primus*, sed *secundus*. Major, & Consequentia constant. Minor autem probatur primò, Illud enim est perfectius, quod magis de actualitate participat, nam juxta commune Axioma, *Vnumquodque est perfectum in quantum est in actu;* sed actus secundus magis habet de actualitate, quam actus primus: ergo actus secundus perfectior est actu primo. Probatur Minor. Quia actus secundus non est in potentia ad alium actum, in illa nāque linea, in qua est actus secundus, est ultimus, quod autem est ultimum, non est in potentia ad aliud. Actus vero primus est in potentia ad actum secundum: ergo actus secundus magis habet de actualitate, quam actus primus.

12 Secundo probatur Minor, Quia secundum D. Thomam 11. 2. quæst. 3. art. 2. Beatitudo, quæ est maxima perfectio hominis, non consistit in aliquo actu primo, v. g. in gratia, vel in lumine gloriæ, sed in actu secundo, vel in operatione: quod probat ipse Angelicus Doctor ex prædicto Axiomate: ergo juxta ipsum, actus se-

cundus perfectior est actu primo, alias non in illo, sed in hoc potius Beatitudo consistet.

13 Tertiò probatur Minor,

Quia juxta communem Sententiam Thomistarum, existentia est perfectior essentia; sed hoc non ob aliæ rationem, nisi quia essentia est actus primus in linea entis, existentia vero actus secundus: ergo &c.

14 Quartò probatur Mi-

nor. Nā actus primus ordinatur ad actum secundum ut ad finem, licet actus primus sit substantialis, ut contingit in Anima, quia juxta commune Proloquium ex Philosopho 2. de Cœlo, textu 17. desumptum *Vnumquodque est proper suam operationem*, seu propter actum secundum operandi; sed finis perfectior est iis, quæ sunt ad finem: ergo actus secundus perfectior est actu primo.

15 Denique probatur eadem Minor, Eatenus enim salvaretur, Animam perfectiore esse actu secundo vitali, licet ipsa sit actus primus, quatenus est principium radicale actus secundi vitalis; sed per hoc non salvaretur: ergo. Probatur Minor. Gratia habitualis est principium radicale visionis beatæ; & tamen aliqui Thomistæ defendunt visionem beatificam perfectiorem esse gratia habituali, non aliâ ratione, nisi quia hæc est actus primus; illa vero actus secundus: ergo quamvis Anima sit principium radicale, dummodo sit actus primus, non salvatur esse perfectiorem actu secundo vitali.

Con-

16 Confirmatur. Actum esse primum, & in potentia ad secundum, est esse separabilem ab illo, & habere privationem ipsius; sed operatio vitalis, quæ est actus secundus, separari non potest ab Anima, nec Anima potest nō habere actū vitalis operationis, semper enim est conjuncta cum alterā, à qua nunquam cessat: ergo Anima non est Actus primus, nec in potentia ad operationē, quæ est vita actualis; ac proinde in ejus Definitione nō bene ponuntur illæ particulae potentia, & actus primus. Probatur Minor, Tum quia Anima non potest cessare ab operatione nutritionis, animal quippe semper nutritur: ut enim docet Philosophus 2. de Generat. textu 41 animal tamen diu nutritur, quamdiu salvatur, & vivit: ergo operatio, quæ est actus secundus vitalis, non potest ab Anima separari. Tum etiam, Quia Anima, & corpus per ipsam informatum, numquam cessat à motu cordis, cordis enim mortucessante, statim animal moritur; ergo animal non potest ab operatione vitali separari.

17 Respondeatur ad Argumentum concessa Majore, distinguendo Minorem, actus secundus, qui est substantialis, perfectior est actu primo, admitto Minorem, actus secundus, qui est accidens, subdistinguendo Minorem, est perfectior secundum quid, concedo Minorem, simpliciter, nego Minorem & Consequentiam. Ad primam probationem Minoris distinguo Majorem, illud est magis perfectum,

quod magis de actualitate substanciali participat, concedo Majorem, accidentalē, subdistinguendo Majorē, est magis perfectū secundū quid, concedo Majorem, simpliciter, nego Majorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Duplex enim est actus primus, & secundus. Alter est actus primus accidentalis, qui per se ad actum secundum ordinatur, sicut omnes potentia proximè operationes, & habitus. Circa hunc autē actū primū est probabilis Sententia Thomistarum esse simpliciter imperfectiorem actu secundo, quia ex una parte ad ipsum ut ad finem ordinatur, & ex alia est ejusdem linex, nempe accidentalis. Alter vero actus primus est substantialis, qui per se non ordinatur ad actum secundum, sed se habet ut principium radicale, ipsum actum secundum perfectissimè continens, qui est accidens; unde hujusmodi actus primus simpliciter perfectior est actu secundo, sicut substantialia est simpliciter perfectior accidente. Quando ergo in Diffinitione Animæ ponitur actus primus, intelligitur de actu primo substantiali, non vero accidentalē. Vnde ex eo, quod Anima sit perfectissima, non infertur debere definiri per actum secundum, sed per primum.

18 Ad secundam probationem respondeatur D. Thomam non probare nostram Beatitudinem in operatione, uel actu secundo consistere, quia præcisus est maxima homin's perfectio, sed insuper quia per-

perfectissima est in ratione affecutionis: Beatitudo namque formalis in affectione summi boni constitit; in ratione autem affectionis perfectior est operatio Beati, quam gratia, & lumen gloriae: perfectius quippe est actualiter consequi Deum, quam ipsum posse consequi; per operationem autem Beatus actualiter consequitur Deum; per gratiam verò, & lumen gloriae, tantum constituitur potens in actu primo ipsum consequi. Ex qua doctrina infert Angelicus Doctor, Beatitudinem nostram non in gratia, aut lumine gloriae, sed in operatione, quæ actualiter est affectione, consistere. Nec hinc colligere licet, actum secundum esse simpliciter perfectiorem actu primo, sed tantum secundum quid, & in aliqua ratione. Quemadmodum licet Visio beata sit actus secundus, & gratia sit actus primus, probabilis tamē est, ubi diximus, Sententia Thomistarum, gratiam esse simpliciter perfectiorem Visione beata.

19 Admisso tamen D. Thomam probare Beatitudinem in actu secundo consistere, quia præcise est maxima hominis perfectio; ex hoc tantum infertur, quod actu secundus sit simpliciter perfectior actu primo, quando uterque pertinet ad eamdem lineam, ut contingit in gratia, lumine gloriae, & Visione beatifica, quæ omnia pertinent ad lineam accidentis: non uero quando actu primus est substantia, qualis est Anima, & actu secundus accidens, scilicet opera-

tie: tunc enim actus primus simpliciter perfectior est actu secundo eo quod substantia est simpliciter perfectior accidente. Ex his.

20 Ad tertiam probationem respondetur, quod existentia est actus substantialis respectu essentiae, & utraque pertinet ad eamdem lineam. Cum autem ex alia parte existentia, quæ est actus secundus, magis de actualitate substantiali partici pet, quam essentia, quæ est actus primus; ideo, juxta probabilem illam Sententiam Thomistarum, existentia est simpliciter perfectior, quam essentia. Præterquam quod illa Sententia docet, quod essentia pro priori ad existentiam se habet ut pura potentia ad existendum, ut videre est in Mag. Prado 1. Parte Metaph. Controv. 7. art. 6. Quarè sicut ob hujusmodi rationem materia prima est simpliciter imperfectior forma; ita essentia est simpliciter imperfectior existentia. Hæc autem Doctrina non tenet in Anima, quæ licet sit actus prius, non tamen se habet ut pura potentia passiva respectu actu secundi, sed ut potentia activa per modum principij radicallis illius: & ideo simpliciter perfectior est actu secundo; proindeque non debet definiri per actum secundum, sed per primum.

21 Ad quartam probationem responderetur primò explicando prædictum Axioma, est propter suam operationem, vel tanquam propter finem eius gracia, vel tanquam propter finem effectum,

concedo Majorem , determinatè tamquam propter finem cuius gracia , nego Majorem , & distinguo Minorem , finis *cuius gracia* , pef-
fitor est ijs , quæ sunt ad finem ,
concedo Minorem , finis effectus ,
nego Minorem , & Consequētiam .
Quando enim in illo Axiomate di-
citur quod *Vnumquidque est propter suam operationem* , minimè de-
notatur , quod substantia sit propter
operationem tamquam propter fi-
nem *cuius gracia* , sed solum tam-
quam propter finem effectum .
Quemadmo dūm in Symbolio , de
Verbo divino dicitur : *Qui propter nos homines , & propter nostram salutem descendit de Cœlis* : vbi ly
propter non denotat finē n*cuius gracia* , Deus enim non potest ha-
bere aliquid ut finem extra ipsum ;
sed tantum denotat finem effectū ,
per ipsius Verbi Incarnationem per-
ficiendum . In hoc autem sensu
Anima est propter suam operatio-
nem , quæ est actus secundus . Ex
quo minimè infertur actum pri-
mum substantiale esse imperfe-
ctiorem actu secundo , immo op-
positum manifestè deducitur .

22 Vel secundo potest
cum Cajetano dici , substantiam
non esse propriæ operationem
sumptam in abstracto , & præcisivè
ab ipsa substantia , sed in concreto ,
ita ut in recto ipsa etiam substantia
ingrediatur : id est , Substantia est
propter se ipsam operatione con-
jungendam . Ex quo non infertur ,
quod Anima debeat definiri per
actum secundum , sed per primum .

Videantur ea , quæ diximus 23
Physic. quest. 3. art. 2. q. 2. num.
98. vbi etiam prædictum Axioma
explicavimus .

23 Ad ultimam Minoris
probationem concessa Majore , ne-
go Minorem . Ad cujus probatio-
nem vel neganda est Minor juxta
oppositam Sententiam , quam pro-
babiliorē judicamus ; vel admit-
tenda , & Consequentia neganda .
Ratio autem discriminis constat ex
suprà dictis . Nam grata & Visio
beata pertinent ad lineam acciden-
tis , in qua linea perfectior est actus
secundus actu primo , quāvis actus
primus sit principiū radicale actus
secundi : quod in illa Sententia ut
verum supponi debet . Vnde Bea-
titudo non ideo præcisè est per-
fector grata , quia illa est actus se-
cundus , hæc verò primus , sed quia
hæc est actus primus in accidentis
linea constitutus . Cæterū Anima
est actus primus substantialis , &
actus secundus est accidentalis .
Vnde Anima nequit ad actum se-
cundum , vel operationem tam-
quam ad finem ordinari , est enim
tali actu , & operatione perfectior .

24 Dices : ex D. Thoma 1.
2. quest. 110. art. 1. ad 1. Sicut ab
essentia Anima efflunt ejus poten-
tia , quæ sunt operum principia:
ita etiam ab ipsa grata efflunt
virtutes in potentias Anime , per
quas potentiae moventur ad actum :
Ergo sicut non obstante quodd grata
sit principium Visionis beatæ
medio alio , medio scilicet lumine
gloriae , per se tanquam ad finem
ad

ad Visionem beatam ordinatur, estque hujusmodi imperfectior; ita pariter quamvis Anima sit principium radicale operationis, poterit ad illam tamquam ad finem ordinari, esseque illa simpliciter imperfectior: profindeque nulla est Disparitas assignata.

25 Respondetur ly *sicut* non dicere omnimodam, sed aliqualem tantummodo paritatem. Dicit quidem aliqualem paritatem: quia nec gratia, nec Anima possunt esse immediatè operativæ gratia enim necessaria indiget virtutibus realiter à se distinctis ad supernaturaliter operandū; Anima vero indiget potentissimis realiter distinctis ad operandum naturaliter. Non tamen dicit omnimodam paritatem: eò quod Anima est substantia, substantia autem constituitur per esse ad se: unde non potest ad aliud extra proprium genus ordinari; cumque actus secundus vel operatio sit accidens, nequit per se ordinari tamquam ad finem ad actum secundum, vel operationem. Relinquit ergo, & quod Anima sit perfectior actu secundo vitali, & quod debeat non per actum secundum, sed per primum definiri. Gratia vero, licet sit principium radicale in ordine supernaturali, simul tamen est accidens, de cuius ratione est non solum ad substantiam, sed etiam ad actum secundum tamquam ad finem ordinari, quia est in eodem genere cum illo. Sicut ob eadem rationem forma substantialis ordinatur per se tam-

quam ad finem ad suum actum secundum, scilicet existentiam, quæ est in eadem linea cum ipsa forma. Quare optimè potest gratia per se ordinari ut ad finem ad Visionem beatam, & esse imperfectior ipsa Visione.

26 Ad Confirmationem respondet primò negando Majorē. Actum enim primum esse primum, & in potentia ad actum secundum non est habere privationem ipsius, sed quod actus secundus non sit de essentia actus primi. Qua ratione verificatur quod essentia creata est in potentia ad existentiam, quia licet nunquam careat existentia, existentia tamen non est de essentia essentiae. Similiter materia cœli est in potentia ad formam Cœli, quamvis hujusmodi forma numquam careat, eò quod forma non est de essentia materiæ. Angelus etiam, ut communiter docent Thomistæ 1. part. quest. 55. art. 1. & 2. est in potentia ad suam intellectionem, & ad intelligibiles species, quamvis numquam non intelligat, & talibus speciesbus numquam careat: quia nimil nec intellectio, nec species sunt de essentia ipsius Angeli: eodem igitur modo in presenti discurremus. Quando enim in Diffinitione Animæ dicitur quod est *actus primus* & in potentia ad actum secundum, nil aliud denotatur, quam quod actus secundus non sit de essentia ipsius Animæ: quod optimè potest verificari, licet animatum corpus indefiniter nutritur,

& numquam à cordis motu pri-
etur, ut adductis exemplis clare
constat.

27 Secundò respondetur,
quod Anima est actus primus, &
in potentia ad actualem vitalem
operationem, taliter quod habeat
privationem illius, & ab illa cessa-
re possit. Quæ Solutio est valde
consona menti Philosophi, & Div.
Thom. Menti quidem Philosophi:
Philosophus enim in hoc Libro,
textu 5. actum primū Scientiæ ha-
bituali, & somno; actum verò se-
cundum Scientiæ actuali, & vigilie
comparavit. Nam existente (inquit)
in corpore Anima ipsa, & somnus
& vigilia est. Proportionale autem
vigilantia quidem, ipsi considera-
re; somnus autem ipsi habere, &
non operari. Sentit ergo Philosophus
Animam non semper esse in
actuali operatione, sed ab illa posse
cessare.

28 Est etiam Solutio hæc
Angelico Præceptorî conformis.
Tum, quia explicans Philosophum
leco citato, sitait: Scindum autem,
quod Philosophus dicit Aniam
esse actum primum, non solum ut
distinguat Animam ab actu, qui est
operatio, sed etiam ut distinguat
eam à formis Elementorum, que
semper habent suam actionem, nisi
impediantur. Tum etiam, Nam
1. part. quest. 77. art. 1. Inveni-
tur autem (inquit) habens Ani-
mam non semper esse in actu ope-
rum vita. Unde etiam in Diffini-
zione Anima dicitur, quod est actus
corporis poterit a vita habentis.

Ergo juxta mentem D. Thomæ
non sic Anima cum actuali opera-
tione conjungitur, ut numquam ab
illa separetur.

29 Licet autem hæc solutio
vera sit, circa illam tamen Auctores
dividuntur. Aliqui enim dicunt,
Animam esse actum primum, & in
potentia ad actum secundum, non
esse, quod possit ab omni operatio-
ne collectivè sumpta cessare: si
enim omnes operationes vitales in
aliquo simul animali cessarent, ani-
mal illud non esset animal, sed
eadaver: sed quod cessare possit ab
omnibus divisivè: v. g. ab opera-
tionibus generationis, nutritionis,
& augmentationis. Viventia namq;
ex sua ratione non petunt semper
generare, incessanter nutriti, & pro
omni tempore augeri; siquidē per
hujusmodi operationes eorum vir-
tutes lassantur, in quo à non vivent-
ibus distinguuntur, quæ quantum
est ex se, & ab intrinseco semper
operantur: nam ignis ex se semper
ascendit sursum, & comburit, nisi
ab extrinseco impediatur: quod
opposita de causa contingit; quia
nimisim non viventium virtus nō
debilitatur, sed potius perficitur
& augetur. Ob quam etiam ratio-
nen diximus 6. Physicor. Quest.
unica, artic. 3. Viventia habere ter-
minum intrinsecum suæ magnitu-
dinis: non viventia verò non habe-
re. Juxta quem modum dicendi:

30 Tertiò ad Confirmationem
respondeatur concessa Majore, ne-
gando Minor. Ad cujus primam
probationem dicendum est animal
vel

vel corpus animatum in aliquo instanti cessare ab opere nutritionis. Cui non opponitur Auctoritas Philosophi ibi addigata; in illa namque tantum intendit animal, vel corpus animatum, ut in pluribus, & regulariter, ab opere nutritionis non cessare. Videantur quæ diximus lib. I. de Generat. qvæst. 5. artic. 4. Ad secundam probationem Minoris respondetur concessio Antecedenti, negando Consequentiam. Quia nec corpus animatum non cessest à motu cordis, ab aliis tamen operationibus cessat; quod sufficit, ut Anima sit actus primus, & in potentia ad actum secundum.

31. Alij vero dicent nullam esse operationem, à qua corpus animatum cessare non possit. Per quod melius explicatur Animam esse actura primum, & in potentia ad actum secundum, & differentia, quæ versatur inter Animam, & alias formas pure naturales, quæ nequeunt ab omni sua operatione cessare. Juxta hunc autem dicendi modum.

32. Quartò ad Confirmationem respondetur negando Minorum. Ad cuius primū probacionem ex supra dictis constat, corpus animatum aliquando cessare ab opere nutritionis. Ad secundū de motu cordis dicendum est, quod talis motus non provenit ab intrinseco viventis, sed ab extrinseco, nimirum à generante; in praesenti autem non loquimur de operationibus vitalibus, in quibus vivens movetur ab alio, sed in

quibus movetur à seipso.

33. Vel potest cum Mag. Bañez in 1. pars. qvæst. 75. super articulo 1. responderi, quod cum motus cordis componatur ex cursu & recursu quodam, dabitur quies in puncto reflexionis, vel saltem dabitur instans, in quo non moveatur, quainvis etiam non quiescat.

¶ Quæ doctrina conformis est Philosopho 2. de cœlo, textu 34. dicens: *Est enim optimum sane simplici ac incessabili motu cœri.* Quem sic explicat D. Thomas: *Optimum est, quod cœlum moveatur motu simplici, id est, semper versus eandem partem: & incessabili;* id est, sine interpolatione quietis, quam necesse esset intervenire, si quandoque moveretur versus unam partem, quandoque versus aliam. Ergo si in motu cordis datur cursus, & recursus, aliqua necessariè intervenit quies.

34. **A** Rguitar secundò. Primum subjectum receptivum Animæ non est corpus organicum, sed materia prima nude sumpta ergo in prima Animæ Definitione non bene ponitur, quod sit actus primus corporis organici, sed poni debet, quod sit actus primus materiae primæ. Antecedens probatur primo. Ut est proprium subjectum Animæ, ex quo Anima educitur, & in quo immediate recipitur; sed hoc est materia prima, non vero corpus organicum: ergo subjectum, in quo Anima recipitur, non est corpus organicum, sed tantum materia prima.

35 Secundò probatur Antecedens. Si Anima esset actus materiæ primæ, ut informatæ gradu corporis, non autem a tuis materiæ primæ nudè sumptæ, Anima esset accidens; hoc autem non est dicendum; ergo est actus materiæ primæ nudè sumptæ; ac per consequens subjectum Animæ est materia prima nudè sumpta, non verò corpus organicum. Probatur Major, Nam quod advenit enti in actu, accidentaliter advenit, & consequenter est accidens; sed si Anima esset actus materiæ primæ ut informatæ gradu corporis, supponeret ipsam materiam tali gradu corporis actuam; ergo accidentaliter adveniret, & consequenter ut accidens.

36 Tertiò probatur Antecedens. Eatenus Anima esset actus materiæ ut informatæ gradu corporis, non autem ipsius materiæ nudè sumptæ quatenus Anima secundum conceptum Animæ speciale aliquid supra rationem corporis superaddit, nimis rationem vitæ, & ideo ad Animam ut vitalem debet in materiæ prima gradus corporis præsupponi; sed hac ratio nulla est: ergo &c. Probatur Minor, Nam aliæ etiæ formæ substantiales, quæ non sunt Animæ, aliquid rationi corporis superad hant, scilicet differentiam specificam; & tamen non sunt actus corporis, sed materiæ nudè sumptæ, ut constat ex definitione ipsius formæ substantialis, quam traddimus lib. 1. Physicorum: ergo proprium subjectum Animæ non est corpus; ac proinde ratio illa non probat.

37 Denique probatur Antecedens. Nam corpus organicum includit ipsam Aninam; ergo subjecta Anima non est corpus organicum. Antecedens ex dictis supponitur. Consequentia verò probatur. Quod includi aliud non est subjectum illius; unde corpus album non est subjectum albedinis, quia includit albedinem; ergo si corpus organicum includit Animam, subjectum Animæ non est corpus organicum.

38 Respondetur negando Antecedens. Ad cuius primam probationem dicendum est, verum esse Animam in re & physicè ex materia nudè sumpta educi, & in ipsa immediate recipi. Hoc tamen non obest, quo minus cum fundamento in re secundum nostram considerationem ipsa Anima secundum proprium conceptum Animæ materiam primam cum gradu corporis præsupponat, & in illa prout sic, non vero nudè sumpta recipiatur.

39 Dices. In predicta Definitione Anima definitur physicè, & prout est à parte rei; sed juxta traditam solutionem, subjectum Animæ physicè & in re est materia nudè sumpta; ergo in predicta Definitione melius ponetur, quod Anima est actus materiæ nudè sumptæ quam materiæ gradu corporis informatæ.

40 Respondatur distinguendo Maj. definitur physicè & prout est à parte rei secundum conceptum communem, quo cum illis formis substantiislib. 1. Physicorum: erit proprium subjectum Animæ non est corpus; ac proinde ratio illa non probat.

con-

conceptum Anima, concedo Majorem, & Minorem, & nego Consequentiam. Licet enim Anima physicè, à parte rei, & secundum quod cum aliis formis substantiæ libus convenit, in materia prima uade sumpta recipiatur; hic tamen non definitur secundum haec communem rationem, sed secundum proprium conceptum. Cùm autem in Anima virtualiter antecedat gradus corporis gradum vitæ, prius debet recipi in materia, ut præstans gradum corporis, quam ut communicans gradum vitæ: ac proinde non recipitur in materia nude sumpta, sed in ipsa gradu corporis informata. Et quidem Objectio patitur manifestam instantiam in definitione physica hominis, in qua dicitur, quod est *Conſtantis corpore, & Anima.* Quare ergo non dicitur, quod est *Conſtantis Anima, & materia?* Huius non potest alia ratio, nisi quam dedimus, assignari. Quia nimis licet Anima in materia recipiatur, prius tamen illi gradum corporis, quam gradum vitæ communicat.

41 Ad secundam probationem Antecedentis respondetur, negando Majorem vel Sequentiam. Ad cuius probationem distinguo Majorem, accidentaliter advenit, si actualitas, quā supponit, ab alio realiter à se distincto præstetur concedo Majorem, si ab ipso, quod advenit, tribuatur, nego Majorem, & distinguo Minorem, supponeret materiæ gradu corporis actualam, tali gradu ab ipsa Anima præstito,

concedo. Min. tributo ab alio, quod realiter ab Anima distinguitur, nego Min. & consequentiam. Quod enim communiter dicitur, quod Illud, quod advenit enti in actu, accidentaliter advenit, hoc modo debet intelligi nimis, quod illud, quod accidentaliter advenit, presupponit illud, cui advenit, constitutum in actu per formam realiter ab adveniente distinctam. Quia ad nodum accidentia adveniunt toti composite per formam substantialem realiter ab accidentibus distinctum constituto. Anima autem advenit materiæ in actu gradus corporis constitutæ: hujusmodi vero gradus non ab alio realiter ab Anima distincto, sed ab ipsa Anima provenit; idèoque materiæ non accidentaliter, sed substantialiter advenit.

42 Ad tertiam probationem respondeatur concessa Maj. negando Min. Ad cuius probationem distinguo Maj. aliquid superaddunt, quo res in altiore ordine operandi collocetur, nego ~~Materiæ~~, quo præcise in sua specie constituatur, concedo Maj. & Min. & nego Conseq. Licet enim formæ substanciales, qua non sūt Anima, aliquid gradui corporis superaddat, differētias scilicet contractivas generis, quib[us] suis speciebus constituantur; non superaddunt tamen aliquid speciale, quo in modo operandi una supra alteram elevetur. Corpori namque ex se & ex meritis proprijs tantum convenient operari ut mouens ab alio, non tamen ut se movens; si autem illi

prædicta superaddatur differentia, hoc tantum illi conveniet & non perfectior modus operandi. Anima verò supra rationem corporis speciale aliquid superaddit, quo ipsum corpus in perfectiore operandi modo collocetur; quatenus nimirum constituit corpus potens movere se: in hoc enim viventia à non viventibus distinguuntur, quod hæc moventur ab alio, illa vero moventur à seipso. Propter hoc igitur speciale, Anima debet definiti per hoc, quod sit actus corporis, secus verò quævis alia differentia substantialis.

43 Ad quartam probationem Antecedentis (omissis illis Soluti-
nibus, quæ videti possint apud PP. Complutenses iu præsenti, &
Mag. Bañez 1. part. quæst. 75. art.
1.) Respondeatur ex dictis distin-
guendo Antecedens, includit ip-
siam Animam ut tribuatur om-
nes gradus, nego antecedens, ut
tribuentem præcisè gradum cor-
poris, concedo Antecedens, & ne-
go Consequentiam. Ad cujus pro-
bationem distinguo Antecedens,
quod includit aliud secundum om-
nen rationem, non est subjectum illius, concedo Antecedens, secun-
dum aliquam tantum, nego Ante-
cedens & Consequentiam. Corpus
enim organicū non est subjectum Animæ secundum quod tale cor-
pus includit Animam ut prætan-
tem gradum vitæ, sed ut præcisè
præstantem gradum corporis. Vnde
Anima secundum quod in præ-
senti definitur, in corpore inclusa

non supponitur: definitur enim ut
præstant gradum vitæ.

44 RGVITVR Tertio.

A Ut aliqua Diffini-
tio sit bona, debet convenire omni
contento sub ejus definito; sed
secunda Animæ Diffinitio non
convenit omni contento sub defi-
nito: ergo secunda Animæ Diffi-
nitio non est bona. Probatur Mi-
nor, Nam Anima vegetativa &
sensitiva continentur sub tali Dif-
initione; & tamen illis non con-
venit talis Diffinitio: ergo &c.
Probatur Minor. Si quidem illa
particula *sentimus* nō potest con-
venire Animæ vegetativæ, ut per
se constat, & illa particula *intelli-
gimus* nequit Animæ vegetativæ,
aut sensitivæ competere, sed Ani-
mæ dumtaxat rationali, ut ex se
liquet: ergo secunda Animæ Dif-
initio tantum convenit Animæ
rationali, non verò vegetativæ, &
sensitivæ.

45 Resp. negando Min. Ad
cujus probationem neganda est
etiam Minor. Ad probationē con-
cesso Antecedenti, nego conseque-
tiā. Quamvis enim illa particula
sentimus non conveniat Animæ
vegetativæ, nec illa particula *in-
telligimus* competit Animæ vege-
tativæ, & sensitivæ; tota tamen
Animæ Diffinitio cuilibet Animæ
convenit. Et ratio est, Quia par-
ticula *O* in tali Diffinitione posita
non est accipienda copulative, aut
disjunctive, sed per distributionem
accommodata; ita nimirum, ut
in aliquibus Anima sit principium

cautum vegetandi: in aliis vero sit etiam principium lentiendi: in aliis tandem sit etiam principium intelligendi. Ad eum modum, quo 2. *Physicorum*, *quest. 1. artic. 1.* diximus, Definitionem naturæ intelligendam. Licet enim in illa dicatur, quod *Est principium, & causa motus, & quietis*, non oportet, quod in omnibus, ubi natura reperitur, sit causa motus, & quietis; sed in aliquibus motus tantum, ut in Sideribus, in aliquibus quietis tantum, ut in Terra, & Cœlo & pyre, & in aliis utriusque, ut in lapide, qui moverit in centrum, & in ipso quiete.

ARTICVLVS II.

An traditæ Diffinitiones sint essentialia?

§. I.

Statuitur prima Conclusio.

46 **D**icendum est primò, primâ Animæ Definitionem esse essentialēm. Probatur primò ex Philosopho initio hujas secundi Libri sic dicente: *Quæ igitur à prioribus tradita de anima sunt, prius diximus. Tertium autem nunc tamquam ex principio redeamus, conantes determinare QVID SIT anima, & quæ sit communissima ratio ipsius.* Sed Diffinitio, in qua explicatur quid sit aliquid, est Diffinitio essentialis; ergo prima Animæ Diff-

sinitio est essentialis. Idem docet ibidem D. Thomas, *lect. 1. sub initio*, ubi hæc habet: *Dicit (Philosophus) quod in principio di- cenum est quod est Anima: In quo notificatur ipsa Anima essentialia.*

47 Secundò probatur ratione. Nam prædicta Diffinitio traditur per essentialia Animæ: ergo est essentialis. Consequentia constat. Antecedens vero probatur. Quoniam sicut de ratione essentiali formæ substantialis in communione esse actum corporis, ita de ratione essentiali talis formæ, nimirum Animæ, est esse actum talis corporis, nempe organici; sed per hoc traditur prædicta Animæ Diffinitio: ergo traditur per aliquid ipsi essentialie.

48 Tertiò. Quia de ratione qualitativa & essentiali entis incompleta vel partis est dicere ordinem ad comprehendere; sed Animæ essentialiter est ens incompletum, & pars corporis: ergo quando definitur per ordinem ad corpus organicum, essentialiter definitur.

49 Contra hanc tamen Conclusionem obiectio primò. Nam Diffinitio, quæ traditur per effectum, non est diffinitio essentialis; sed prædicta Diffinitio traditur per effectum, traditur quippe per corpus organicum, quod est effectus Animæ: ergo talis diffinitio non est essentialis. Patet Consequentia. Nam Diffinitio essentialis debet esse per priora, & notiora quoad se; quæ

autem traditur per effectum, traditur per posteriora, & notiora tantum quoad nos.

50 Respondetur primo distinguendo Majorem, non est essentialis, si id, quod definitur, est aliquid incompletum, & non totaliter absolutum, nego Majorem, aliter, concedo Majorem, & concessa Minore, nego Consequentiam. Quando enim id, quod definitur est aliquid incompletum, & non totaliter absolutum, quamvis per effectum & per aliquid posterius definiatur, essentialiter definitur. Quemadmodum Philosophus 2. *Physicorum* definit naturam per motum, qui est effectus; & tamen talis Diffinitio est essentialis, & à priori, ut ibidem docet D. Thomas. Cum ergo Anima sit aliquid incompletum, in quo cum accidentibus convenit, ut docet idem D. Thomas hic *textu* 2. postest ad modum accidentium quidam, per suum effectum formaliter definiri.

51 Secundò responderetur ex Cajetano 1. part. quast. 77. art. 3. concessa Majore & distinguendo Minorē, traditur per effectum formaliter ut talē, nego Minorem, per effectum, qui simul est causa finalis, concedo Minorem, & nego Consequentiam. Quamvis enim effectus formalis Animæ, scilicet ipsum *compositum*, sub hæc ratione sit posterior Anima; quia tamen simul est causa finalis Animæ, è quod Anima, ad totum *compositum* tamquam ad finem

ordinatur; ideo sub hac ratione non definitur per aliquid posterius, sed per prius: nam causa finalis prior est omnibus causis.

52 Obiicit secundo contra eamdem Conclusionem. Substantia nequit essentialiter per ordinem ad accidens definiri; sed Anima, quæ est substantia, definitur hic per corpus organicum, quod vel initiativè, vel formaliter includit accidentia: ergo prædicta diffinitio non est essentialis.

53 Respondetur concessa Majore, & Minore, negando Consequentiam, quæ ex præmissis non infertur. Quamvis enim Anima definiatur per corpus organicum, quod initiativè includit accidentia; non ideo per ordinem ad accidentia primariò ab ipsa Anima inspecta definitur: nam hæc in corpore organico, quod ad substantiam pertinet, radicantur, ad ipsumque secundariò consequuntur; quod autem essentia substantiaz per ordinem ad accidens secundariò ab ipsa inspectum explicetur, non inconvenit.

S. III.

Secunda Conclusio stabilitur.

54 **S**ecunda Conclusio. Secunda Animæ Diffinitio non est essentialis, sed descriptiva. Hæc Conclusio communior est inter Thomistas, quamvis opposita etiam sit valde probabilis. Probatur primo. Nam Dif-

Difinitio quæ non datur per pri-
mam & essentialē rationem defi-
niti, sed per aliquid ad ipsam
subsecutū, non est essentialis;
sed hujusmodi est secunda Animæ
Difinitio: ergo non est essentialis.
Major & Consequentia con-
stant. Minor autem probatur ex
D. Thoma hic lect. 3.. sic dicente:
*Manifestum est autem quod de-
monstratio est ex posteriori: ex eo
enim, quod Anima est actus cor-
poris viventis, est principium ope-
rum vitæ, & non è converso: er-
go prius est in Anima esse actum
corporis, quam esse principium
operum vitæ: nam sicut operari
sequitur ad esse, ita principium
operandi sequitur ad principium
essendi; sed secunda Anima Dif-
initio traditur per esse principium
operandi: ergo non traditur per
id, quod prius in Anima reperitur;
proindeque non potest esse essen-
tialis.*

55 Secundo probatur ea-
dem Conclusion. Quia Philosophus
in hoc Libro *textu 12.* démons-
trativè probat primam Animæ dif-
initionem per secundam; sed hoc
facere omnino nō posset, si secun-
da Animæ difinitio est essentalis:
ergo essentalis nō est, sed descrip-
tiva. Probatur Minor, quia ut in
Logica vidimus *lib. 7. quæst. 1. art.*
2. una Difinitio quidditativa non
potest demonstrari per alteram,
alias daretur processus in infinitū,
& circulus uniformis; sed prima
Animæ difinitio est quidditativa,
ut Conclusione precedenti proba-

vimus; ergo non potest per secun-
dam demonstrari, si secunda etiam
est quidditativa.

56 Respondebis ex doctrinā
ibidem tradita, quod quando-
dantur Difinitiones quidditativas
eiusdem rei per diversa genera
causæ, optimè potest una quiddit-
ativè demonstrari per alia, quin-
detur processus in infinitū, vel
circulus uniformis. Et ratio illius
doctrinæ est. Quia cū causæ sibi
invicem sint causa, se invicem ante-
cedunt; & consequenter quando-
una per alterā à priori demonstra-
tur, potest etiam à priori per alte-
rā & per alterā demonstrari. Quod
contingit in duabus Difinitionibus
Animæ. Prior enim Animæ Difini-
tio datur per genus causa forma-
lis, quatenus in illa dicitur quod est
actus primus corporis: secunda ve-
tò per genus causa finalis; in ea
namque dicitur, quod est principium
vivendi, sentiendi &c. operationes
autem vivendi, sentiendi &c. sunt
finis ipsius Animæ juxta commune
illud Proloquium, *Vnumquodque*
est propter suam operationem. Quarè
optimè salvari potest, quod prima
Difinitio sit quidditativa, & per
secundam, quæ etiam sit quiddita-
tiva, demonstretur.

57 Contra tamen est pri-
mò. Licet enim verū sit, quod per
diversum genus causæ possit ali-
quid quidditativè demonstrari per
alterum, hoc tamen in nostro casu
contingere nequit: ergo nulla est
aſsignata Solutio. Probatur Ante-
cedens. Nā secunda Animæ Difini-

nitio non datur per causam finalē : ergo &c. Probatur Antecedens , Quia operationes non possunt esse finis ipsius Animæ ut supra vidimus . Axioma in contrarium adductum explicantes , alias Substantia posset esse immediate operativa , quod Angelico Preceptor , & omnium Thomistarum Sententia refragatur : ergo secunda Anima Diffinitio non datur per operationem tamquam per causam finalem .

58 Secundò . Quia D. Thomas super locum citatum Philologi expelsè docet , ut vidimus , quod prima Anima Diffinitio demonstratur per secundam demonstrationem à posteriori , seu per effectum , per operationes nimirum vegetandi , sentiendi &c. quæ sunt ipsius Anima effectus ; sed demonstratio quidditativa non est à posteriori : ergo ex mente D. Thomæ secunda Anima Diffinitio non est quidditativa : proindeque Solutione tradita nulla est . Ex quibus .

59 Tercio probator Conclusio . Quia secunda Anima Diffinitio datur per aliquid accidentiale , & posterius ipsa Anima , nō vero per aliquid essentiale : ergo talis Diffinitio non est quidditativa , sed tantum descriptiva . Probatur Antecedens , Nā datur per operationes vegetandi , sentiendi , & intelligendi ; sed hujusmodi operationes aliquid accidentale sunt , & posterius ipsa Anima : ergo secunda Anima Diffinitio datur per aliquid posterius & accidentale .

60 Advertendum est tamen , prædictam Diffinitionem non esse descriptivam conatur , quæ datur per accidentia communia , sed descriptivam propriam , quæ explicat essentiam per accidens proprium ad quod verificandum sufficit , quod hæc , vel illa operatio vagè sumpta omni Anima , soli Anima , & semper Anima conveniat .

61 Sed contra nostram Conclusionem Objicies . Diffinitio naturæ , scilicet Principium Causa motus ius , in quo est &c. est essentialis , ut vidimus et Physicorum , quest. 1. art. 1. ergo pariter secunda Anima Diffinitio , in qua dicitur , quod est principium vivendi , sentiendi , & intelligendi , erit etiam essentialis . Probatur Consequens . Sicut enim esse principium principium motus , & quietis est de essentia naturæ , ita esse primum principium vivendi , sentiendi , & intelligendi est de essentia Anima , quamvis aequaliter vivere , vel sentire ipsi accidentaliter competat : ergo sicut Diffinitio naturæ est essentialis , ita etiam secunda Anima Diffinitio .

62 Respondetur concessio Antecedenti , negando Consequentiam . Ad cajus probationem dicendum est , n̄ etum esse Animam essentialiter importare esse primum principium vivendi , & sentiendi , sicut natura importat esse primum principium motus & quietis ; diverso tamen modo in utraque Diffinitione importatur . Siquidem in

Dif-

Dissinitione naturæ esse primam principiū motus, & quietis, importatur per se prīmō: & idē talis Dissin̄tio est essentialis, quia datur per aliquid essentialē prīmō & per se naturæ cōveniens, cum nihil valeat prius concipi in naturā, quād esse operationis principium & radicem. Esse verò prīmū principium vivendi, & sentiendi, quamvis sit essentia Animæ, non tamen prīmō & per se, sed ex consequenti in secunda ejus Dissin̄tione importatur. Cujus prima ratio est, Quia ut supra num. 54. vidi mus ex D. Thoma, *Ex eo quod Anima est actus corporis viventis, est principium operum vitae* & non ē cōverso: ergo sentit Angelicus Doctor, esse principium operum vitæ non esse id, quod prius in Anima reperitur.

63 Secunda ratio est, Nam si ēss̄ principiū operationis prīmō & per se in tali Dissin̄tione importaretur, non posset prima Anima Dissin̄tio à priori demonstrari p. r secundam, ex suppositione quod prima sit essentialis, ut satis ex dictis constat; quod autē prima Dissin̄tio sit essentialis, Adversarij ip̄i supponunt.

64 Tertia est, Quia in tali Dissin̄tione prīmō & per se ingrediuntur operationes videndi, & sentiendi, quæ sunt accidentia; nulla autem Dissin̄tio potest simul importare aliquid accidentale & essentialē.

65 Quarta, Quia in secundā Dissin̄tione non diffinitur Anima

prout est reduplicative natura; quatenus scilicet dicit esse primū & radicale principium operatio- nū vivendi & sentiendi idēque secunda Anima. Dissin̄tio non est quidditativa, sed tantum descriptiva.

66 Replicab̄is prīmō. Nam Philosophus loco citato rationem reddens quare tradat secundam Animæ Definitionem, non aliam designat, nisi quia oportet, ut Dissin̄tio non solū dicat *Quia*, sed etiam *Propter quid*: ergo ex mente Philosophi in secunda Dissin̄tione traditur causa primæ; & conseq̄ter est à priori & essentialis, nō autem à posteriori & descriptiva.

67 Respondetur ex Javelo 2. de Anima quest. 8. quod licet hæc Demonstratio sit à posteriori, & ab effectu, dicit tamen *Propter quid*, & causam, non quidem in essendo, sed tantum cognoscendo. Et ratio est, quia licet in Demonstrazione *Quia* Præmissa non sint causæ Conclusionis in essendo; sunt tamen causæ ipsius in cogitando; hoc autem tantum modo demonstrat Philosophus primam Animæ Dissin̄tio nem per secundam.

68 Secundō replicabis; Nam in secundā Dissin̄tione, ut in quarta Ratione concedimus, Anima non definitur reduplicative ut natura: ergo non definitur ut per tinens ad Philosophum; hoc autem non est dicendum: ergo illa ratio nulla est. Secunda Consequentia, & Minor subsumpta constant. Prima vero

verò probatur, Nam objectum Philosophiz est natura prout talis: ergo si Anima non definitur hic reduplicative prout natura, non definitur prout ad Philosophiam pertinens.

69 Respondetur concessio Antecedenti, negando Consequen-
tiam. Ad cujus probationem ne-
ganda est etiam Consequentia.
Quamvis enim Anima pertineat ad
Philosophiam, non ideo debet re-
duplicative ut natura definiti: si-
quidem omnia principia entis na-
turalis primo & per se pertinent ad
Philosophiam; & tamen illa in pri-
mo Phisicorum non definitivit Phi-
losophus prout reduplicative sunt
natura, cum secundum quodd sunt
principium motes non definiverit.
Quamvis ergo non definiverit
Animam prout est reduplicative
natura, non bene inde colligitur,
quod Anima ad Philosophiam non
pertineat.

ARTICVLVS. III.

*Vtrum Anima sit triplex? Modi
vivendi quatuor? Et genera
Potentiarum quin-
que?*

f. I.

Statuitur prima Conclusio.

Dicendum est primo,
Anima adaequata di-
vidi in Vegetativam, Sensitivam,
& Intellectivam. Conclusio est

communis. Et probatur primò:
Quia omnibus praeditis essentiali-
ter conveniunt Definitiones Ani-
mae supra traditæ, & alijs ab ipsis
convenire non possunt: ergo divi-
sio Animæ in Vegetativam, Sensi-
tivam, & Rationalem est adæqua-
ta. Antecedens quoad secundam
partem constat, Quilibet enim alia
forma distincta ab Anima non est
actus corporis organici heteroge-
nij, sed tantum homogenij, nec est
principium vivendi & sentiendi; &
consequenter Definitiones Animæ
alijs formis ab Anima distinctis
non conveniunt.

71 Quoad primam verò
partem probatur Antecedens: &
primo quoad Animam intellecti-
vam, Tum, quia Anima rationalis
verè est actus corporis, ut defini-
tur in Clementina prima de summa
Trinitate & Fide Catholica per
hæc verba; *Quisquis deinceps asse-
rere, defendere, seu tenere pertin-
aciter presumperit, quod Anima
rationalis, seu intellectiva non sit
forma corporis humani per se, O
essentialiter, tanquam hereticus
censendus est.* Tum etiam, Nam
Anima intellectiva essentialiter dis-
tinguitur à formis Angelicis per
hoc quod formæ Angelicæ sunt
completè spirituales, proindeque
impotentes esse actus corporis, Ani-
ma vero rationalis est forma spi-
ritualis incompleta, & quoddam
medium inter formas Angelicas &
pure corporales; ac proinde est
actus corporis. Tum desique, Quia
esse principium vivendi, sentiendi,

& intelligendi convenit Animæ rationali, immò perfectissimo modo. in ijs enim, quæ intellectum habent, perfectissimus vivendi modus reperitur; Anima autem rationalis radicat intellectum: ergo Diffinitiones Animæ conveniunt Animæ rationali.

72 Quoad Animam verò Sensitivam probatur etiam Antecedens. Quia Anima Sensitiva est actus corporis organici, ut constat, & principium quo vivendi & sentiendi; experientia namque compertum est, bruta, quæ Anima sensitiva constant, se mouere & sentire: ergo Animæ Diffinitiones conveniunt Animæ sensitivæ.

73 Quoad Animam denique Vegetativam probatur Antecedens, Quia ipsa etiam est verè & propriè actus corporis organici: plantæ enim, quæ Anima vegetativa constat, habent partes organicas, & heterogenias, seu diversæ rationis, & in illis est vivendi principium. Quod probatur, Tum, quia plantæ ab intrinseco se mouent motibus nutritionis, & augmentationis, quæ sunt operationes vitales. Tum etiā, quia Psal. 77. versu 47. dicitur: Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorū in pruina. Et Joannis 12. versu 24 Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit. Quil us verbis, ut vides, de vineis, moris, & granis, quæ tantum sunt vegetativa, assentitur occidi & mori posse, quod autem non vivit, occidi, & mori nequit. Tum denique, Nam Gregorius Magnus Hom. 29.

in Evangelia: Homo (inquit) habet commune esse cum lapidibus, vivere cum arboribus: ergo Animæ etiam Vegetativæ conveniunt prædictæ Diffinitiones Animæ.

74 Secundò probatur Conclusio Ratione desúprà ex D. Thoma I. p. q. 78. art. 1. quia ad hanc formam reduci potest. Animæ distinguuntur secundum quod operatio Animæ operationem corporis supergreditur; sed hoc tripliciter tatum contingere potest: ergo tres Animæ tatuia dantur, nimirum Vegetativa, Sensitiva, & Rationalis, proindeque prædicta divisio est adæquata. Major constat. Quia operatio corporis in quantum corpus nō est ab intrinseco, sed ab extrinseco, corpus enim prout tale non moverat à seipso, sed ab alio: nā si corpus prout corpus à seipso moveretur, omne corpus moveretur à seipso, quia quod convenit alicui in quantum tali, convenit omni tali; unde omne corpus esset vivēs, quod manifestè constat esse falsum; operatio autē Animæ est ab intrinseco: & idèo viventia mouentur à seipsis. Quare distinctio Animarum pensari debet penes excessum, quem dicit ipsarum operatio suprà corpus, quod non mouetur à seipso, sed ab alio.

75 Minor verò probatur. Nam datur operatio Animæ, quæ taliter corporis operationem exceedat, quod non solum sit ab intrinseco, sicut quævis alia vitalis operatio, sed etiam sine organo corporeo valeat exerceri, & hujusmodi

modi est operatio Animæ intellectivæ, quæ quia est omnino spiritualis, ab organo corporeo non dependet. Alia est operatio Animæ, quæ fit & exercetur medio organo corporali, sicut videre & audire, superat tamen operationem corporis (quamvis non ea perfectione, qua præcedens) quia operatio corporis ex una parte non est ab intrinseco, ex alia vero fit medijs qualitatibus pure sensibilibus, media scilicet siccitate, humiditate &c. videre enim & audire quæ sunt operationes Animæ sensitivæ, ab intrinseco procedunt, & formaliter medijs qualitatibus sensibilibus non sunt, quamvis istæ ad debitum organi dispositionem requirantur, medio quo elicuntur:

76 Tertia est denique Animæ operatio, quæ est minima inter omnes, quæque fit per organum corporale, & medijs prædictis qualitatibus, ut nutritio & augmentatio, quæ in plantis reperiuntur; superat tamen hæc operatio corporis operationem, quia fit ab intrinseco media virtute intrinseca; operatio autem corporis fit ab extrinseco, à quo movetur. Sed non est alia operatio, quæ possit Animæ operationem corporis superare: ergo triplex extant in datur assignatus excessus, & consequenter triplicis Animæ, scilicet Vegetativa, Sensitiva, & Rationalis.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

77 **A**RGVITVR primò. Forma pure vegetativa non est Anima: ergo male inter membra Animam ut sic divisa collocatur. Probatur Antecedens primò, Nam ut alicui formæ competit ratio Animæ, debet esse principium actionis immanentis, requiritur enim quod sit principium se mouendi, quod auctem se movet, debet per se cū uscire & recipere motum; sed forma vegetativa tantum est principium actionis transscendentis, quia vel operatur in cibum seu alimentum, vel ratione unius partis dissimilari agit in alteram: ergo non est principium se mouendi.

78 Secundò Probatur Antecedens, Nam omnes actiones plantarum v.g. quæ forma vegetativa informantur, sunt alterationes, quæ sunt medijs qualitatibus naturalibus, nimirum siccitate, humiditate &c. quæ rebus etiam inanimatis sunt communes: ergo &c.

79 Tertio, Quia virtus attractiva alimenti non arguit principium attrahens esse vivens, talis quippe virtus in Magnetibus etiam & succinis reperitur; quæ tamen viventia non sunt, ut per se constat: ergo.

80 Quartò, Ignis enim nutritur & augetur, & generat aliquid ignem; & tamen hujusmodi actiones

ne sed argunt in igne vitam:
ergo &c.

81 Confirmatur, Quoniam nulla res creata potest habere vitam, quia illam participet à vita, quæ est in Deo; sed conceptus vita est perfectio simpliciter simplex, hoc est, melior est ipsa, quam non ipsa: ergo debet participare conceptum vitae formaliter existentem in Deo. Sed vita; quæ formaliter est in Deo, tantum est per cognitionem & amorem: ergo cum hæc vita formæ vegetativæ non competit, repugnat vitam vegetativam posse participare Dei vitam.

82 Respondetur negando Antecedens. Cujus falsitas ex dictis num. 73. satis constat. Ad illius autem primam probationem dicendum est, quod licet nutritio prout est alteratio vel actio, ad alimentum terminetur; prout tamen est mutatio, ipsius est transmutativa viventis. Et licet una pars operetur in alteram, hoc non obest immaterialia ad conceptum vitae requisita: ad hoc enim sufficit, quod totum compositum illam actionem operetur, & in toto composito recipiatur.

83 Ad secundam probationem Antecedentis dicendum est, quod siccitas & humiditas prout in forma vegetabili radicantur, habent virtutem, qua carent prout ad formas inanimatas consequuntur: virtus enim formativa semini, quæ est in plantis, & sanguinis, quæ est in animalibus, non convenit rebus

inanimatis, ut constat. Quare vegetabilia non operantur per qualitates, quæ rebus etiam inanimatis sunt communes.

84 Ad tertiam & quartam probationem Antecedentis respondeatur, quod virtus attractiva in Magnete & succino convenienter illis secundum omnes suas partes, sicut ignis secundum omnes suas partes convenienter generare. Neque Magnes attrahit ferrum, & succinum stipulam, ut ferrum in Magnetem, & stipula in succinum convertatur. Neque ignis propriè nutritur, & augetur, ut vidimus, lib. 1. de Generatione. quæst. 5. art. 3. Vegetabilia vero non secundum omnes partes habent virtutem attractivam, sed tantum in radicibus, per quas humorem sugunt, & in alias partes distribuunt & convertunt, quæ partium diversitas dicit organizationem & vitam.

85 Ad Confirmationem dicendum est, quod in vita Dei possumus per nostros conceptus triplicem formalitatem distinguere: nimirum formalitatem operandi a se, formalitatem operandi a se cognoscitive, & formalitatem operandi a se intellective. Vnde prima ratio vitae Participatur à vegetativis; secunda à sensitivis; tertia ab intellectivis, quæ sunt perfectissima viventia, è quod vita Dei sub specialissima & atoma ratione participant. Ex hoc autem non infertur Vegetativa & Sensitiva vitam Dei non participare; alias sola intellectiva essent viventia, cum in Deo

32 Deo non sit nisi vita intellectiva.

86 **A**RGVITVR secundò Membra dividentia debent inter se opponi, hoc est, non debet unum sub alio contineri; atque sub Anima intellectiva continetur Anima sensitiva, & sub hac Anima vegetativa continetur: ergo anima est praedicta divisio.

87 Respondetur primò, membra dividentia in praefata divisione sic intelligi: Vegetativum prout ad vegetatum coarctatum, & prout dicit exclusionem sensitivi: & similiter Sensitivum prout determinatur ad sentivum cum exclusione intellectivi: sub qua ratione minimè unum sub altero continetur: planta enim sub h[oc] c[on]tractione sumpta non continetur sub animali, nec planta & animal sub intellectivo, ut Articulo sequenti videvimus.

88 Secundò responderetur, nullum esse inconveniens, quod unum membrum dividens alterum materialiter includat, dummodo illud formaliter non involvat. Sicut enim Anima dividitur in Vegetativam, Sensitivam, & Intellectuam, ita Quantitas continua permanens dividitur in Lineam, Superficiem, & Corpus; & tamen Corpus materialiter includit Lineam, & Superficiem, ut in Logica vidimus Lib. 6. quast. 2. art. 1. num. 87.

89 Pro complemento huius Difficultatis Inquires primò An praedicta divisio sit univoca, vel analoga? Respondetur esse univocam, & generis in species. Et pro-

batur primo, Quia tam Anima vegetativa, quam sensitiva, & intellectiva sunt verè & propriè Animæ, ut constat, & vna in ratione communi Animæ ab altera non dependet, nec ratio Communis est prædicatum transcondens ad omnes Animas; sed haec sunt causæ analogiæ: ergo prædicta divisio non est analoga, sed univoca.

90 Secundò probatur, Quia vivens univocè dicitur de vivente vegetabili, sensivo, & intellectivo, siquidem directè ponitur in prædicamento substantiæ, in quo nil directè collocatur nisi sit prædicatum univocum: ergo Anima etiam in communi univocè dicitur de vegetativa, sensitiva, & intellectiva, quæ prædicta viventia constituant, &c. nsequenter talis divisio est univoca: Cum autem ex alia parte prædictæ Animæ specie differant, talis divisio erit generis in species. Notandum est autem non esse univocam, & generis in species rigorose, sed largè, eo scilicet modo, quo enīa incompleta, quales sunt Animæ, posunt univocè convenire, specie differre.

91 Dce: Juxta Philosophum 10. Metaph. text. 29. corruptibili & incorruptibili nihil datur univocum; sed Anima intellectiva est incorruptibilis, Sensitiva verò, & Vegetativa corruptibiles: ergo Anima non potest de illis dici univocè; ac proinde talis divisio non est univoca.

92 Respondetur explicando Majorem, nihil datur univocum

cum physicè , concedo Majorem, legicè , nego Majorem , & concessa Minore , distinguo consequens distinctione Majoris , & nego Consequentiam . Quando enim Philosophus docet , corruptibili & incorruptibili nil posse dari commune vniuersitate , intelligi debet de vniuersatione physica , non autem logica . Quamvis autem Anima intellectiva , vegetativa , & sensitiva physicè non vniuersatur , sed potius æquivocentur , quia Anima sensitiva excedit vegetativam , & Anima intellectiva vegetivam simul , & sensitivam excedit : qua de causa idem Philosophus . 7. Metab. textu 32. docet , quod sub genere multæ latent æquivocationes , eo quod res physicè existentes in perfectione physica se excedunt ; ac proinde physicè æquivocantur ; In genere vero logico , de quo loquimur in præsenti , prædictæ Animæ vniuersantur , quamvis Anima sensitiva excedat vegetativam , & intellectualis utramque .

53. Inquires secundò . An prædicta divisio sit in species atomas , arverò in subalternas ? Huic Dubio cum distinctione est respondendum . Si enim sermo sit de Anima vegetativa & sensitiva , dicendum est quod sunt species subalternæ : & consequenter quoad ista membra divisio erit generis in species subalternas . Et probatur , Quia Anima sensitiva equi ; v. g. & Leonis specie differunt , cùm equus , & Leo specie differunt , & differentia specifica à forma pro-

veniat . Si militer plures plantæ species distierunt , quæ distinctione non potest non ab ipsarum forma , quæ est Anima vegetativa , p ovenire : ergo Anima sensitiva , & vegetativa sunt species subalternæ divisibilis in alias plures Animas species differentes ; ac proinde quoad ista membra divisio est generis in species subalternas .

94. Si verò de Anima intellectiva loquuntur , oppositum est dicendum , scilicet divisionem esse in species intimes . Ratio est . Quia omnes homines sunt ejusdem speciei : ergo Animæ intellectivæ quibus constant , & à quibus talis unitas specifica desumitur , sunt etiam ejusdem speciei : proindeque Anima intellectiva est species atomæ indivisibilis in plures Animas species differentes .

95. Sed obijcies . Anima intellectiva perfectior est vegetativa , & sensitiva ; sed hæ specificè multiplicantur , ut vid mus : ergo & illa : ac proinde Resolutio Dubij quoad secundam partem est falsa . Secunda Consequencia constat . Prima vero probatur . Quia multiplicatio tantum numerica est nimis imperfetta , idèoque per accidens solum intenditur à natura , propter conservationem scilicet speciei . Vnde Angeli , qui inter res creatas sunt maximè perfecti , numero tantum multiplicari non possunt . Multiplicatio autem specifica valde perfecta est , & per se intenta , proindeque in ipsis Angelis reperitur : ergo si Anima intellectiva simpli-

citer est perfectior vegetativa & sensitiva, potiori titulo debet multiplicari specie.

96. Respondeatur distinguendo Majorem, perfectior est infima perfectione intra gradum intelligendi, concedo Majorem, perfectione suprema; vel intermedia, nego Majorem, & Concessa Minore, nego Consequentiam. Ad probationem concessio Antecedenti, neganda est: similiter Consequentia, licet enim Anima intellectiva perfectior sit ceteris Animabus, haec tamen perfectio est infima intra gradum intelligendi, eo quod est forma incompleta receptibilis in materia: & ideo non potest multiplicari specie, sed numerice. Angeli vero habent locum inter medium intra gradum intelligendi, quia magis accedunt ad Deum, qui habet supremum intelligendi gradum. Cum autem ex alia parte sint irreceptibiles in materia, à qua desumitur unitas, & distinctio pure numerica, non possunt numero tantum multiplicari, sed specie. Et quidem si Argumentum aliquid probaret, convinceret ut que omnes homines specie inter se differere, quod tamen nullus hucusque somniavit.

§. III.

Secunda Conclusio stabilitur.

97. DICENDVM est secundò, quatuor dari vivendi modos, nimirum vegetativum, sensitivum, loco-motivum, & intellectivum. Conclusio hæc est expressa Philosophi in hoc libro, textu 13. & Angelici Praceptoris ibidem lett. 3. & 1. parte quast. 78. artie. 1. sic dicentis: Quatuor vero dicuntur modi... Quidam enim viventia sunt, in quibus est tantum vegetativum sic in plantis. Quidam vero, in quibus cum vegetativo est etiam sensitivum, non tamen motivum secundum locum, sicut immobilia animalia, vel conchilia. Quidam vero sunt, quæ supra hoc habent motum secundum locum, ut perfecta animalia, quæ multis indigent ad suam vitam: & ideo indigent motu, ut vita necessaria procul posita querere possint. Quidam vero viventia sunt, in quibus cum his est intellectivum, scilicet in hominibus.

98. Probatur ratione ex ipso Philosopho & D. Thoma presumpta. Nam modi vivendi ex diversitate, qua vita habetur, desumuntur; sed vita quadrupliciter haberi potest: ergo modi vivendi sunt quatuor. Major supponitur. Minor autem probatur. Et enim vita intellectiva, & vegetativa indivisibiliter habeatur, vita tamen

men sensitiva dupliciter haberi potest: ergo quadruplex est modus habendi vitam. Antecedens quoad primam partem est certum. Quoad secundum vero sic probatur. Nam quedam sunt viventia sensitiva, quæ tantum habent sensum gustus, & tactus qualia sunt ostreae & conchilia, quæ ideò fixa dicuntur, quia localiter non moventur. Alia vero sunt, quæ res distante percipiunt, & cognoscunt, easque, localiter se movendo, perquirunt, ut alantur, in esseque conserventur: ergo intra lineam vitæ sensitivæ duplex datur modus habendi talam vitam; & consequenter modus habendi vitam est quadruplex.

99 Confirmatur. Ideò Vita est triplex, quia datur vita vegetativa, quæ non sit sensitiva, & vita sensitiva, quæ non sit intellectiva, & tandem datur vita intellectiva; sed datur modus habendi vitam intellectivam, & modus habendi vitam vegetativam, & modus habendi vitam sensitivam sine motu locali, & modus tandem habendi eamdem vitam cum tali motu: ergo licet vita sit triplex, modus tamen habendi vitam est quadruplex.

§. IV.

Solvuntur Argumenta.

100

A RGVITVR. prim. Nulum dari ur animal, cui non conveniat motus lo-

calis, saltem imperfectus, videlicet motus dilatationis, & cōstrictionis: ergo motus localis speciale vivendi modum non constituit, siquidem cum sensitivo convertitur. Patet Consequentia, Quia namque tactivum & gustativum cum sensitivo convertuntur, speciales vivendi modos non constituunt.

101 Respondetur, motum dilatationis, & constrictionis non esse motum localem, de quo loquimur in præsenti. In præsenti enim tantum loquimur de motu locali progressivo, & novi loci acquisitivo, penes quem desumitur perfecta participatio sensitivi; siquidem solus hic motus arguit dari in animali potentias sensitivas & apprehensionis rei distantis, & non solum tactum & gustum circa res sibi conjunctas operantes.

102

A RGVITVR secund. Loco-motivum est specialis gradus vivendi, quia denotat sensitivum substantiale participari perfectius, eo quod participatur ut radicans plures potentias sensitivas; sed ex hac ratione deducitur, vel modos vivendi non esse quatuor, vel plures esse vivendi modos; ergo, &c. Probatur Minor. Nam datur aliquid animal, nempè talpa, cui convenit motus localis, potentia vero visiva non convenit: ergo si juxta diversum modum, quo sensitivum substantiale participatur, diversi dantur vivendi modi, alius debet vivendi modus superaddi, nempe esse visivum. Patet Consequen-

tia. Quia ideo sensitivum est diversus modus vivendi à loco-motivo, quia ab illo separatur: ergo si loco-motivum separatur à visu, diversum etiam ab illo vivendi modum constituet: ac proinde modus vivendi erit quincuplices.

103 Confirmatur. Nam sensitivū indivisibile perfectius participat rationem sensitivi, quam sensitivum divisibile; & tamen diversum vivendi modum non constituit: ergo quamvis loco-motivum perfectius participet rationē sensitivi, quam quod localiter non movetur, nō inde bene colligitur, specialē vivendi modum constituere.

104 Respondeatur primò ad Argumentum concessa Majo-re, negando Minorem. Ad cuius probationem negandum est Antecedens. Quamvis enim vulgo dicatur talpam carere visu, illostamen adæquate non caret. Quia ut in Logica diximus libr. 4. quast. 3. artic. 4 numer. 255. experientia comperatum est, talpam habere oculos, quos illi frustrā sapiens natura concessisset, si potentiam ad videndum non haberet. Eos tamen sic habet quibusdam vélis eductos, & membranulis co-pertos, ut carere oculis videatur. Quod autem talpa sensu visus non caret, exprestè docet Philosophus, lib. 3. de Anima, textu 131. per hec verba: *Omnes igitur sensus habentur à non imperfectis, neque orbatis: videatur enim & talpa sub pelle habens oculos.* Philo-phum sequitur ibidem D. Thomas,

& rationem assignat, quarè oculos sub pelle habeat. Nam cum sub terra conveaserit: *Terra (inquit) si haberet oculos discooperitos, ejus oculos offenderet.*

105 Secundò respondeatur juxta communem Solutionem negando Consequentiam. Ad cuius probationem distinguo Antecedens, quia ab illo separatur secundum genericam rationem, concedo Antecedens, secundum specificam, nego antecedens & Consequentiam. Modi namque vivendi non numerantur secundum specificam cujuscumque viventis rationem, alias tot essent vivendi modi, quot vivētū species; quod tamen nullus dixit. Sed attenditur secundum generalem quamdam rationem, quæ ita sit in uno, ut non reperiatur in alio. Hoc autem quadrupliciter tantum contingere potest ut probavimus. Primò in vegetativis, in quibus datur vegetativum sine sensitivo, ut in omnibus plantis. Secundò in sensitivis quæ localiter non movetur, in quibus datur sensitivum sine loco-motivo, ut in omnibus ostreis & conchilijs. Tertiò in loco-motivo sine intellectivo, ut in omnibus brutis, quæ intellectu careant, & progressivè moventur. Ut progressivè autem moveantur, vel quærendo bonum, vel fugiendo malum, per accidens est, quod visu careant: quamvis enim careant visu, possunt per odoratum, conveniens & nocivum apprehendere, illudque localiter se movendo, perquirere, hoc vero

contrario motu declinare. Quamvis ergo talpa non habeat visum, non dantur plures vivendi modi, quam quatuor assignati.

106 Ad Confirmationem respondetur distingiendo Majorem, perfectius participat rationem sensitivi, prout sensitivum radicat specialem operationem, nego Majorem, alter, transeat Major, & concessa Minore, distinguo Consequens, non bene colligitur specialis vivendi modum constituere, si non participet sensitivum secundum quod est radix specialis operationis, concedo Consequentiam, prout talis operationis est radix, nego Consequentiam. Gradus enim vivendi desumuntur ex magis, minusve perfecta participatione sensitivi radicis in ordine ad diversas operationes & potentias proximast: nam ex diversis operationibus, quas in viventibus observamus, diversos vivendi modos argimus. Divisibilitas autem & indivisibilitas ex se diversitatem operationum non radicant; unde nec diversos vivendi modos constituant.

§. V.

Tertia Conclusio statuitur.

107 **D**ICENDVM est tertio Genera potentiarum Animæ esse quinque, nimirum vegetativum, sensitivum, loco-motivum, appetitivum, & intellectivum. Conclusio est communis, & expressa Philosophi in

hoc 2. libr. textu 27. sic dicentes: Potentias autem dicimus vegetativum, sensitivum, appetitivum, motivum secundum locum, intellectivum. Philosophum sequitur Div. Thomas ibidem lect. 5. & 1. part. quest. 78. art. 1.

108 Probatur ratione de sumpta ex ipso Angelico Præceptore loco citato primæ partis. Nam potentiae per actus, & actus per objecta distinguuntur; sed quinque sunt genera objectorum, circa quæ potentiae Animæ versantur: ergo genera potentiarum Animæ sunt quinque. Major, & Conseq. constat. minor autem probatur. Nam objectum potentiarū Animæ in triplici tantum est ordine. Primus & minus communis est corpus unitum, & intus suscepsum, circa quod Animæ vegetativa se nutriendo, & augendo versatur. In secundo ordine est aliud objectum universalius, scilicet corpus sensibile unitum non per scriptum, sed per suum imaginem vel speciem, circa quod versatur potentia sensitiva. Tertius importat objectum universalius adhuc; non enim solum corpus sensibile, sed etiam quocumque eas praedito modo unitum importat, & circa hoc versatur potentia intellectiva.

109 Quia vero potentia, tam sensitiva, quam intellectiva nedum circa sibi conjuncta, verum etiam circa remota & absentia versari possunt, ipsum objectum sensus, aut intellectus habet duplice aliam rationem terminandi actu. Animæ, quatenus nimirum animalis bonum

in re nondum est habitum: & hoc dupliciter: uno modo quatenus terminat actum intentionis & desiderij, & secundum talem operationem, & modum objecti constituitur potentia appetitiva. Alio modo quaenam eadem res terminat executionem & acquisitionem finis: & ita constituitur motivum secundum locum. Ad hoc quippe potentia haec animalibus datur, ut id quod sibi bonum, & conveniens apprehendunt, & appetunt, re ipsa adipiscantur, & possideant: ergo quinque sunt genera potentiarum. Animæ hoc ordine numeranda, vegetativum scilicet, sensitivum, appetitivum, motivum secundum locum, & intellectivum.

110. Confirmatur. Nam ad distincta genera vitae radicalis non possunt non subsequi distincta genera vitae proximæ, sicut enim omnis virtus, seu potètia proxima operativa non potest non subsequi ad aliquam radicalem virtutem operandi; ita ad tria genera vitae radicale, vegetativum scilicet, sensitivum, & intellectivum, necessario debent subsequi potentia vitales proximæ, quarum quælibet cum sua propria radice coquetur. Sed potentia sensitiva & intellectiva res abentes, & extra se existentes apprehendunt, quas intra se mediis earum speciebus sensibilibus & intelligibilibus habent: ergo cum ad quamlibet rem non possit non subsequi aliqua convenientia, vel disconvenientia in subiecto in quo est, necessarium est, quod hujusmo-

di convenientia, vel disconvenientia in speciebus ipsis à sensu, vel intellectu percipiatur: ergo necessarium est etiam, quod detur in animali potentia appetitiva, qua rem apprehensam velit & intendat, vel prosecutivè, si fuerit sibi consona, vel per modum fugæ, si fuerit absconsona: ergo necessaria est etiam potentia loco motiva, ut ad rem sibi convenientem accedat, eamque conseqüatur, & à disconveniente recedat, eamque refugiat.

111. Ex his omnibus clare constat, quare Animæ sint tantum tres, gradus vivendi quatuor, genera vero potentiarum quinque. Numerus enim Animarum sumitur ex modo, quo Animæ formas naturales & inanimatas excedunt, ut in prima Conclusione probavimus. Numerus vero graduum vivendi colligitur ex diversis vivendi modis, quorum unus sine altero reperitur, & quatuor esse ostendimus Conclusionem secundam. Appetitivum autem diversum gradum non constituit, eo quod numquam reperiatur sine aliis, semper enim cum sensitivo, aut intellectivo conjugitur. Numerus tandem potentiarum Animæ ex objectoru diversitate, circa quæ tales potentia versantur, arguitur, ut in hac tertia Conclusione monstratum est.

112. Advertendum est tamen, ut optimè notat Mag. Bañez in 1. part. quest. 78. art. 1. Dubio 1. quod sub his quinque generibus potentia-

tiarum multæ aliaæ species continentur. Vegetativum enim tres species sub se continent, scilicet nutritivam, augmentativam, & generativam. Nutritiva autem habet alias quatuor sibi deservientes, nimis attractivam, retentivam, digestivam, & expulsivam. Augmentativa vero nullam sibi de servientem habet. Genera iya habet tres vires sibi ministrantes, nempe seminativam, immutativam, formativam.

113 Potentia sensitiva est duplex, exterior scilicet & interior. Sensitiva exterior in quinque dividitur, scilicet in visum, auditum, odoratum, gustum, & tactum. Sensitiva interior, juxta Angelicum Præceptorum, in quatuor dividitur, in sensum videlicet communem,phantasmam, cogitativam seu estimativam, & memoriam vel reminiscientiam. Potentia motiva secundum locum est duplex, progresiva nimirum, & dilatativa aut constrictiva.

114 Potentia intellectiva est duplex, intellectus scilicet possibilis, & intellectus agens. Potentia appetitiva est etiam duplex, scilicet appetitus intellectivus, & appetitus sensitivus. Appetitus intellectivus est ipsa voluntas & librum arbitriū, quod eadem est cum voluntate potentia. Appetitus sensitivus est similiter duplex, concupisibilis nempe, & irascibilis. De

quibus omnibus & singulis suis
infra locis agemus.

* * *

§. VI.

Solvuntur Argumenta.

115 **A**RGVITVR primò: Genera potentiarum vel sunt tantum tria, vel ad summum sunt quatuor: ergo non sunt quinque. Antecedens probatur primò. Nam potentiae in Animabus radicantur; sed tres tantum dantur Animæ radicantes: ergo tres dumtaxat dabuntur potentiae radicatae.

116 Secundò probatur Antecedens, Quoniam ad illud, quod omnibus Animæ potentijs, & rebus est commune, non debet speciale potentiae genus deputari; sed appetere, omnibus Animæ potentijs, & rebus est commune, iuxta illud Ecclesiastici 40. versu 22. Gratiam, & speciem desiderabit oculus tuus, & super hac virides fationes: ergo potentia appetitiva non debet inter speciale genus potentiae computari.

117 Tertiò, Quia sensitivum, & intellectivum nequeunt duo genera, sed unicum tantum constituere, eo quod utrumque sub ratione communi cognoscitivi continetur: ergo, &c. Probatur Antecedens. Ideò appetitum consequutum ad esse sensitivum non constituit diversum genus cum appetitivo ad esse intellectivum consequuto, quia utrumque sub ratione communi appetitivi continetur, quamvis appetitivum

consequitum ad intellectivum, appetitivum ad sensitivum consequitum longè excellat: quamvis ergo cognoscitivum intellectivum perfectius sit cognoscitivo sensitivo, diversum genus non constituent, quia utrumque sub ratione communi cognoscitivi continetur.

118 Quartò. Nam principium localiter se movendi in animalibus est appetitus, vel intellectus, ut docet Philosophus, 3. de Anima, textu 49. dicens: *Vtraque hac ergo motiva sunt secundum locum, intellectus, & appetitus: quem sequitur D. Thomas ibidem lect. 15. ergo potentia loco-motiva indistincta est ab appetitu, & intellectu; & consequenter genera potentiarum non sunt quinque.*

119 Respondeatur negando Antecedens. Ad cuius primam probationem dicendum est, si quidquam illa convincitur, convinci utique, in una substantia unum tantum posse accidens radicari; ac proinde ab Anima rationali non posse intellectum, & voluntatem provenire; quod tamen aperte constat esse falsum. Dicimus ergo, quod sicut multi arboris rami ex una radice prodeunt; sic multæ potestiae in una substantia radicantur.

120 Ad secundam probationem Antecedentis respondeatur concessa Majo, distinguendo Minorem, appetere appetitu innato, concedo Minorem, elicito, nego Minorem, & consequentiam. Lcet enim appetere appetitu inna-

to, qui à re in proprium bonum inclinante, & propendente non distinguitur, omnibus rebus sit commune; secus verò appetere appetitu elicito: hoc enim modo appetere, cognitionem boni amat, & appetiti præsupponit. In præsenti autem non loquimur de primo appetitu, sed tantum de secundo: *Et ad hujusmodi appetitum(ait D. Thomas 1. p. qnast. 78. art. 1. ad 3.) requiritur specialis Anima potentia.*

121 Ad tertiam probacionem respondeatur negando Antecedens. Ad cuius probationem distinguo Antecedens, quia utrumque sub ratione communi appetitivi continetur, & ad rem prout in singulari terminatur, concedo Antecedens, aliter, nego Antecedens, & distinguo Consequens, utrumque sub ratione communi cognoscitivi continetur, & ad suum objectū prout in singulari terminatur, nego Consequentiam, appetitivum, & sensitivum terminatur ad rem in singulari, cognoscitivum verò intellectivū terminatur ad rem prout in communi, concedo Consequentialm. Non enī idē præsē appetitivum sensuivum, & intellectivum diversum appetitivi genus nō constituunt, quia utrumque sub ratione communi appetitivi continetur, sed quia ultra hanc convenientiam, convenient, etiam in hoc quod utrumque ad rem prout in singulari terminatur: hoc quippe est de ratione cujuslibet appetitus. Cognoscitivum autem sensuivum,

& intellectivum, quamvis convenienter in ratione communi cognoscitivi; in hoc tamen distinguuntur, quod illud ad rem in singulari, hoc vero ad rem in communi terminatur, & ideo appetitivum sensitivum, & intellectivum non constituant duo genera appetitivi, qualiter illa cognoscitivum sensitivum, intellectivumque consti-
tuunt.

122 Ad quartam probationem respondet primò negando Antecedens. Quia valde est in via D. Thomæ probabile potentiam executivam, vel loco motivam à potentia appetitiva, & cognoscitiva distingui. Quod docere videtur ipse Angelicus Doctor quest. unica de Anima, Art. 13. ad 1. per hæc verba: Dicendum quod intellectus, & appetitus movent sicut imperantes motum; sed oportet esse potentiam motivam, qua motum exequatur, secundum quam scilicet membra sequuntur imperium appetitus, & intellectus, vel sensus. Juxta quam doctrinam, potentiam loco-motivam speciale genus constituere facile percipitur, cum à potentia cognoscitiva, & appetitiva distinguantur.

123 Secundò & probabilius respondetur concedendo Antecedens cum eodem D. Thoma loco citato ex 3. de Anima, Leçt. 15. Nam ipsa potentia cognoscitiva & appetitiva sunt causa efficiens motus in membris externis, quin ad hoc indigeant alia potentia, quæ immediatè elicit talēm

motum: imperium enim intellectus, & appetitus efficax, sunt actiones virtualiter transeuntes exter- num motum inferente: quare motus externus non petit novam potentiā, nec habet rationē actionis respectu potentie cognoscitivæ & appetitivæ, sed solum rationem effectus. Quemadmodum enim in Angelo movente Cœlum voluntas est principium elicivum motus localis, ut docet D. Thomas 1. part. quest. 70. art. 3. sic in animali appetitus est principium elicivum illius motus, quo corpus movetur.

124 Ex hoc autem non interfertur genera potentiarum Animæ non esse quinque: vt enim subtiliter observavit Cajetanus 3. de Anima, cap. 6. quamvis distinctio, quæ inter alias potentias datur, sit realis, distinctio tamen, quæ datur inter potentiam appetitivam, & loco motivam non est necessarium quod sit realis, sed satis est si sit formalis & virtualis secundum diverses rationes, quo modo hujusmodi potentias distinguuntur certum est: actus enim appetitus ut est inmanens & appetitio objecti correspondet potentie ut est appetitiva; & id est actus ut est virtualiter transiens habens, quæ efficacitatem ad motum in membris externis inferendum, eidē potentie prout executiva est, & loco-motiva correspondet.

125 Nec Autoritas D. Thomæ, quæ in prima Solutione referatur, de cetera modo traditæ refragatur. Respondet enim ex ipso 1. p. q. 75. art. 3. ad 3. sic di-

cente: *Alia vis motiva est exequens motum, per quam membra corporis redduntur habilia ad obedendum appetitivo: cuius actus non est movere, sed moveri.* Sentit ergo Angelicus Doctor nullam virtutem in membris corporis residere, quæ activè exequatur motum, sed quādam tantum dispositionem, qua habilitentur, ut facile moveantur. Sed de his hactenus. Qui plura desideret, videad Mag. Bañez in *1. part. quest. 78. art. 1. Dub. 2.* in quo utramque Solutionem assignat & probabilem judicat, quamvis *secundā menti Aristoteleis & D. Thomae conformiorem existimet.*

126 *A* RGVITVR secundā dō. Loco-motivum non distinguitur ab appetitivo, ut docet D. Thomas loco ubi proximè citato: ergo hæc non sunt diversa genera potentiarum.

127 Respondeatur distinguendo Antecedens, loco-motivum imperans non distinguitur ab appetitivo, concedo Antecedens, loco-motivum exequens motum, nego Antecedens & Consequentiam. Licet enim vis motiva imperans, ab appetitu non distinguatur; potentia tamen exequens motum, quæ necessariò in membris corporis est ponenda, ut ad motum sint apta, distingitur. Vnde quando aliqua pars corporis removetur à sua dispositione naturali, appetitus ad motum non obedit, ut docet D. Thomas *1. part. quest. 78. art. 1. ad 4.* & secundūm hanc rationem loco-motivum diversum genus po-

tentiae ab appetitivo constituit.

A RGVTUR tertio. Quādā essentiae sūt perfectiores, tanto habent virtutem magis unitam: quarē Angeli quādā sunt superiores eo per pauciores species & actus intelligunt: ergo saltem Anima rationalis, quæ ceteris Animabus est perfectior, potentias debet habere pauciores.

129 Respondeatur distinguendo Antecedens, debet habere virtutem magis unitam respectu ejusdem objecti, concedo Antecedens, respectu plurium, nego Antecedens, & Consequentiam Cū enim homo plura & perfectiora objecta, quam inferiores aliae creaturæ percipiat, nihil mirum, quod plures habeat operationes & potentias. Ratio autem quarē in homine plures potentiae sunt, quam in ceteris animalibus, cū essentiae sit perfectioris, est duplex. Prima est, Quia homo est medium quoddam inter Ang. los, & bruta, qua de causa Horizon Mundus nuncupatur: vnde oportet quod in eo omnes prefectiones creaturarum superiorum, inferiorumque concurrant, ut sic etiam *Mundus pœnitus* appelletur. Secunda ratio est, & præcedēti valde affinis. Quia nimirum homo beatitudinis capax est, cuius non sunt bruta capacia; cū autem beatitudo conueniat Deo & Angelis, si Angelis comparetur homo, ab illis exceditur, eò quod Angeli per pauciores potentias & operationes beatitudo

tudidem consequuntur: Deus vero per suam essentiam est bonus.

130 Si autem inferioribus creaturis comparetur, excedit quidem illas, non tamen in eo, quod per pauciores operationes & potentias suum bonum consequatur, sed in hoc, quod, licet pluribus motibus, consequitur majus bonum, quod illæ nullatenus valent adipisci. Quemadmodum melius est perfectam sanitatem multis remedijs addibitis posse consequi, quam paucis modicam; sed adhuc melius esset paucis remedijs illam consequi, quod Angelis respectu beatitudinis competit: optimum autem nullis indigere remedijs, sed ex seipso perfectam sanitatem, & felicitatem habere, quod Dei solius est proprium.

ARTICVLVS IV.

Quomodo Anima vegetativa in sensitiva, & utraque in rationali continetur?

§. I.

Quibusdam suppositis, relativisque sententijs, prima Conclusio stabilitur.

131 PRO intelligentia humana difficultatis supponendum est primum, Animam vegetativam aliqualiter in sensitiva, & utraque in intellectiva aliquammodo contineri. Cum enim homo

ex una parte non solum vivat vita intellectiva, sed etiam vegetativa & sensitiva, ut illius operationes manifestantur aliunde vero non possit duplum simul formam substantiale habere, necessarium est, quod Anima rationalis, qua est propria illius, sit aliquomodo vegetativa, & sensitiva. Idem de sensitiva respectu vegetativæ dicendum est. Vnde Animam vegetativam in sensitiva, & utramque in intellectiva contineri supponimus, qualiter autem continentur inquirimus:

132 Secundò supponendum est, unum in alio contineri tripliciter posse contingere: primo modo formaliter tantum; secundò virtualiter tantum; tertio formaliter & eminenter simul. Tunc aliquid in alio formaliter tantum continetur, quando ea duntaxat proprietate, perfectione, aut imperfectione, qua in se est, in alio reperitur: quo modo materia continet formam, calidum calorem, & album albedinem.

133 Tunc vero aliquid virtualiter tantum continetur in altero, quando licet res continens non habeat in se formaliter rem contentam, habet tamen virtutem, à qua possit res contenta procedere: & hoc modo Angelus continet virtualiter discrūsum, vinum & piper calorem; & omnia semina fructum: Angelus enim sine formalis discrusu eadem cognoscit, quæ nos per formalem discrusum agnoscimus: vinum & piper sine formalis calore

calcificiunt: & semina sine formalis fructu h[ab]ent significant.

134 Tum denique aliquid formaliter, & simul eminenter in altero continetur, quando in continente non solum reperitur ratio formalis rei contentæ, sed aliud etiam & superius: quod est contentam rationem reperiri in aliqua forma elevatori. Et hoc modo habitus Theologæ est simul practicus & speculativus, quia ratione suæ perfectionis ad nullam ex his differentijs coarctatur. Similiter Sapientia est in Deo formaliter & simul eminenter formaliter quidem, quatenus nimirum Sapientia secundum rationem propriam importat cognitionem per altissimam causam: eminenter vero, quia divina Sapientia non continetur in genere qualitatis, sed est ipsum esse divinum.

135 Tertio supponendum est, tam Animam vegetativam, quam sensitivam duplicitate posse considerari: primo modo genericè, seu quasi genericè, quatenus scilicet vegetativa dicit esse principium vegetandi contrahibile vel per differentiam vegetandi tantummodo, vel per differentiam quæ non solum sit principium vegetandi, sed etiam sentiendi. Sicut potentia sensitiva potest considerari vel prout est contrahibilis per differentiam sensitivam tantum, vel per differentiam sensitivam & rationalem simul.

136 Secundo modo potest considerari prout vegetativa habet esse contracti per gradum vegetandi tantum cum exclusione tor-

malitatis sentiendi; & similiter sensitiva secundum quod est contracta per gradum sentiendi cum exclusione facultatis ratiocinandi. Si hoc autem secundo modo utraque Anima, vegetativa scilicet & sensitiva sumatur, certum est, nec vegetativam in sensitiva, nec vitramque in rationali formaliter contineri, bene verò virtualiter. Quamvis enim animal non sit formaliter planta, nec homo sit formaliter leo, eò quodquævis species suis proprijs terminis coarctatur; hoc tamen non obest, quominus una species possit esse alia æquivalenter, & illius habere proprietates. Vnde certum est apud omnes Animam vegetativam in sensitiva, & utramque in rationali saltem virtualiter contineri. Quare Difficultas tantum procedit de continentia formalis & eminentiali. His ergo suppositis.

137 *Prima Sententia*, quæ tribuitur Cajetano hic cap. 3. & p. quest. 76. art. 4. To:eto in hoc etiam 2. lib. quest. 3. Petro Martinez, & alijs, docet Animam vegetativam, & sensitivam nullo modo formaliter, sed tantum virtualiter in Anima rationali contineri. *Secunda Sententia* asserit, Animam rationalem nullum tribuere speciale esse vegetativum aut sensitivum, sed tantum esse novi & altioris generis. Sic Suarez *Trait. 3. de Anima*, lib. 1. cap. 6. num. 7. & alijs. *Tertia Sententia* docet gradum genericum vegetandi formaliter eminenter contineri in Anima sensitiva, & gradum genericum vegetan-

tandi & sentienti, formaliter etiam eminenter in Anima rationali contineri. Hæc Sententia communior est inter Thomistas. Vnde sit.

138 *Prima Conclusio* Anima vegetativa secundum gradum genericum (in quo sensu de continentia Animarum hic loquimur) in sensitiva, & utraque in rationali formaliter continetur. Probatur primo ex D. Thoma quæst. de *Anima* art. 11. sic dicente: *Nulla forma substantialis unitur materia, mediante aliqua forma substantiali, sed forma perfectior dat materię quidquid dabit forma inferior, & adhuc amplius.* Vnde *Anima* rationalis dat corpori humano quidquid dat *Anima* sensitibilis brutis, & vegetabilis plantis, & ulterius aliquid: & propter hoc ipsa est in homine & vegetabilis, & sensitibilis, & rationalis. Ex quibus verbis talis deducitur Ratio. Quod non est formaliter tale, nondicitur absolute tale: quo circa quia Deus virtualiter continet hominem, non dicitur absolutè homo, nec de illo homo formaliter prædicatur; sed de *Anima* rationali absolute prædicatur esse vegetabile & sensitibile: ergo formaliter est vegetabilis & sensitibilis.

139 *Secundò probatur ratione.* Anima rationalis tribuit homini esse vegetativum, & sensitivum formaliter: ergo *Anima* rationalis est formaliter ut quo vegetativa & sensitiva. Consequentia constat. Antecedens vero probatur primo. Nam cui convenienter proprietates formales alicujus rei, ipsa

res etiam formaliter convenit; sed homini ratione *Animæ* rationalis formaliter competit proprietates vegetandi & sentiendi: ergo ipsa *Anima* rationalis est formaliter vegetativa & sensitiva. Secundò probatur Antecedens. Quia homini convenient definitio gradus sensitivi, vel *Animalis*, nimirum esse vivens sensitio, & diffinitio gradus vegetandi, scilicet esse *animatum nutritibile*, & augmentabile: ergo homo habet esse vegetativum & sensitivum formaliter ut *quod*: ergo à forma, quæ sit talis formaliter ut *quo*. Pater Consequentia, Nihil enim est formaliter tale ut *quod*, nisi à forma, quæ sit formaliter talis ut *quo*; si uidem constitutum ut *quod* repugnat absq; constitutivo ut *qua-*

140 *Respondebis* primò, mixtum habere proprietates eiusdem speciei cū proprietatibus Elementorum; & tamen non est formaliter Elementū: quivis ergo convenient homini formaliter proprietates vegetativi & sensitivi, non bene: inde colligitur esse formaliter vegetativum & sensitivum.

141 *Secundò respondebis*, non esse necessarium formam habere in se eamdem denominacionem, quam tribuit composito, & constituto per ipsam. Nam *Anima* rationalis tribuit homini esse corporeum & materiale; cum tamen ipsa nō sit materialis aut corporeas ergo pariter, quamvis eadem *Anima* tribuat homini esse formaliter vegetativum & sensitivum ut *quod*, non ex hoc colligere licet ipsam esse for-

formaliter vegetativam & sensitivam ut quo.

142 Sed neutra ex his Solutionibus & Instantijs Rationem nostram enervat. Ad primam enim facie respondetur proprietates Elementorum non ea perfectione in Mixtis reperiri, quæ in ipsis Elementis reperiuntur: in Mixtis enim reperiuntur refractæ & ad mediocritatem reductæ, ut diximus lib. I. de Generat. quæst. 8. art. 1. & 2. In homine vero dantur potentiaæ vegetativæ & sensitivæ cum omni perfectione debita gradui vegetativo & sensitivo: & ideo in homine formaliter manent potentiaæ vegetativæ & sensitivæ; in Mixtis autem proprietates Elementorum virtualiter tantum perseverant.

143 Ad secundam respondetur negando Majorem. Cujus falsitas inde constat, quia repugnat aliquid constitutum ut quo esse formaliter tale nisi à forma, quæ sit formaliter talis ut quo. Et ratio est, Quia cum forma causet per exhibitionem suæ ipsius entitatis, eo modo, quo fuerit in seipsa, constituet: unde si fuerit formaliter talis, constitutum erit formaliter tale; & si fuerit tantum virtualiter talis, constitutum erit tali e solo virtualiter; ut constat in sole, qui tantum denominatur virtualiter calidus, quia lux ipsius tantum est virtualiter calida. Quare non potest homo esse formaliter corporeus ut quod nisi ab Anima, quæ sit formaliter corporea ut quo. Corpore-

reitas enim formalis dupliciter posset in Anima reperiri: vel quia ipsa sit unibilis materia & constitutiva compositi corporei, quamvis ejus entitas non sit materialis nec in suo esse dependens à corpore: vel quia forma nequum sit constitutiva compositi materialis per unionem suum materia, verum etiam ipsa entitas Animæ sit dependens à corpore in suo esse, fieri, & conservari. Licet autem corporeitas formalis secundo hoc modo in Anima rationali non detur, primo tamen reperitur. Per quod patet ad implicitam probationem Majoris.

144 Dices: esse formaliter corporeum, & esse formaliter spirituale sunt praedicata repugnantia; ergo non possunt in una simul forma conjungi. Sed Anima rationalis est formaliter spiritialis: ergo nequit esse corporea formaliter.

145 Respondetur distinguendo Antecedens, esse corporeum formaliter tantum, concedo Antecedens, formaliter, & eminenter simul, nego Antecedens, & Consequentiam. Quamvis enim illud, quod formaliter tantum est corporeum, cum eo, quod est formaliter spirituale, repugnet; scilicet tamen quod est corporeum formaliter & eminenter simul; Anima autem rationalis non est corporea tantum formaliter, sed etiam eminenter. Licet enim entitas Animæ sit communicabilis materia, non tamen est entitative materialis, eò quod in suo esse à materia non dependet, sed

sed tantum communicative, quia
nimis potest materiam informa-
re. Hoc autem modo esse aliquid
materiale non pugnat.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

146 **A**RGVITVR prīmo
text. 31. docente unam Animam
contineri in alia eo modo, quo tri-
gonum in tetragonō, hoc est, trian-
gulus in quadrangulo continetur:
quod etiam dicit D. Thomas ibi-
dem lect. 5. sed triangulus virtua-
liter tantum in quadrangulo con-
tinetur: ergo juxta mentem Phi-
losophi, & D. Thomæ una Anima
virtualiter tantum continetur in
altera.

147 Confirmatur ex eode
D. Thomæ 1. P. quæst. 76. art. 4.
dicente: *Nulla alia forma substi-*
tialis est in homine, nisi sola Ani-
ma intellectiva, & ipsa sit in
virtute continet Animam sensiti-
vam & nutritivam, ita viriure
continet omnes inferiores formas,
& facit ipsa sola quidquid imper-
fectiores forme in alijs faciunt.
Sentit igitur D. Thomas Animag
sensitivam & vegetativam virtua-
liter tantum in rationali conti-
neri.

148 Respondeatur simul ad
Argumentum & Confirmationem,
in utroque Testimonio tantum in-
tendere Philosophum & D. Thomam
Animam sensitivam & vege-

tativam eo modo in rationali con-
tineri, quo trigonum continetur
in tetragonō, vel triangulus in qua-
drangulo, seclusa tamen limitatio-
ne & restrictione trianguli; hoc
autem non est Animam sensitivam
& vegetativam non contineri for-
mam alter & eminenter in rationali,
sed non contineri formaliter tan-
tum.

149 Nec obest, quod D.
Thomas asserat Animam rationa-
lem in virtute continere Animam
sensitivam, & vegetativam.

150 Non, inquam, obest.
Per illa namque verba non exclu-
dit formalem continentiam: quod
facile ex ipso convincitur. Nam
quest. de Anima, art. 11. prope fine
corporis sic dicit: *Vnde Anima ra-*
tionalis dat corpori humano quid-
quid dat Anima sensitibilis bratis,
vegetabilis plantis, & ulterius
aliquid: & propter hoc ipsa est in
homine & vegetabilibus, & sensibi-
lis, & rationibus. Si autem Anima
rationali virtualiter tantum vege-
tativam & sensitivam contineret,
ipsa non esset absolute vegetati-
va & sensitiva: nam quod virtua-
litati tantum est tale, non dicitur
absolute tale, ut supra num. 138.
arguehamus.

151 **A**RGVITVR Secū-
do. Genus forma-
liter & præcisiū sūptūm non cō-
tinet actu formaliter differentias, &
differentias formam iter & præcisiū
acceptas non cōtent formaliter
genus, sed excludunt: ergo ratio-
nae formamiter consideratum non
con-

continet formaliter sensitibile, nec se sibi vegetabile: ac proinde Anima rationalis formaliter prout talis non est formaliter sensitiva; nec sensitiva est formaliter vegetativa.

152. Respondetur primò negando ultimam Consequentiam. Aliud enim est considerare in Anima rationali ultimam ejus differentiationem ut virtualiter distinctam à genere metaphysicè & secundum nostros conceptus: aliud vero denegare ipsi Animæ rationali in quantum tali (physicè tamen consideraræ) rationes graduum superiorum. Primum est verum, secundum autem falsum. Nam sicut implicat entitatem physicam Animæ rationalis prout talis per gradus superiores Prædicamenti non constituit, ita repugnat otantes illos realiter formaliter non includere.

153. Secundò respondetur distinguendo primum Consequens, non continet formaliter sensitibile tantum, concedo Consequentiam, sensitibile eminenter, nego Consequentiam. Nam differentia atomi, præcisivè etiam accepta, tantum dicit exclusionem rationis superioris generica prout talis. Licet autem sensitibile tantum prout est species subalterna animali, non includatur in rationali; prout tamen est sensitibile eminenter, includitur prout sic enim non est ratio generica animalis, sed ratio infima & atomi hominis.

154. ARGVITVR tertio.
A Animam rationalem

continere formaliter sensitivam, & sensitivam formaliter vegetativam continere, idem est, ac rationem formalem unius esse rationem formalem alterius; sed ratio formalis unius Animæ non potest esse ratio formalis alterius, omnes enim Animæ inter se formaliter distinguuntur; ergo non potest una in altera formaliter contineri.

155. Respondetur distinguendo Majorem, est esse unam rationem formalem alterius inadæquatam, concedo Majorem, adæquatam, nego Majorem & sub eadem distinctione Minoris nego Consequentiam quia ut supra num.

135. & 136. Supposuimus, una Anima ut ultimo contracta non continetur formaliter in alia, bene vero quasi genericè sumpta, qualiter nullo modo obstat gradus genericos vegetativi, & sensitivi formaliter eminenter in rationali contineri per modum rationū superiorum Animam rationalem inadæquate constituantur. Si autem in vegetativo & sensitivo hominis consideretur eminētia formaliter, tunc Anima rationalis non est ejusdem rationis formalis cum Anima vegetativa, & sensitiva, sed est ipsamet ratio formalis constitutiva Animæ rationalis prout specificè ab Animabus alijs condistinctæ.



§. II.

Secunda Conclusio stabilitur.

156 *Ecunda Conclusio.* Anima rationalis secundum ultimum sui gradum & atomam differentiam est contractiva, & perfectiva graduum superiorum vegetativi & sensitivi; ac per inde est formaliter eminenter vegetativa & sensitiva. Et idem dicendum est de Anima sensitiva respectu gradus communis vegetandi.

157 Probatur. Nam Anima rationalis quasi genericè accepta est formaliter vegetativa & sensitiva: ergo etiam secundum suam ultimam differentiam deberet esse formaliter vegetativa & sensitiva. Antecedens admittitur à P. Suarez. Consequentia verò probatur. Rationes enim illæ genericæ nequeunt non essentialiter contrahiri per ultimam differentiam; sed hoc ipso nequeunt non formaliter identificari cum illa: ergo Anima rationalis prout talis formaliter includit rationes formales vegetandi, & sentiendi. Minor, & Consequentia tenuit. Major autem non minus certa videtur, Nam alias illa contractio non esset generis per differentias, nec Animarum divisione esset essentialis, sed tantum accidentalis, & quasi subjecti in accidentia.

158 Confirmatur. Quia gradus genericus vegetandi nequit essentialiter contrahiri per differentiam vegetativam tantum, scilicet

per differentiam plantæ, quin Anima plantæ speciem habeat rationem vegetandi: ergo gradus ipse genericus vegetandi nequit essentialiter contrahiri per differentiam sensitivam & rationalem, quin Anima sensitiva & rationalis obtineant speciales rationes vegetandi. Antecedens est certum.

159 Consequentia verò probatur, *Tam à paritate rationis quæ ex qualiter militat utrobique eum specialis determinataque ratio vegetandi in essentiali contractione rationis communis vegetandi fundetur.* *Tam etiam, Quia vegetatum ut sic, videlicet vivens, non minus est in potentia, & contrahibile per differentiam plantæ, ac per bruti, & hominis differentiam: ergo si ratio formalis vegetandi formaliter reperitur in planta, ut determinata & coarctata ad modum dumtaxat vegetandi, quia essentialiter per differentiam plantæ contrahitur; pariter quia eadem ratio communis essentialiter contrahitur per differentiam sensitivam & rationalem, necessariò ad tales differentias debet descendere ratio formalis communis vegetandi, ut determinata, sive per talem rationem vegetandi, quæ simul sit ratio formalis sentiendi, sive per eandem rationem vegetandi, quæ nedium sit ratio sentiendi, verum etiam ratione.*

160 Ex quibus inferes, Anima rationalem, *eduplicative, prout tamen formaliter continere gradum vegetandi, & sentiendi*

illimitatē, & eminenter. Gradus anim vegetandi magis perfectē, & illimitatē reperitur in Anima bruti & hominis, quām in planta: & gradus sentiendi magis illimitatē in Anima hominis, quām in bruti Anima reperitur. Quemadmodū differentia practici cum minore limitatione in habitu Theologiae, quām in aliis habitibus inferioribus reperitur; eō qndō in habitu Theologiae ratio practici, & speculativi conjunguntur, in aliis verò inferioribus habitibus separantur.

S. IV.

Solvantur Argumenta.

162. **A**RGVITVR primò. Ultima differentia Animæ sensitivæ nequit essentialiter gradum communem vegetandi contrahere: ergo non potest esse specialis ratio vegetandi. Probatur Antecedens. Nam differentiae contrahentes rationem communem vegetandi, debent sub ordine vegetativo contineri, sicut differentiae essentialiter contractivæ rationis communis animalis, contineri debent sub ordine sensitivo; at qui differentia atoma Animæ sensitivæ sub ordine vegetativo non continetur, sed ad altiorem ordinem, sensitivum videlicet, elevatur: ergo talis atoma differentia nequit esse essentia liter contractiva rationis communis vegetandi. Patet Consequentia. Alias enim talis

differentia esset constitutiva speciei sensitivæ, & non esset. Esset quidē, ut supponitur: non esset verò, quia esset constitutiva speciei vegetabilis; differentia autem, quæ tamē speciem constituit, nequid speciem sensitivam constituere, ut in differentia plantæ cernere licet.

162. Confirmatur. Nam genus subalternum immediate sub vivente contentum est animal, quod præci est in esse talis per differentiam subalternam sensitivam constituitur: ergo hujusmodi genus in specie atoma constituetur per differentiam atomam, quæ adæquate transcendat ordinem vegetandi, & supra illum eleveretur Pater Consequentia. Sic enim se haber differentia atoma trahens gradum sentiendi ad speciem atomam, sicut differentia subalterna ejusdem ordinis trahens illum ad speciem subalternam; sed differentia subalterna scilicet ratio sensitivi ut sic, non est differentia intra ordinem vegetandi, sed supra illum: ergo differentia atoma non erit ratio atoma vegetandi, sed erit adæquate atoma ratio sentiendi.

163. Respondetur ad Argumentum, negando Antecedens. Ad cujus probationem distinguo Majorem, sub ordine vegetativo, ut adæquate contrahibili, concedo Majorem, ut contrahibili inadæquate, nego Majorem, & distinguo Minorem, non continetur sub ordine vegetativo formaliter tantum, concedo Minorem, sub ordine vegetativo formaliter,

& eminentialiter simul , nego Minorem , & Consequentiam. Ordo enim vegetativus duplicitate potest certi erari: vel ut est talis formaliter tantum; vel ut est talis formaliter & eminenter simul. Sub prima consideratione per differentiam plantæ contrahitur , & illi uero terminis coeretur : sub secunda vero contrahitur per differentiam sensitivam & rationalem, quæ ordinem vegetati transgreduntur, eò quod eminenter species vegetandi constituant. Vnde cum differentia sensitiva (& potiori jure rationalis) sit eminenter vegetativa; & alio rem speciem constituit & vegetandi rationem includit.

164. Ad Confirmationem dicendum est , quod tam differentia subalterna , quam infima ordinis sensitivi adaequatè conceptæ includunt rationem formalem vegetandi: atque ideo species infima sensitiva est formaliter eminenter vegetabilis infimè sicut species subalterna est eminenter vegetabilis subalternè. In qualibet enim ex superioribus differentijs sensitivæ & rationalis respectu ordinis vegetativi ut sic duplex est distinguenda formalitas: alia ut rationem superiorem contrahat ; & alia ut illam ad alium ordinem elevet , & ea ratione , qua contrahit , illi formaliter advenit ea vero , qua elevat , illam continet et eminenter.

165. Dices: Ratio formalis differentiæ atomæ est conceptus omnino simplex: ergo sub ea ratione , qua contrahit rationem ge-

nericam , minimè potest illam includere , alias non esset conceptus simplex , sed compositus ex ratione generica & differentiali ; & consequenter non esset differentia , sed species: ergo differentia sensitiva non includit ordinem vegetandi , sed ordinem distinctum , elevatio remque constituit.

166. Respondetur distinguendo Antecedens , est conceptus omnino simplex ut formaliter tantum est talis , concedo Antecedens , ut talis est formaliter eminenter , subdistinguo antecedens , est conceptus omnino simplex per exclusionem compositionis & distinctio nis virtutis adaequatae , Concedo Anteced . inadæquatae , nego Antecedens , & Conseq. Quamvis enim illa differentia atomæ secundum quod formaliter tantum est talis ; rationem genericam adaequatè virtualiter excludat ; secundum vero quod talis est formaliter eminenter , illam impicitè involvit , ab ea que tantum inadæquatè distinguatur. Ex hoc autem non insertur , quod sit composita qualitas , & non simplex. Quemadmodum habitus Theologiae simplex qualitas est , licet in illo ratio practici & speculativi adunentur , & penes implantum solum , & expicium distinguantur.

167. ARGVITVR secundò , & potest esse Replica contra præcedentem Solutionem. Differentia Animæ rationalis non includit rationem formam sensitivam: ergo nec differentia Animæ

sensitivæ ratione n formalem vegetandi. Consequētia constat à paritate rationis. Antec. verò prob. Nam si ratio formalis sensitiva includeretur in differentia Animæ rationalis, talis ratio se sensitiva prout in tali differentia specificè à ratione sensitiva bruti differret; hoc autem non est dicendum: ergo differentia Animæ rationalis rationem formalem sentiendi non includit. Major constat, illud enim sensitivum est speciale hominis prout à bruto distinguitur: ergo esset sensitivū à sensitivo bruti distinctum. Minor autē probatur. Nam potentiae sensitivæ dimanant à radice sensitiva; sed potentiae sensitivæ hominis & bruti sunt eiusdem speciei insimæ & atomæ: ergo radix illarū sensitivæ eiusdem etiam speciei insimæ & atomæ debet esse.

168. Confirmatur. Quia si sensitivum atomum hominis specificè à sensitivo bruti differret, necessariò potentiae sensitivæ, & atomæ virtusque in genere tantum convenienter, in specie verò differenti; Sicut quia Angelii solum convenienter in gradu intellectivo radicali, differunt tamen intra illum specie, idèo illorum intellectus & voluntas solum in genere convenienter, non tamen in specie; sed potentiae sensitivæ hominis, & bruti idem objectum habent, & eodem modo immutantur ab illo, proindeque non solum in genere, sed etiam in specie convenienter: ergo nequeunt à potentijs sensitivis specificè dif-

tinetis provenire; & consequenter nequit ratio formalis sensitiva intra differentiam Animæ rationalis includi.

169. Respondebitur negando Antecedentem. Ad cuius probationem concessa Majore, neganda est Minor. Ad probationem distinguo Majorem, in radice sensitiva, ut virtualiter ultimam sui contractionem antevertit, concedo Majorem, ut ultimam sui contractionem presupponit, nego Majorem, & concessa Minore distinguo. Consequens distinctione Majoris, & nego Consequentiam. Itaque differentia specifica provenit sensitivo per contractionem ultimæ differentiæ Animæ rationalis. Cum autem illæ potentiae non emanent ab Anima rationali secundum ultimum sui gradum, sed secundum gradum superiorum, & in radice sub hoc gradu ratio diversificandi non concipiatur; nec in potentijs debet specifica differentia reducere: à qualibet enim forma secundum diversos gradus diversi dimanant accidentia, quædam sub gradu corporis, quædam sub gradu mixti; & sic de alijs gradibus discurrendo. Ab Anima igitur rationali secundum gradum sensitivum dimanant potentiae sensitivæ, quales sunt quinque sensus externi; & ab ipsa secundum gradum sensitivum, qui simul est rationalis, dimanant potentiae ridendi & flendi; ab ea denique prout tantum exprimit gradum intellectivum, intellectus

QVÆST. II. ARTIC. I. S. I.

dimanat & voluntas. In Angelis solum in genere ; & differentia in specie , necesse est potentias radicatas hujusmodi convenientia disconvenientiaque gaudere. Per quod constat ad Confirmationem.



QVÆSTIO II.

DE QUIBUSDAM ANIMÆ PROPRIETATIBVS
in communi.

170 **P**ostquam de Anima in communi differuimus . Doctrinæordo postulat , vt de quibusdam ejus Proprietatibus ipsi in communi etiam sumpta convenientibus differamus. Hujusmodi autem Proprietates in duplice sunt differentia : aliae , que convenient Anima in ordine ad se , ut quod sit divisibilis , vel indivisibilis : aliae vero , que ipsi convenient per ordinem ad materiam : aliae denique , que eidem competunt per ordinem ad objectum , quales sunt ipse potentias : de quibus omnibus in hac Quæstione tractabimus. Vnde sit.

ARTICVLVS I.

Vtrum aliqua Anima sint divisibiles , alia vero indivisibiles ?

g. I.

Quibusdam suppositis , relativisque Sententijs , prima Conclusio statuitur.

171 **A**d intelligentiam hujus Difficultatis notandum est primò , divisibilitatem

hic non sumi pro divisibilitate radicali , sed proxima. An scilicet omnis Anima per extensionem quantitatis redditur visibilis & extensa per accidens , vel per aliud.

172 Secundò notandum est Animam non sub conceptu talis , sed sub conceptu corporeæ esse divisibilem , & extensam eamque , quia omnis Anima est principium quantitatis , & constitutiva corporis extensi , quod non habet sub ultimo gradu viventis , sed sub alio gradu superiori , nimirum sub gradu corporis. Dubium ergo est ,

An omnis Anima afficiatur forma-
liter extensione quam cusat, sicut
compositum redditur extensem
per quantitatem, quam causat &
recipit: & sicut albedo recepit in
corpore quanto ab eius extensi-
one coextenditur? An vero talem
extensionem soli composito tribuat,
ipsa inextensa remanente?
His igitur prae notatis.

¹⁷³ Quatuor Sententiae
in hac Difficultate versantur, duæ
extremæ, & duæ mediæ. *Prima*
extrema Sententia docet omnem
Animam esse divisibilem. *Secunda*
Sententia extrema per oppositum
asserit omnem Animam esse indi-
visibilem. *Tertia* affirmit solam
Animam rationalem indivisibilem
esse, ceteras verò divisibiles. *Quar-
ta* denique tenet non solum Ani-
mam rationalem esse indivisibili-
lem, sed Animas etiam animalium
perfectorum. Sit ergo.

¹⁷⁴ *Prima Conclusio.*
Animæ vegetativæ, & Animæ ani-
malium imperfectorum sunt divi-
sibilis proximè. Conclusio hæc est
expressa Philosophi hic textu 20.
& Div. Thomæ ibidem lett. 4. Et
probatur, Nam pars vegetativa,
ut ramus ab arbore abscissus vivit,
immò si iterum planetur, vegeta-
tur & crescit, quod omnino esse
nen posset, nisi vegetabilem vitam
conservaret. Similiter pars lacertæ
dilecta vivit, vt experientia con-
stat, siquidem localiter movetur,
& se retrahit si pungatur, quod
evidens signum est habere sensum,
proindeque & vitam: ergo

hujusmodi: Animæ sunt divisibilis.

¹⁷⁵ Respondebis primò,
ex hac experientia Conclusionem
nostram non probari: posset enim
dicì, quod ad separationem unius
partis nova in illa vita resultat,
sicut ad divisionem continui resul-
tant nova in extremis puncta ter-
minantia: ac proinde non Animam
dividi, sed novam vitam absolute
produci.

¹⁷⁶ Secundò, Nam
animal habens motum localem est
animal perfectum, ut constat ex
suprà dictis: ergo si eius Anima est
divisibilis, nullius animalis Anima
erit indivisibilis, & multò minus
Animæ est rerum, & conchilio-
rum locali motu carentium; & ta-
men horum partes separatae non
vivunt: ergo nec pars lacertæ se-
parata adhuc pro brevi tempore
vivet: nec eius motus vitalis erit;
sicut nec motus, quos dare solet
humanum caput abscissum, sunt
vitales.

¹⁷⁷ Respondebitur ad primum
negando Antecedens. Si namque
pars abscissa est capax novam vi-
tam simpliciter productam haben-
di, capax similiter erit praexisten-
tem vitam divisam conservan-
di: ideo enim forma ligni est una
in actu, & multiplex in potentia
reducibilis in actum mea di-
visione, quilibet enim ligni pars est
capax habendi illam formam: ergo
si id ipsum in parte animalis abscis-
sa reperitur, talis forma erit etiam
multiplex in potentia reducibilis in
actum media divisione, & conse-
quen-

quenter divisibilis. Non est idem de puncto ceterante linea, quod media divisione destruitur: tunc enim non possunt non hinc inde nova puncta terminantia in extremis separatis resultare.

178 Ad secundum dicendum est, quod perfectio, & imperfectio in ordine sensitivo potest accipi, vel ex entitate sensitiva magis minusve participata, vel ex modo habendi talem entitatem. Quare licet lacertæ, lumbrici, sanguinem fugæ, & his similia magis perfectè entitatem sensitivam participent, modus tamen habendi prædictam entitatem perfectior est in ostreis, & conchilijs, in quibus entitas An in perfectioni modo, indivisibiliter in mirum, informat. Béne autem potest inter aliqui dari major perfectio ex parte rei participatæ, & minor ex modo habendi talem rem, ut aperte constat in gratia, & substantia corporea: gratia quippe perfectiori modo entitatem Dei participat, quam prædicta substantia; & tamen substantia in modo habendi, gratiam excedit, si quidem gratia habet esse ut alteri inhærens, substantia verò ut per se existens: poterunt ergo quam optimè quedam animalia esse alijs perfectiora ex parte rationis participatæ, & minus perfecta in modo participandi talem rationem.

179 Neque id, quod superaditur, obicit, Motus enim lacertæ formicæ, colubri, & similium habent appetitum & sensum, vt docet D. Thomas loco vbi suprà

citato, & experientia constat; vbi autem est appetitus, & sensus, non potest non esse vita: motus vero humani capitis abscissi tantum est ab extremitate, nimirum à spiritibus vitalibus tempore iactus concurrentibus, ut subveniant parti lœsæ. Hujusmodi autem spiritus impellunt & conquantunt caput, illudque impulsu suo ad metum sic determinant, ut in virtute eorum etiam post abscissionem moveatur. Quod si aliquando abscissa Martyrum capita non solum sunt visa moveri, sed & humanam vocem emittere, ut fertur de capite D. Pauli tres salutis dedisse, & ter dulcissimum JESU nomen invocasse, dicendum est id non naturaliter, sed supernaturaliter contingere.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

180 **A**RGVITVR primò: Quælibet Anima, seu vegetativa, seu sensitiva est tota in toto, & tota in qualibet parte: ergo neutra est divisibilitas ac proinde Conclusio quicad utramque partem est falsa. Probatur Antecedens, Quia tam in toto, quam in qualibet parte viventis tota viventis essentia salvatur, alias partes non viverent, si totam Animam essentiam non haberent: ergo quælibet Anima est tota in toto, & tota in qualibet parte.

181 Respondetur distinguendo Antecedens, est tota in

toto, & in tota qualibet parte totalitate essentiali, concedo Antecedens totalitate integrali, nego Antecedens, & Consequentiam. Ad probationem Antecedentis distinguendum est Antecedens tradita distinctione, negandaque Consequentia. Tota enim Anima secundum essentiam considerata est in toto, & tota in qualibet parte, si quidem in qualibet parte viventis salvatur essentia metaphysica Animæ. Nec hoc est speciale in Animabus, sed in qualibet re inventur, nam essentia rerum sunt invisibles: in quo sensu non dicimus. Animam vegetativam, aut sensitivam animalium imperfectiorum esse divisibilem, sed tantum integraliter non esse totam in toto, nec totam in qualibet parte.

182. Hoc autem duplicitate potest intelligi. Primo in Sententia afferente substantiam corpoream non haliere distinctionem partium antecedenter ad actualem quantitatem: in qua Sententia praedictæ Animæ sunt divisibles & realiter distinctæ per actualem separationem partium quantitatis: & sic qualibet ex dictis Animabus dum est in composite est una tantum, in potentia tamen est multiplex, quantum per separationem partium quantitatis realiter potest dividiri. Juxta quam sententia salvatur, quod nulla ex praedictis Animabus est tota in toto, & tota in qualibet parte, per accidens enim per quantitatem extenditur, sicut de abedine in principio Articuli diximus.

183. Quia tamen doctrina haec difficulter capit, illamque in Logica, Lib. IV. Quæst. II. Art. II. rejectimus; ideo aliter juxta Sententiam oppositam, quam ibi sequuti sumus, respondemus, quod Animæ vegetativæ & Animæ animalium imperfectorum habent partes integrales antecedenter ad quantitatem realiter distinctas, unde qualibet pars talium Animalium non est integraliter tota in toto, nec tota in qualibet parte; ac proinde est divisibilis, quamvis actualis divisio partium Animæ à quantitate proveniat.

184. **A**RGVITVR secundo, quando lacerta, exempli causa dividitur, non vivit, nec localiter moveretur: ergo Animæ animalium imperfectorum sunt invisibles. Consequentia constat. Antecedens vero probatur primo. Nam si pars illa divisa viveret, & localiter moveretur, esset in illa phantasia; hoc autem est falsum: ergo pars illa divisa non vivit, nec localiter moveretur. Major constat, Quia ut docet Philosophus in hoc libro t. xiiii. 20. motus localis non potest dari sine appetitu & phantasia: ergo si pars illa divisa viveret, & localiter moveretur, non posset in illa non reperiri phantasia. Minor autem probatur, Nam phantasia habet determinatum organum & situm, in quo residet, nimirum in cerebro: ergo si pars absissa sit cauda; v. g. in illa non poterit residere.

185. Secundo probatur Antecedens, Quia si in divisa parte

Iacerta maneret vita, prædicta pars esset animal; hoc autem est falsum: ergo non habet vitam. Major constat. Nam animal est id, quod componitur ex corpore & Anima: ergo si in divisa parte Iacerta esset Anima, talis pars ex corpore & Anima conflaretur; ac per consequens esset animal. Minor autem probatur, Quia illa pars non esset in aliqua specie animalis; si enim in aliqua esset, maxime in specie Iacertæ; in hac autem esse non potest, quodquidem illa pars non est Iacerta, sed pars Iacertæ: ergo non esset animal. Partet Consequentia, Quodlibet enim animal sub aliqua debet animalis specie contineri.

186 Tertiò probatur Antecedens, Quia si in divisa parte Iacertæ maneret vita, posset crescere, & nutriti; hoc autem experientia cōstat esse falsum: ergo in illa parte non manet vita. Major probatur, Nam amus ab ali ore excisus, si iterum plantetur, vel alterius infertur, nutritur & crescit, quia in ipso est vita vegetativa: ergo pariter si in divisa parte Iacertæ manet vita, poterit crescere, & nutriti.

187 Confirmatur. Nam si Iacerta, & quodilibet aliud animal imperfectum in aliqua sui parte pungatur, totum animal constringitur, & sentit dolorem: ergo sanguinem est, quod Anima, quæ est in toto animali imperfecto, est etiam in qualibet ejus parte; ac proinde indivisibilis erit.

188 Respondetur Ad Argumentum negando Antecedens.

Ad cuius primam probationem distinguo Majorem, esset phantasia imperfecta, concedo Mijorem, perfecta, nego Majorem, & distinguo Minorem, non est dicendum habere phantasiam perfectam, concedo Minorem, imperfectam, nego Minorem, & Consequentiam. Ad probationem Minoris distinguo Antecedens, phantasia perfecta habet determinatum organum & situm, in quo residet, concedo Antecedens, imperfecta, nego Antecedens & Consequentiam.

189 Duplex enim datur in animali phantasia: altera perfecta, quæ requiriunt ad determinatos motus locales, quales sunt ijs, medijs, quibus acquirit necessaria ut cōseruentur: & hoc in determinata parte residet, nimis in cerebro, in parte autem divisa animalis imperfecti non datur. Alia verò est imperfecta phantasia, quæ per totum corpus extenditur & datur ad motū localem vagè sumptum: & hoc residet in parte divisa, nec requirit determinatam partem animalis. Quando autem Philosophus decet mictum localem non posse dari in animali sinephantasia, lequitur de phantasia perfecta, aut imperfecta.

190 Ad secundam probationem Antecedentis respondeatur primò, negando Minorem. Ad enjus probationem distinguo Majorem, non esset in aliqua specie animalis simpliciter & directe, concedo Majorem, indirecte & reducitive, nego Majorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequen-

quentiam. Illa enim pars à directe à separata esset animal reductive ad speciem lacertæ pertinens, et quod i constat corpore & Anima sensitiva ad speciem lacertæ pertinente.

191 Dices: Quod est simpliciter & directe sub aliquo genere, simpliciter etiam & directe est sub aliqua specie; sed illa pars divisa directe & simpliciter esset sub genere animalis: ergo directe etiam & simpliciter deberet esse sub aliqua specie; & consequenter nulla est alijsignata Soiutio.

192 Respondetur negando Majorem, Non enim semper requiritur, quod directe ex ictus sub aliquo gerere, directe etiam sit sub aliqua specie, sed sufficit quod ad illam reducatur. Et ratio est, quia genus determinatur per speciem, & si hæc fuerit perfecta, determinatio generis perfecta erit, & individuum sub tali specie collocatum directe & simpliciter pertinebit ad speciem perfectè determinantem ipsum genus. Si vero genus imperfectè per speciem determinetur, necessarium non est, quod directe sub genere collocatum, directe & simpliciter sit in aliqua specie. Cum autem ratio genericæ animalis imperfectæ determinetur per speciem imperfectam repartam in parte divisa lacertæ; ideo licet hæc sit perfectè sub genere anima, non sequitur quod illa perfectè & directe sit sub aliqua specie.

193 Vel potest secundò dī ad prædictam Antecedentis

probationem, quod illa pars divisa directe pertinet ad speciem lacertæ, sic et non sit individuum ita perfectum, sicut illud erat antecedenter ad divisionem. Id autem, quod in prædicta probatione subjungitur, scilicet illam partem non esse lacertam, sed partem lacertæ, nil convincit; postquam enim pars illa est divisa, non est pars, sed totum, quemadmodum pars ligni divisa est quoddam totum, & ante divisionem est pars.

194 Ad tertiam probationem Antecedentis respondetur negando Minorēm, ad cuius probationem neganda est causalitas Antecedentis. Causa enim quare ramus abscessus, & plantatus vel infertus crescit & nutritur, non est præcisè quia in ipso si vita, sed ulterius quia requirit modicam dispositionem organorum ut nutriatur & crescat. Vita vero sensitiva est perfectior; ac per consequens animal illa constans requirit perfectam organizationem, exigit enim stomachum, cor, & alia plura, quæ vegetativa tantum non exposuntur. Quare licet anima sensitiva in parte divisa lacertæ respiciatur, v. g. in cauda; quia tamen in tali parte prædicta non dantur organa, non sequitur quod possit crescere & nutriti; unde experimur quod ex iuglo tempore vivit talis pars.

195 Ex hac doctrina colligitur, quod animalia imperfecta taliter possunt dividiri, quod in partibus divisis non remaneat vita sensitiva. Taliter etiam potest ar-

bor dividì, quòd ruita illius pars, et si plantetur, possit crescere & nutriti. Vnde si lacerta v. g. non transversim sed à capite ad caudam dividatur, in nulla illius parte manet vita, quia omnis organizatio destruitur. Similiter taliter potest abscondi ramus quod in illo nulla remaneat virtus ut crescat, quamvis plantetur aut inseratur: & ideo videmus plures ramos plantari & inseri, & nonnullos arescere; quod contingit quia taliter præscinduntur ut debita in illis organizatio ad nutritionem requisita destruantur.

196 Ad Confirmationem responderi potest primò juxta Sententiam supra relatam, quod in viventi imperfecto actu est una Anima, in potentia tamen est multiplex. Juxta quam Sententiam non est mirum, quod si animal pungatur in una parte, sentiat dolorem totum animal.

197 Secundò & melius respondeatur, quod licet sint plures partes integrales Animæ animalis imperfecti, sunt tamen unitæ in composito, quod sufficit, ut dum animal pungitur in una parte, sentiat dolorem totum animal, eò quod malum unius partis est etiam aliquale malum alterius, & totius. Vnde Apostolus 1. ad Corin. 12. *Si quid paritur (inquit) unum membrum, comparantur omnia membra.*



§. III.

Statuitur secunda Conclusio.

198

Secunda Conclusio. Ani-

mæ animalium perfectorum sunt indivisibilis. Conclusio hæc quo ad primam partem est de Fide. Eodem quippe principio quo probatur Animam rationalem esse spiritualem, probatur etiam esse indivisiabilem; esse autem spiritualem, salva fide, negari nequit.

199

Quoad secundam verò partem docetur à D. Thoma 1. p. quest. 76. art. 8. Rationem autem Angelici Præceptoris infra in Solutione ad tertium attingemus. Moiò autem breviter sic probatur. Partes separatae ab animali perfecto non vivunt, vt experientia constat: ergo Animæ animalium perfectorum sunt indivisibilis. Patet Consequens. Ideò namque diximus in præcedenti Conclusione Animæ animalium imperfectorum esse divisibilis, quia earum partes separatae & divisæ vivunt: ergo è contra si Animæ animalium perfectorum separatae non vivunt, signum est tales Animæ non esse divisibiles.

200

Explicatur. Quando affirmatio est causa adæquata affirmationis, negatio est causa adæquata negationis; sed affirmare quod partes separatae ab animali imperfecto vivunt, est causa adæquata ad affirmandum illius Animam

mata esse divisibilem: ergo negare quod partes separatae ab animali perfecto non vivunt, erit causa adequata ad negandum. Animas animalium perfectorum esse divisibles; ac proin de dicendum est tales Animas esse indivisibiles.

S. IV.

Solvuntur Argumenta.

201

ARGVITVR primò contra secundam partē Conclusionis, in qua est aliqua difficultas. Pars divisa ab animali perfecto vivit: ergo anima animalium perfectorum non sunt indivisibles. Consequentia constat. Antecedens vero probatur. Nam si ab homine v. g. absindantur aures, & modico transacto tempore ipsi cum sanguine uniantur, vivunt; sed hoc fieri omnino non posset, nisi vitam haberent separatae, à privatione enim ad habitum non est naturaliter regressus: ergo pars divisa ab animali perfecto vivit.

202 Confirmatur. Ex eo namque supra probavimus Anima vegetativa esse divisibilem quia ramus ab arbore excissus & plantatus vivit, quod esse non posset, si semel abscessus vitam perderet, alias à privatione ad habitum posset dari naturaliter regressus; sed haec eadem ratio militat in aure absissa: ergo vitam per separationem non emitit.

203 Responderetur negando. Antecedens. Ad cuius probationem

neganda est Minor, quam imbibita probatio non convincit. Licet enim quando destruitur totum compositum, non possit dari regressus per naturam de privatione ad habitum; sicut cum destruitur equus, non datur vita in natura, ut eadem forma equi iterum materia umiatur, quia totaliter destructa supponitur, quidam vero non destruitur totum compositum, dari potest praedictus regressus, et quod in illo remanet virrus ad reuiciendum sibi quod deperdidit; homo autem non corruptitur per hoc quod illius aures absindantur: & ideo possunt illi praeceps aures reuniri, & vita, quam amiserant, reparari. ¶ Et quidem si aliquid Argumentum convinceret, convinceret utique Animam rationalen esse divisibilem. Cum enim in homine, praeter Animam rationalem, alia substantialis forma non detur, necessarium est, quod si aliqua in illo est forma divisibilis, divisibilis sit Anima rationalis; hoc autem est falsum, nec ab Adversariis intentum.

204 Ad Confirmationem respondetur negando Minorem. Ratio enim, qua supra probavimus, ramum ab arbore excissum vivere, consistit in hoc, quod plantatus in terra vivit, siquidem crescit & nutritur, ut experientia constat; quod tamen contingere non posset, si per separationem vitam perderet, et quod de privatione ad habitum non datur naturaliter regressus. Et insuper, quia in ipso ramo, cum sit pars, non est virtus

et iterum vitam acquirat, scilicet per separationem perdidisset: quod in casu Argumenti non evenit; si quidem in homine remanet virtus ad absconditam aurem viendam.

205 **A**RGVITVR secundò. Ad. Anima animalis perfecti, leonis v. g. nequit esse tota in toto, & tota in qualibet parte: ergo est divisibilis. Probatur Antecedens primò, Nam ex opposito sequeretur. *Tum* quòd Anima leonis non distingueretur ab Anima rationali, siquidem esse totam in toto, & totam in qualibet parte utriusque Animæ conveniret. *Tum* etiam, quia non distingueretur à modo, quo Christus Dominus est in Sacramento Eucharistie, ab initio sit in toto, & totus in qualibet parte, qui idem modus Animæ etiam leonis competet: ergo Anima animalis perfecti non est tota in toto, & tota in qualibet parte.

206 Secundò probatur Antecedens, Nam substantia corporeal intra proprium substantiarum generis habet partes integrales realiter conditinctas, aut in Logica diximus; sed Anima leonis est substantia corporea: ergo intra proprium substantiarum generis habet partes realiter conditinctas. Sed hoc ipso nequit esse tota in toto, & tota in qualibet parte: ergo &c.

207 Confirmatur primò, Corporeum nequit esse indivisibile; sed Animæ animalium perfectorum sunt corporeæ: ergo nequeunt esse indivisibles. Probatur Major. Nata corporeum in

hoc ab spirituali distinguitur, quod hoc cum non possit habere quantitatem, est inextensum & indivisibile; illud vero quia est capax quantitatis, per illam potest extendi; ac proinde est divisibile.

208 Confirmatur secundò. Quantitas, sicut & quodlibet aliud accidens, non recipitur immediate in materia prima, sed in toto composito, ut ex Libris de Generatione supponimus: ergo quantitas communicat suum effectum formalem omni parti totius; ac proinde debet illa communicare Animæ corporeæ animalis perfecti. Sed effectus formalis quantitatis est extenderre partem substantiam corpoream ergo Anima animalis perfecti per quantitatem extenditur; ac proinde est divisibilis.

209 Respondetur ad Argumentum negando Antecedens. Ad cuius primam probationem respondetur negando utramque Sequelam. Ex eo namque quod Anima animalis perfecti sit tota in toto, & tota in qualibet parte, non sequitur esse idem cum Anima rationali: hæc enim est tota in toto, & tota in qualibet parte sine dependencia à materia in operationibus principalibus; illa vero in omni operatione est à materia dependens. Neque sequitur, ipsam eodem modo esse in toto, ac corpus Christi Domini est in Eucharistie Sacramento: quia corpus Christi miraculosè est totum in tota Hostia, & totum in qualibet ejus parte. Cum enim

enim corpus ratione quantitatis habeat extensionem in ordine ad locum, ratione causus non est totum in toto loco, & totum in qualibet parte loci, sed totum in toto, & pars in parte; hæc autem extensio in corpore Christi impeditatur; consequenter quod sit totum in toto, & totum in qualibet parte, est miraculum. Quod vero Anima animalis perfecti sit tota in toto, & tota in qualibet parte, nullum miraculum est. Licet enim sit corporeæ, non tamen est corpus perens extensionem & divisibilitatem habere.

210 Ad secundam probationem respondetur negando maiorem universaliter intellectam de omni substantia corporea. Nam sola illa potest habere partes intra proprium substantiarum genus realiter distinctas, quæ capax fuerit ut per quantitatem extendatur; Anima autem animalis perfecti hujusmodi capacitatem non habet; unde non habet partes integrales, sed tam essentialiter, quam integraliter est tota in toto, & tota in qualibet parte.

211 Ad primam Confirmationem respondetur negando Majorem, quæ falsificatur in punto indivisibili continuante partes numeræ, quod tamen est corporeum. Ad probationem autem negandum est Antecedens, Spirituale namque non distinguitur à corporeo per hoc quod illud sit inextensum per quantitatem, hoc autem per illam extendatur; sed per, hoc quod spi-

nus c. est independens à materia in operando, corporeum vero à materia in operando dependet. Unde quamvis Anima animalis perfecti corporeæ sit, minimè infertur, quod debet per quantitatem extendi.

212 Ad secundam Confirmationem respondetur concessu Antecedenti, distinguendo Consequens, communicat suum effectum formalē omni parti capaci effectus, concedo Consequentiam, incapaci, nego Consequentiam. Forma enim recepta in subjecto tantum communicat suum effectum formalē parti capaci talis effectus, non vero parti incapaci. Sicut relatio unionis, quam dicit materia ad formam recipitur in toto composite; & tamen effectum formalē referendi non tribuit formæ, nam forma per aliam relationem refertur ad materiam. Cum autem Anima animalis perfecti incapax sit extensionis, quæ est effectus formalis quantitatis, ut infra videbimus; hinc sit, quod licet quantitas recipiatur in toto composite, non sequitur, quod talis Anima per quantitatem extendatur.

213 **A** RGVITVR tertio. Ex eo juxta Angelicū Preceptorem loco ubi supra relato Anima animalis perfecti indivisibilis esset, quia diverso modo comparatur ad totum & ad partes, quatenus scilicet respicit totum primo & per se & in proprium & proportionatum perfectibile, partes vero respicit secundario; sed hæc ratio non

probat; ergo vel **D**encensio nostra est falsa, vel ratio D. Thom. non est efficax. Probatur Minor. Si namque prædicta ratio indivisibilitatem Animæ animalis perfecti convincere et, convince et etiam indivisibilitatem Animæ animalis imperfecti; hoc autem non convincit, alias falsa esset prima Conclusio: ergo neque convincit illud. probatur. Major, Nam Anima animalis imperfecti diverso modo ad totum, & ad partes comparatur, illud enim respicit per se primò ut proprium & proportionatum perfectibile, has verò tantum respicit secundario: ergo si prædicta ratio convincit indivisibilitatem Animæ animalis perfecti, idem etiam de Anima animalis imperfecti æquè convincet.

214 Pro Solutione huic Argumenti, & intelligentia Ratio- nis D. Thomæ notandum est, tri- plex esse genus formarum. Primum est earum, quæ cum omnimodis æqualitate respiciunt totum, & par tes; sicut forma ignis, & aquæ: huic modi namque formæ omnino æquale respiciunt totum & par tes, tam enim toti, quam partibus forma ignis, & aquæ dominantur; unde respectu harum formarum non solum totum, sed etiam partes sunt proprium & proportionatum perfectibile. Secundum genus for marum est earum, quæ omnino in æqualiter respiciunt totum, & par tes, taliter nimis quod totum sit primum & proportionatum per fe- tibile ab ipsis: quælibet vero pars, neque per se, neque per accidens

possit esse primum perfectibile, quia in nulla parte à toto separata pos sunt conservari tale formæ: & huic modi sunt **A**nima animalium per fectorum.

215 Tertium genus forma rum est earum, quæ medio quodam modo se habent, respiciunt enim partim æqualiter, & partim inæqua- liter totum & partes, sicut animæ animalium imperfectorum, quæ partim æqualiter respiciunt totum & partes; siquidem totum inspicunt ut proprium perfectibile, in quo conserbantur, & similiter partes; nam ut vidimus in prima Conclu sione, in parte à toto separata con servantur. Quia tamen non ita per se stè conservantur in partibus ac in toto, id est non omnino æqualiter, partes, totumque respiciunt.

216 Quando igitur probat D. Thomas Animam animalis per fecti esse indivisibilem, quia diver so modo comparatur ad totum & ad partes intelligi debet: juxta ex plicat enim formarum secundi gen eris, quod scilicet Anima animalis perfecti respicit totum primò & per se ut proprium perfectibile, partes verò tantum secundario, taliter nimis quod numquam pos fint inspicere partem ut proprium subjectum perfectibile; in quo tales formæ conserventur. Ex qui bus.

217 Ad Argumentum in forma respondetur concessa Ma jore juxta doctrinam traditam, & negando Minorem. Ad cujus pro bationem neganda est etiam Major.

Ad probationem distinguo Antecedens, Anima animalis imperfecti modo omnino diverso ad totum, & ad partes comparatur, nego Antecedens, partim diverso modo, & partim eodem, vel partim æquali, & partim inæquali, concedo Antecedens, & nego Consequentiam.

218 Sed contra hanc Solutionem obijcet primò Si juxta traditam doctrinam deberet intelligi ratio D. Thomæ, committetur in illa fallacia petitionis principij, hoc autem de tanto Doctori dici nequit: ergo prædicta explicatione nulla est. Probatur Major. Nam intentum D. Thomæ in illa ratione est, Animam animalis perfecti esse indivisibilem non potenter conservari in parte divisa; sed ad hoc probandum, juxta traditam explicationem, assument pro principio, quod talis Anima inæqualiter respicit totum & partes per hoc, quod in nulla parte divisa potest conservari: ergo assumit Angelicus Doctor pro principio id ipsum quod probare intendit; proindeque committit fallaciam petitionis principij.

219 Secundò obijcet. Ad huc ratione D. Thomæ prout à nobis exponitur intellecta, indivisibilitas Animiæ animalis perfecti non probatur: ergo prædicta ratio nulla est. Probatur Antecedens. Forma aquæ v. g. reperta in corpore habente terminum intrinsecum parvitatē (eam nimirum quantitatem, sub qua potest conservari, & sub

minore non potest) est extensa per talern quantitatē; & tamen si dividatur, in parte illa, in qua dividitur, non potest conservari: ergo ex eo, quod Anima animalis perfecti non conservetur in parte divisa, non infertur, quod dum est in toto, non sit per quantitatem extensa; ac proinde divisibilis.

220 Ad primam Objectionem responderetur negando Majorem. Ad cuius probationem dicendum est, quod D. Thomas in prædicto Articulo explicat Animam animalis perfecti diversimodè ad totum & ad partes compararitaliter, quod in nulla parte separata conservari possit, et quod talis Anima est actus corporis perfecti organici; certum quippe est animalia perfectiora perfectiore organizationem exigere, quam animalia imperfecta; in nulla autem parte separata perfecta organizatione reperitur: ideoque in nulla potest conservari. Vnde non committit fallaciam petitionis principij, nec id ipsum, quod probare intendit, assumit ad probandum: nam tale principium cum prædicta explicatione omnino certum est & supponendum; proindeque non probandum.

221 Ad secundam Objectionem dicendum est, formam aquæ inventam in minima quantitate non posse dividit ut in qualibet parte separata conservetur. Qui tamen si esset in majori parte, posset in parte separata conservari, non infertur quod talis forma sit

extensa per quantitatem, licet qualitas sit minima. Anima autem animalis perfecti non quam potest conservari in parte divisa: ac per consequens non est eadem utriusque ratio.

222 **A**RGVITVR quartò. Operationes animalium perfectorum sunt extensæ, & divisibiles, medijs quippe organis corporalibus, & extensis exercentur: ergo etiam earum Animæ erunt divisibiles & extensæ. Consequētia probatur primò. Ex eo namque quod operationes Animæ rationalis prout intellectiva est, sunt omnino indivisibiles, & inextensæ, probatur, quod ipsa etiam Animæ rationalis sit inextensa, & indivisibilis: ergo è contraria, ex eo, quod operationes animalium perfectorum sunt divisibiles & extensæ, & medio organo corporeo elicite, rectè probabitur tales Animæ esse divisibiles, & extensæ.

223 Secundò probatur Consequentia. Modus operandi debet esse juxta modum essendi, cum ad esse sequatur operari: ergo si operari animalium perfectorum est extensum, & divisibile eorum Animæ debent esse divisibiles & extensæ.

224 Confirmatur primò. Anima animalis perfecti recipitur in materia prima divisibili & habente intra proprium substantiæ genus usus partes integrales: ergo ipsa etiam Anima debet esse divisibilis & habere intra proprium genus similes partes. Patet Consequentia. Quia vñquidque recipitur ad modum

recipiens, debetque receptū propriorer recipienti: ergo si materia, quæ recipit, est divisibilis, divisibilis debet esse forma recepta.

225 Confirmatur secundò. Quia quando animal perfectum nutritur, nova pars formæ educitur ex nova parte materiae: ergo forma, vel anima animalis perfecti habet plures partes, quæ per diversas actiones nutritivas educuntur ex potentia diversarum partium materiae; ac proinde erit divisibilis. Probatur Antecedens. Nam actio nutritiva non est actio pure vnitiva, sed educativa & productiva; atqui non potest educere, vel producere totam formam aut Animam, cum hæc per generationem producta supponatur: ergo novam partem formæ, vel Animæ educit & producit.

226 Respondeatur ad Argumentum negando Consequentiam. Nam Anima animalis perfecti in genere Animæ sensitivæ est suprema: ideoque licet dependeat inesse, fieri, & conservari à materia, & ejus opera medio organo corporeo exerceantur; aliquomodo tamen in modo operandi supra materiam elevatur, & aliqualiter accedit ad Animam rationalem, quæ est supra materiam in linea perfectissima Animæ. Vnde ob hanc perfectionem, participat quod sit indivisibilis, licet non ita perfecta, ac Anima rationalis.

227 Ad primam probationem Consequentiaz respondeatur concessio Antecedenti, negando Consequentiam. Et ratio disparita-

tis est, quia operationem esse inextensam, & indivisibilera est maxima, perfectio operationis, qua de causa petit principium indivisibile, & inextensem, operatio nāque non potest exceedere suum principium radicale. Quarē ex indivisibilitate operationis Animæ rationalis, quæ est principium radicale, ejus indivisibilitas rectè infertur. Quod verò operatio animalis perfecti sit extensa & divisibilis, est imperfetio. Vnde non sequitur ipsam Animam divisibilem esse, eò quod principium debet esse perfectius operatione.

228 Ad secundam probationem Consequentiae responderetur distinguendo Antecedens, debet esse juxta modum essendi quoad omnia, nego Antecedens, quoad aliquid, concedo Antecedens, & nego Consequentiam. Modus enim operandi animalis perfecti quantum ad aliquid est conformis modo essendi Animæ, nimurum in hoc, quod sicut Anima in sue esse & conservari dependet à materia, ita similiter operatio: non tamen conformatur quoad omnia, quia cùm ipsa sit principium radicale, est perfectior operatione, ac per consequens est inextensa & indivisibilis, quamvis operatio, quæ ab ipsa procedit, sit divisibilis, & extensa.

229 Ad primam confirmationem responderetur negando Antecedens. Ad probationem distinguo Antecedens, vnumquodque recipitur ad modum recipientis, debet-

que receptum proportionari recipienti in his, quæ formæ receptæ non repugnant, concedo Antecedens, in ijs, quæ repugnant tali formæ, nego Antecedens, & Consequentiam. Forma namque recepta ad modum est subjecti, in quo recipitur quantum ad ea, quæ ipsi formæ non repugnant, non verò quantum ad ea, quæ repugnant tali formæ. Que madmodum lumen gloriæ; v. g. recipitur in homine, qui peccabilis est, & tamen ipsum lumen non redditur peccabile, hoc enim illi repugnat: quod possit pluribus alijs exemplis declarari. Cùm autem repugnet Animæ animalis perfecti esse divisibilem & extensem, vt constat ex suprà dictis; consequens est, quod licet recipiat in materia d' visibili, & habente partes integrales; non ideo infertur ipsam Animam esse etiam divisibilem & similes partes habere.

230 Ad secundam confirmationem responderetur negando Antecedens. Ad cujus probationem nego Majorem. Nam actio nutritiva in animali perfecto, nec producit, nec educit novam partem formæ, sed tantum unit novam partem alimenti cum ipsa Anima, quæ in ipso vivente existit. ¶ Et quidem si aliquid utrumque confirmatio probaret, probaret utique Animam etiam rationalem esse divisibilem, vt easdem Confirmationes ad id persuadendum obijcenti constabit; hoc autem non convincunt; ergo neque persuadent quod intendunt.

ARTICVLVS II.

Quenam viventis partes informantur Anima ut præstante, gradum vite.

§. I.

Duplex Conclusio statuitur.

231 **P**RIMA Conclusio. Caro & nervi informantur Anima ut sensitiva, dentes vero, & alia ossa informantur ipsa tantum ut vegetativa. Conclusio hæc quoad vitramque partem est communis: & quoad primam facile probatur, Nam si animal pungatur in carne, vel in nervis, sentit dolorem, ut experientia constat; sed dolor est actus Animæ sensitivæ: ergo caro, & nervi informantur Anima ut sensitiva.

232 Quoad secunda vero partem sic probatur. Quia dentibus convenit augeri ab intrinseco, & per intus sumptionem) quod idem de alijs ossibus est dicendū) ex alia vero parte dolorem non percipiunt: ergo non Anima ut sensitiva, sed ut vegetativa tantum informantur.

233 Respondebis, dentes etiam sentire dolorem, immò illorum dolor est vehementissimus inter omnes, ut ipsa experientia comprobatur: ergo nedum informantur Anima vegetativa, verum etiam sensitiva.

234 Sed contra est. Nam dentes non sunt qui sentium dolorem

fed caro illis propinquā est, qua dolum sentit; unde in illis tantum est vita vegetativa, non autem sensitiva.

235 Replicabis, Nam eodem modo posset dici de nervis, quod nimis ipfi non sentiunt dolorem, sed caro illis proxima est, que dolorem sentit; hoc autem est contra primam partem Conclusionis: ergo tradita Solutio non subsistit.

236 Respondetur tamen traditam Solutionē esse veram, quam Replica adducta non infringit; experientia quippe compertum est, quod si animal pungatur in nervis, intensum dolorem percipit, quod signum evidens est non solum in carne ipsis propinquā, sed etiam in ipsis vitam sensitivam residere. Hoc autem in dentibus non contingit: nam ut quotidiana experientia cōprobatur, foramina in ipsis sunt, quin nullum dolore sentiant, quod tamen minimè contingere, si sensitiva vita pollerent.

237 Secunda Conclusio. Capilli, & vngues informantur Anima tantum, ut vegetativa. Conclusio hæc etiam est communis. Et probatur, Tum, quia capilli, & vngues ab intrinseco nutriuntur, & augentur: ergo habent vitam; sed non sensitivam ergo vegetativam. Tum etiam, quia partes pertinentes ad integratatem, & pulchritudinem viventis informantur Anima, ut trilucent gradum vite, quia de causa solia arteris informantur Anima vegetativa, quia pertinent ad pulchritudinem arboris; sed etiam capilli & vngues

pertinent ad pulchritudinem animalis : ergo informantur Anima, ut tribuente gradum vitæ, nimirum vegetativæ.

238 Sed contra hanc Conclusionem Argues primò. Si capilli in homine informarentur Anima rationali ut tribuente gradum vitæ vegetativæ, in Christo Dño sic etiā informarentur; hoc autē est falsum: ergo nō vivunt vita vegetativa, nec Anima ut vegetativa informantur. Maj. & Conseq. constant. Min. autē probatur. Nam si capilli Christi Dñi informarentur Anima ejus rationali ut illis tribuente gradū vitæ, essent hypostaticè vnitæ Verbo divino; sed hec est falsum: ergo non informantur Anima rationali ut illis tribuente gradum vitæ. Probatur Minor, Quia si essent hypostaticè ynti Verbo divino, quādō per abs- cissionem separantur à Christo Domino, ipsum Verbum Divinū maneret filii uniuersum, juxta commune illud Axioma: *Quod semel assump- sit, nunquam dimisit;* sed quando separabantur à Christo, Verbum divinum ipsis unitum non manebat, ut constat: ergo Verbo divino hypostaticè uniti non fuerunt.

239 Respondetur negando Minorem. Ad probationem negan- da est etiam Minor. Ad cujus proba- tionem responderetur, quod illud Theologorum Axioma debet in- telligi de partibus principalibus Christi Domini, non verò de par- tibus minus principalibus, quales sunt capilli. Vnde capilli erant uni- ti Verbo divino, dunt erant in ipso

Christo non verò quando ab ipso fuerunt separati.

240 Argues secundò. Capilli in animali ab intrinseco non augen- tur: ergo dum sunt in ipso, Anima vegetativa non vivunt. Probatur Antecedens. Tum, nam quidquid agetur ab intrinseco, creseit se- cundum omnem dimensionem, scilicet secundum longitudinem, latitudinem & profunditatem, ut do- cet Philosophus hic, textu 4. & experientia constat; sed capilli non augmentur secundū omnem dimen- sionem, sed tantū secundū vnam, scilicet secundū longitudinē: ergo eorum augmentum non est ab intrinseco. Tum etiam, quia experimur, capillos crescere in animali mortuo: ergo signū est, quod dum sunt uniti viventi, eorum augmen- tum non est ab intrinseco. Pater Consequentia, Quia nihil amplius videtur habere eorum augmentum quando sunt coniuncti viventi, ac quando sunt mortuo conjuncti: ergo, &c.

241 Respondeatur negando Antecedens. Ad cujus primam pre- bationem duplicitate potest respon- deri: primo concedendo absolute Majorem, & negando Minorē. Quia etiam capilli augētur secundū om- nem dimensionem, & nō solum secundū longitudinem: siquidem ali- quam in se grossitatem & latitudinem habent, quamvis minimam, ad de- corē enim animalis pertinet quod capilli sint subtile. Secundò res- pondetur distinguendo Majorem, quidquid agetur ab intrinseco,

&c

& est pars animalis præcipua, debet crescere secundura omnem dimensionem concedo Majorem, quod est pars minus principali, ut capilli, nego Majorem; & admissa Minorem, nego Consequentiam. Ad secundam probationem Antecedentis concessio Antecedenti de incremento capillorum ab extrinseco, nego Consequentiam. Ad cuius probationem negandum est Antecedens. Nam capilli in animali mortuo augmentur tandem ab extrinseco, vel ob nimiam humiditatem, vel ob aliam prædominantem qualitatem non tamen ab intrinseco per hoc, quod Anima vegetativa informatur, cujus oppositum quando sunt in animali vivo contingit.

§. II.

Duplex alia Conclusio stabilitur.

242. **TERTIA Conclusio.** Semen, & lac dum sunt in animali vivunt vita vegetativa, & Anima ut vegetativa informantur. Opposivm hujus Conclusioni satis probabiliter docent priores Disc. puli Div. Thomæ. Nostra tamen Conclusio probatur primo ex pso Angelico Præceptor in 2. dist. 30. quæst. 2. artic. 2. ad 2. Sanguis enim (inquit) aliquo modo dicitur esse de substantia generantis, & multo amplius semen, quod est ad ulteriorem digestionem perducendum.

243. Secundo probatur Conclusio quoad primam partem Nam

semen arboris, quod multoties est suudus, dum est unum ipsi arbori, vivit vita vegetativa, siquidem ab intrinseco crescit, & nutritur: ergo potiori ratione semen animalis, quod semen arboris longè excedit, vivet etiam vita vegetativa.

244. Tertio probatur quoad eamdem secundam partem. Semen enim in animali est principium, saltem instrumentale, actionis vitalis generativa: ergo in se debet esse vitale, & vivere vita saltem vegetativa.

245. Quartò probatur Conclusionem quoad secundam partem. Nam vt in sequenti conclusione videbimus sanguis animalis vivit vita vegetativa: ergo eadem etiam vita lac vivit. Probatur Consequentia. Calor enim naturalis ita laborat ut acquirat sanguinem sicut ut lac acquirat, & sicut sanguis ab intrinseco augetur medio intrinseco calore viventis, ita similiter, & lac ergo non est ratio cur vita vegetativa lati negetur, si semini sanguini concedatur.

246. Contra hanc tamen Conclusionem Obijcies primo. Quando partes animalis, quæ ipsi conjunctæ vivunt, radicibus separantur, animal ipsum dolorem sentit, quapropter experimur, quod si nervi, ossa, vngues, & capilli levellantur, intensus sentitur dolor; at quando ab animali lac separatur, aut semen, nullo modo sentitur dolor, sed potius delictatio: signum igitur est, quod lac, &

Semen vita vegetativa non gaudet.

247. Respondeatur primò cuncta Majore, negando Minorem. Nam etiam in decisione latet, & seminis nonnullis sentitur dolor. Et ratio est, Tum quia omne agens in agendo reputatur. Tum etiam, experientia namque compertum est quod animal in praedicta decisione maxime debilitatur, & languescit, quod minimè continget, si id, quod separatur, aliqua vita non informaretur.

248. Secundò respondeatur distinguendo Majorem, si partes, quæ separantur, ad conservacionem ipsius animalis attineant, concedo Majorem, si pertineant ad conservationem speciei, nego Majorem, & admissa Minore, nego Consequentiam. Nam aliquæ partes sunt in animali, quæ pertinent ad conservationem ipsius, ut est quoddam individuum in se, & sine ordine ad alterum: & hujusmodi sunt partes illæ, quæ in Objectione recensentur; quando autem istæ radicitus evelluntur, necessarium est, quod animal, à quo separantur, dolorem sentiat, hoc enim tendit ad destructionem illius.

249. Aliæ vero sunt partes, quæ pertinent ad conservationem speciei, vel alterius individui: & hujusmodi sunt semen, & lac: semen quippe ex natura sua ad speciei conservationem ordinatur, nam medio illo unum animal aliud generat, ut species, quæ in uno individuo corrumperit, in altero conservetur: lac vero deservit ad ani-

malium genitum procreandum, quarè per separationem harum partium nullus sentitur dolor, sed potius delectatio, eò quod in animali non solum datur naturalis inclinatio ad aliud sibi simile producendum, sed etiam ad illud, quod semel produxit, conservandum: in eo autem, ad quod naturalis inclinatio datur, dolor non sentitur; vnde quando effunditur lac aut semen, nullum percipit animal dolorum.

250. Obiectes secundò, & est Replica contra præcedentem Solutionem. Ea tantum in animali essentialiter vivunt, quæ ad illius integratatem pertinent; sed semen, & lac non pertinent ad integratatem animalis: ergo non vivunt. Probatur Minor, Tum, quia in pueris, & puellis non datur semen, neque lac, at darentur, si ad animalis integratatem pertincent: ergo non pertinent ad integratatem animalis. Tum etiam, nam licet pertineant ad integratatem animalis in ordine ad conservandam speciem, vel alterum individuum, non tamen pertinent ad integratatem proprii individui in ordine ad seipsum; sed ea tantum, quæ pertinent ad integratatem individui in ordine ad seipsum, gaudent vita: ergo semen, & lac nequaquam vivunt.

251. Respondeatur distinguendo Minorem: semen, & lac non pertinent ad integratatem animalis in se, concedo Minorem, in ordine ad conservandam speciem, vel al-

terum individuum, nego Minor. & Consequentiam. Ad prius in probationem Minoris neganda est Minor. Semen enim, & lac pertinent ad integratem animalis in determinato tempore, & non in omni; sicut posse generare & parere non convenit illi in omni tempore.

252 Ad secundam probationem Minoris neganda est minor, quæ si vera esset, sequeretur genitalia membra non vivere, per se enim ad conservandam speciem ordinantur; falsum est autem genitalia membra non vivere: vnde licet semen & lac non pertineant ad conservationem individui in ordine ad seipsum, sed ad conservandam speciem, & ad alterum individuum procreandum; minimè sequitur, quod non vivant.

253 QVARTA Conclusio. Sanguis animalis vivit vita vegetativa. Pro intelligentia hujus Conclusio- nis notandum est quod in animali est duplex sanguis, nutrimentalis scilicet, & naturalis. Sanguis nutrimentalis est humor quidam parum decoctus & depuratus, proindeque non habens veram rationem sanguinis, quamvis illi sit valde similius: & dicitur nutrimentalis, quia eo aliæ partes animalis nutritiuntur. Sanguis vero naturalis est humor longè purior & perfectior, qui per plures decoctiones & elaborationes virtutis formatiæ fit ex sanguine nutrimentali. Nostra ergo Conclusio non de sanguine nutrimentali, sed de sanguine naturali procedit. Quo supposito.

254 Probatur primò Conclu-
sio ex illo Levitici 17. *Adhuc canis in sanzamine est.* Et ex Cajo Pontifice in Epistola Decretali ad Felicem, ubi damnans eos, qui ne gabant Christum assumpisse veras partes humanæ naturæ, sic ait: *Sicut Christus veras partes humanae na- ture non assumpsit, quo sanguine redempti esse mus?*

255 Deinde probatur ratio-
ne. Quia sanguis est vera pars integralis hominis: ergo vivit saltem vita vegetativa. Consequentia con- stat. Antecedens vero probatur, *Tum*, quia si totus sanguis ab ho- mine extrahatur, statim moritur. *Tum etiam*, Nam sine sanguine non minus mutilus manet, quam sine manu. *Tum denique*, Quia sanguis dum est in animali ab intrinseco augetur sicut aliæ illius partes: ergo est pars illius integralis; proindeque vivit vita saltem vegetativa.

256 Contra hanc Conclusio-
nem (omissis alijs Argumentis) sic obijcies. Anima est actus corporis organici, vel heterogenij, sed san-
guis non habet partes organicas, vel heterogenias: ergo non infor-
matur. Anima ut præstante gradum
vitæ; & consequenter vita vegeta-
tiva non vivit. Probatur Minor,
Quia quilibet pars sanguinis est
sanguis: ergo non habet partes or-
ganicas, vel heterogenias, sed tan-
tum homogenias.

257 Ad hoc Argumentū, quod
contra præcedentes estimat
Conclusionses, respondeatur primò,
quod quod dicitur, Animam esse

actum corporis organici intelligé-
dū est de toto corpore, & hoc ha-
bet partes organicas; nō tamen de-
bet intelligi de parte quālis est san-
guis; vnde licet hæc non habeat
partes organicas, non infertur vi-
tam vegetativam non habere.

258. Secundò respondetur, quod in omnibus etiam partibus, quas in præcedentib[us] Conclusio-
nibus assignavimus, dantur partes
organicæ, & heterogeniæ: nam in
osib[us] & dentib[us] dantur medul-
lae, quæ diversæ rationis sunt ab
ipsis partibus, & in carne datur cu-
tis in capillis autem, semine lacte,
& sanguine dantur quædam subti-
licres, quod sufficit, ut vivant, quia
cum sint partes, non requiritur,
quod cum toto rigore habeant
partes heterogenias, & diversæ ra-
tionis.

259. Circa doctrinam autem
totius Articuli notandum est, quod si
licet omnes partes informentur ea-
dem Anima, hæc tamen non omni-
bus eundem gradum vita commu-
nicat, sed ei omnes, vel duos, vel
vnus tantum juxta subjecti capa-
citatem. Vnde capillis, vnguis &
osib[us] soiūm præsta gradum vita
vegetativa, carnis autem gradum
etiam vita sensitiva; alijs vero par-
tibus præbet gradum etiam vita
rationalis; eo quod datur ex parte
subjecti capacitas ad hos omnes
gradus recipiendos. ¶ Alia, quæ
solent hic obici videri possunt
apud PP. Complut. disp. 5. quæst. 1.
& apud Mag. st. Lermam
etiam quæst. 5.

ARTICVLVS III.

Vtrum potentia specificentur, &
distinguantur per actus, &
non si non objecta?

§. I.

Conclusio statuitur.

260. **N**O STRA Conclusio est,
potentias realiter spe-
cificari & distinguui per actus & ob-
jecta. Hæc Conclusio communis est
in er. Thomistis. Et probatur pri-
mò ex Philosopho hic, textu 33.
vbi sic ait: *Priores potentias actus,*
& operationes secundum rationes
sunt; & adhuc his priora sunt op-
posita, sive objecta. Vnde D. Tho.
I. p. quæst 77. artic. 3. sic arguit in
Argumento *Sed contra: Posteriora*
distinguuntur secundum priora; sed
Philosophus dicit 2. de Anima,
quod priores potentias actus, &
operationes secundum rationem
sunt, & adhuc his priora sunt op-
posita, sive objecta: ergo potentia
distinguuntur secundum actus, &
objecta. Item docet ibidem in
corpore Articuli, & alibi sèpè.
Vnde non potest dubitari nostram
Corectionem esse juxta Philosophi
& Angelici Praceptoris
mentem.

261. Secundò probatur ratio-
ne Quia potentia per se ordinan-
tur ad actus & objecta, siquidem
potentia est propter actum, & cùm
hic sit propter objectum, etiam

potentia est propter illud; sed quod per se ordinatur ad alterum, ab eo specificatur & distinguitur: ergo potentiae ab actibus & objectis specificantur & distinguuntur.

262 Observandum tamen est primò quoddam potentia immedia-
tè comparatur ad actum: unde ab actu per se primò suam unitatem, realemque desumit distinctionem. Ad objectum vero comparatur, non secundariò quidem, tanquam ad aliquid per accidens tantum inspectrum, sed primariò mediatè tanquam ad finem remotum mediante actu respectum: actus vero respicit objectum immediate ut finem proximum. Quare sicut potentiae distinguuntur per actus, ita actus distinguuntur per objecta; quia tamen potentia est propter actus, actus vero sunt propter objecta: ideo dum verificatur quoddam potentiae distinguuntur per actus tanquam per finem immediatum, etiam verificatur quod distinguuntur per objecta tanquam per finem mediatum & remotum.

263 Secundo observan-
dum est quoddam dum dicimus poten-
tiā distingui per actus, & actus per objecta, intelligi debet de acti-
bus non entitate, & materialiter consideratis, sed formaliter prout cadunt sub ratione formalis specifi-
cativa. Quod quia satisclarum est,
& Conclusio valde nota, non est
cur in illius explicatione amplius
immoremusr.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

264 **A**RQUITVR primò: Actus sunt posterio-
res potentij: ergo potentiae sunt spe-
cificantur per actus, nec ab illis
desumunt suam unitatem vel distin-
ctionem. Consequentia constat,
Quidquid enim specificat aliud, de-
bet esse prius illo, specificativum
quippe est causa specificati, causa
autem prior debet esse suo effectu.
Antecedens vero probatur. Nam
effectus est posterior sua causa; sed
actus est effectus potentiae: ergo
actus sunt posteriores potentij.

265 Confirmatur. Per id
namque unumquodque est unus
& realiter distinctum ab altero;
quod secum realiter identificat, si
quidem essentia eiusvis rei realiter
identificatur cum ipso re; sed po-
tentiae non identificantur realiter
cum actibus & objectis: ergo ab
ipsis suam unitatem & distinc-
tionem non accipiunt.

266 Respondeatur ad Argu-
mentum distinguendo Antecedens,
sunt posteriores potentij in genere
causæ efficiens, concedo Antece-
dens, in genere causæ finali, nego
Antecedens, & Conseq. Adproba-
tionem Antecedentis responderetur
concessa Majore, distinguo Mino-
rem, est effectus potentiae in genere
causæ efficiens, concedo Minorē,
finalis, nego Minorem, & distinguo
Consequens, sunt posteriores pe-
ten-

tentij in genere causæ efficiens, concedo Consequentiam, finalis, nego Consequentiam. Actus enim possunt considerari, vel quatenus in genere causæ efficientis causantur à potentij, & sic eas non specificant, cùd quod sunt ipsis, posteriores: Vei in genere causæ finalis, quatenus nimirum actus sunt finis potentiarum, & prout sicut actus specificat potentia; hoc autem modo actus sunt priores potentij, finis enim prior est is quæ sunt ad finē,

267 Ad Confirmationem respondetur, nos tantum docere in Cœc uisione, potentias distingui per actus & objecta tanquam per aliquid extrinsecum, ad quod per se ordinantur: intrinsecè verò specificantur, & desumunt suam unitatem & distinctionem essentialiem per habitudinem intrinsecam ad actus & objecta, quæ habitudo intrinsecè identificatur cum potentia, vt constat inductivè discurrendo per omnes potentias & habitus, quæ licet per ordinem ad aliquid extrinsecum distinguantur, habitudo tamen ad illud extrinsecum est intrinseca,

268 **A** RGVITVR secundò. Stare potest realis distinctio inter potentias, & actus cum reali identitate inter objecta; ergo distinctio potentiarum, & actuum non desumitur ab objectis, Antecedens est certum, Nam intellectus, & voluntas, & actus harum potentiarum realiter distinguuntur; & tamen eorum objecta, nempe verum & bonum realiter

identificatur, cum per rationem tantum diversificetur. Consequencia vero probatur. Ea, quæ sunt idem realiter, nequeunt tribuere distinctionem realem, nemo enim dat quod non habet; ergo eo ipso, quod sit distinctio realis in potentij & actibus cum reali identitate inter objecta, talis distinctio non potest ab objectis derivari.

269 Explicatur. Ens rationis nequit causare distinctionem realem, cùm ens fictum nequat causare ens verum, cuiusmodi est distinctio realis; sed inter verum & bonum sola datur distinctio rationis: ergo hæc distinctio nequit causare distinctionem realem in intellectu & volvntate; ac proinde distinctio potentiarum non desumitur ab objectis,

270 Respondetur, cum distinctione reali inter potentias, & actus stare posse identitatem materiale inter objecta; invenitur tamen distinctio formalis, id est, quod objectum habeat distinctas rationes formales specificativas; in quo sensu concedendum est Antecedens, negandaque Consequencia. Ad cujus probationem distinguo Antecedens, quæ sunt realiter idem nequeunt tribuere distinctionem realem per modum formæ intrinsecæ, concedo Antecedens, extrinsecæ nego Antecedens, & Consequentiam. Sicut enim in Logica diximus Lib. V. Quæst. II. Art. IV. §. IV. à num. 194. quod objectum analogum, quale est ens, tribuit unitatem specificam univocam

cum intellectui, quia tantum per modum formæ extrinsecæ comparatur sita & propter eamdem rationem modò dicimus, quod dicitur verum & bonum realiter non distinguuntur, possunt tamen tribueri distinctionem realem.

271 Insuper dici potest, quod ut objectum sit causa causans distinctionem realem in actibus & potentijs, non requiritur quod habeat tantam distinctionem, quam habent ipsi actus & potentiae, ab una quippe causa possunt plures effectus provenire, unde non requiritur realis distinctio in objectis, ut detur realis distinctio in actibus, & potentijs, sed sufficit quod habeant distinctas specificantes rationes. E instar Argumentum in motu recto & obliquo tendentibus ad eundem materialiter terminum, cum tamen realiter specificè distinguantur. Et in hac Propositione Terra est rotunda, quæ est eadem realiter veritas, & tamen à diversi realiter Scientijs attingitur. Quamvis ergo verum & bonum realiter inter se non distinguuntur, non insertur, quod non possint diversas realiter specificare potentias.

272 Ad Explicationem respondetur in primis Majorem instari in communi Sententia Thomistarum. Nam causa rationis causat distinctionem realem habitus Logicæ ab alijs Scientijs, quia est ejus primarium objectum; quod nullum est inconveniens, quia objectum tantum comparatur per modum

formæ extrinsecæ ad habitum & potentiam.

273 Secundo respondetur contra Majorem, negando Minorem. Verum enim & bonum non distinguunt voluntatem & intellectum quatenus actualiter per rationem distinguuntur: nam antequam intellectus consideret distinctionem inter verum & bonum, voluntas & intellectus distinguuntur realiter: quæ distinguitur à vero & bono quatenus à parte rei virtualiter, seu fundamentaliter sunt distincta. Quarè distinctione realis harum potentiarum non provenit ab ente facta, sed uero, licet non distincto realiter formaliter, sed tantum fundamentaliter.

274 **A**RGVITVR tertio. Cum unitate specifica objectorum stat diversitas specifica potentiarum: ergo potentiae non desumunt suam unitatem & distinctionem specificam ex objectis. Consequentia constat. Antecedens vero probatur primo. Potentia visiva hominis & equi essentiaлит distinguuntur; & tamen objectum utriusque est ejusdem speciei nempe lucidum coloratum: ergo cum unitate specifica objectorum stat diversitas essentialis potentiarum. Probatur Major. Nam tales potentiae differant a formis substantialibus diversæ speciei ab Anima scilicet rationali, & ab Anima equi: ergo sunt specie distinctæ. Probatur Consequentiam, Quia à principijs diversæ speciei nequeunt potentiae ejusdem rationis prove-

nire: cum enim principium, à quo potentia dimanat, sit magis universale, eo ipso, quod principium dimanationis specie varietur, etiam potentiae, quæ dimanant, debent essentialiter variari: ergo si prædictæ potentiae dimanant à principijs, sive formis substantialibus diversæ speciei, ipsæ etiam potentiae debent esse diversæ specie.

275 Secundò probatur Antecedens. Idem eit specificè objectum intellectus humani & Angelici, ens sicut in communione abstrahit à creato & in creato, naturali, & supernaturali; & tamen intellectus humanus, & Angelicus & omnis intellectus Angelici sunt diversæ speciei, ad naturas enim specie distinctas consequuntur: ergo cum unitate specifica objectorum sit diversitas specifica potentiarum.

276 Respondetur negando Antecedens. Ad primam probationem respondetur primo cum Cajetano distinguendo Majorem, essentialiter distinguitur in ratione proprietatis, concedo Majorē, in ratione potentiae, ne o Maj. Ad cuius probationem concessio Antecedenti, distinguendum est Consequens distinctione Majoris, negandaque Consequentia. Potentiam ramque visiva hominis potest dupliciter considerari: primò in ratione potentie carentis ordinem ad objectum, scilicet ad lucidum coloratum, & prout sic eis ejusdem speciei cum potentia visiva equaque objectum utriusque est idem.

secundum speciem. Secundò in ratione proprietatis dimanantis à natura specifica hominis, secundum quam considerationem specificè differt à potentia visiva equi, quæ ab ipsis equi specifica natura dimanat. Ex hoc autem nil contra nostram Conclusionem infertur: in illa siquidem tantum loquimur de potentijs secundum proprium conceptum potentiarum, juxta quam considerationem cum unitate specifica objectorum non sit specifica diversitas in potentijs.

277 Secundò cum alijs Thomistis respondetur negando Antecedens. Ad cujus primam probationem nego Majorem. Ad probationem distinguendo Antecedenti, dimanant à formis substantialibus diversæ speciei quatenus sunt diversæ, nego Antecedens, quia equus, conveniunt & tribuant gradum, in quo homo & equus non differunt, concedo Antecedens, & nego Consequentiam. Ut enim in Logica diximus, duplex est proprium quarto modo: aliud insimum, & aliud subalternum, inter quæ hoc discrimen reperitur, quod illud sequitur ad naturam specificam atomam sive insimam, & soli habenti talēm naturam convenit; sicut risibilitas, quæ sequitur ad naturam specificam hominis; hoc vero sequitur ad naturam specificam subalternam, id est, ad rationem genericam; sicut potentia visiva quæ sequitur ad rationem genericam animalis si enim hæc proprietas ad naturam tantum specificum

Etiam hominis sequeretur, in nullo alio posset, quam in homine replicari; quod tamen aperte constitutum est falsum. Potentia ergo visiva hominis & equi non solum sunt ejusdem speciei quateuus sunt potentiarum objectum respicientes, sed etiam ut sunt proprietates à naturis specie distinctis dimanantes, eò quod ab ipsis non dimananter prout infinitè & atomè differunt, sed prout genericè & subalterne convenienter.

278 Sed replicabis primò. Per nos potentia visiva est proprium quarto modo non infimum, sed subalternum: ergo debet sub se plures potentias visivas continere. Consequentia videtur bona. Illud enim dicitur subalternum, quod sub se continet alia, & est divisibile in illa; sicut illa dicitur species subalterna, quæ continet sub se alias, estque in illas divisibilis. Tum sic: Sed debet continere sub se plures diversæ speciei: ergo dantur plures potentiarum visivarum distinctæ specie: & consequenter potentia visiva hominis & equi, saltem in ratione proprietatis, specificè distinguuntur, ut in prima Solutione dicebimus. Minor subsumpta probatur. Quia proprium infimum continet sub se plura numero tantum distincta, ut risibilitas continet risibilitatem Petri & Pauli, quæ solum numericè distinguuntur: ergo proprium subalternum continere debet plura quæ specie distinguuntur, alias nulla dabitur differentia inter utrumque.

279 Secundò replicabis. Potentia visiva non potest consistere ut proprietas ad rationem communem animalis, sed debet sequi ad specificam naturam & infimam: ergo nulla est secunda Solution. Probatur Antecedens. Nam talis potentia est passio realis; sed ratio generica animalis non datur à parte rei, sed tantum per intellectum: ergo non potest sequi ut proprietas ad rationem genericam animalis.

280 Respondetur ad primam Replicam negando Minorem subsuptam. Ad cuius probationem neganda est Consequentia. Ut deinde enim discrimen inter proprium subalternum, & infimum, non requiritur, quod illud sit divisibile in plures species; sed sufficit, quod sit divisibile in plura numero tantum distincta, in subjecto tamen diversæ speciei reperta: quia sequitur ad gradum genericum divisibilem in plures species, quod proprio infimo repugnat. Potentia autem visiva, quæ est proprium sub alternum, dividitur in plures potentias visivas numerice distinctas, quæ inveniuntur in subjectis specie distinctis, in homine scilicet, & in equo.

281 Dices: ea, quæ sunt ejusdem speciei, & numero tantum differentia, non possunt in diversis subjectis specie distinctis inveniri: ergo vel dicendum est, quod potentia visiva hominis & equi differunt specie, vel quod non possunt in diversis repe-

riri subjectis, si numericè tantum
distinguuntur.

282 Respondetur negando Antecedens. Nam albedo hominis, & equi numerice tantum distinguuntur, quamvis in subjectis specificè distinctis reperiantur. Et ratio est, Quia specifica distinctio accidentium non desumitur à subjecto; unde cù distinctione specifica subjectorum stare potest specifica unitas accidentium: quæ ratio maxime currit in potentijs, quæ sunt aliquid respectivum: & ideo suam unitatem vel distinctionem non desumunt à subjecto, in quo recipiuntur, sed à termino, quem respicunt.

283 Ad secundam Repli-
cam respondetur negando Ante-
cedens. Ad cujus probationē concessa
Majore, & Minore, distinguendum
est Consequens, non potest sequi
ut proprietas ad rationem genericam animalis secundò intentiona-
liter sumptam, concedo Conse-
quentiam, fundamentaliter, seu
primo intentionaliter acceptam,
nego Consequentiam. Non enim
esse rimus potentiam visivam ho-
minis & equi sequi ad rationem
genericam animalis, quatenus hæc
importat secundam intentionem
rationis, sed consequi ad ipsam pri-
mo intentionaliter seu fundamen-
taliter acceptam, quatenus nimirum
importat gradum in quo con-
veniunt homo, & equus. Ex quo
deducimus, potentiam visivam
utrinque esse ejusdem speciei,
cum ab ipsis secundum quodd in

unica ratione convenienter oritur.

284 Ad secundam proba-
tionem Antecedentis principali
Argumenti respondetur primò
juxta Solutionem supra num. 276.
allatam, concessa Majore, distin-
guendo Minorem, intellectus hu-
manus, & intellectus angelicus, &
omnes intellectus angelici sunt di-
versæ speciei in ratione proprieta-
tis, concedo Minorem, in ratione
potentiarum, nego Minorem, & sub
eadem distinctione Consequentis,
nego Consequentiam.

285 Secundò respondetur
distinguendo Majorem, objectum
intellectus humani, & angelici est
idem specificè materialiter, conce-
do Majorem, formaliter, nego Ma-
jorem, & concessa Minore, nego
Consequentiam. Potentiarum namque
non desumunt unitatem vel distin-
ctionem formalem ab obiecto ma-
terialiter considerato, sed forma-
liter sumpto. Licet autem objectum
intellectus humani, & angelici sit
materialiter idem, formaliter ta-
men est diversum; unde intel-
lectus hominis, & Angeli, & intel-
lectus angelici inter se differunt spe-
cie. Diversitas autem formalis in
obiecto respectu intellectus huma-
ni & angelici oritur ex majore
perfectione essentiali (quæ quidem
refunditur in objectum) qua intel-
lectus angelicus supra intelle-
ctum humanum attingit objectum,
quatenus ipse cognoscit per species
insuas à Deo, & humanus per
species à seipso acquisitas. Simili-
ter

ter diversitas specifica intellectum. Angelorum inter se oritur ex maijore perfectione essentiali attinendi objectum, quia unus Angelus perfectiori modo illud attingit, ac alter, quatenus scilicet Angelus perfectior per species universaliores, imperfectior verò per minus universales intelligit.

§. III.

Selvitur ultimum Argumentum: & examinatur, An potentia sit perfectior actu.

286 **A**RGVITVR quartò. Specificativum debet esse perfectius suo specificato; sed actus non est perfectior potentia, immò potentia est perfectior actu: ergo potentiaz non specificantur per actus. Major constat. Minor autem probatur, *Tum*, quia potentia est permanens, actus verò transiens; sed quod est permanens perfectius est eo, quod est transiens: ergo potentia perfectior est actu. *Tum* etiam, quia causa æquivoca perfectior est suo effectu; sed potentia est causa æquivoca actus: ergo perfectior est actu.

287 Confirmatur. Nam eadem specie numeroque potentia producit plures actus diversæ speciei: ergo non desumit speciem ab actu, alias variato specificè actu, variaretur specificè & potentia; unde eadem specificè potentia non posset producere plures actus diversæ speciei.

288 Ad hanc tamen Confirmationem facile respondeatur dicens, quod plures actus producti ab eadem specie potentia sunt quidem diversæ speciei inter se & materialiter, non tamen formaliter, & per ordinem ad potentiam, cù quod omnes cadunt sub eadem ratione formali specificativa potentiaz. Quemadmodum album & nigrum licet inter se specificè distinguantur, ab eadem tamen potentia visiva attinguntur, quia illa non attingit quatenus specificè differunt, sed prout in eadem ratione lucidi colorati convenient.

289 Ut Argumentum verò diluamus, Examinandum est primò, An potentia sit simpliciter perfectior actu? (& eadem est de habitu difficultas.) Circa quod, loquendo de potentijs, duplex est opposita Sententia Thomistarum: alia affirmativa, alia verò negativa. Loquendo autem de habitibus, Thomista afferentes potentiam esse simpliciter perfectiorē actu, cum distinctione loquuntur. Si enim de habitibus supernaturalibus sit sermo, docēt esse simpliciter perfectiores actibus, quia non acquiruntur medijs actibus, & in ordine supernaturali habent rationen potentiaz, dantur enim ad simpliciter operandum, sumpta operatione quoad substantiam, vel quoad supernaturalitatem quæ est substantia illius actus.

290 Si autem sermo fiat de habitibus naturalibus, qui medijs nostris actibus acquiruntur, negantur.

gant perfectiores esse suis actibus, quia non habent rationem potentiarum. Habitus enim scilicet scientificus v. g. datur ad simpliciter operandum, supra operatione quoad modum, prius scilicet est scientifica; ad ipsum vero quoad substantiam non est simpliciter necessarius, sed tantum datur ad facilius operandum, ut communiter docetur in Logica.

291 Dicendum ergo est actus esse simpliciter perfectiores tam habitibus, quam potentijs. Antequam haec Resolutio probetur, sciendum est, nos in illa non loqui de quo libet actu divisiōne, sed de tota actuū collectione, hoc est, de omnibus actibus simul & collectivē sumptis. In quo sensu de illis assentimus esse simpliciter perfectiores habitibus, & potentijs.

292 Nec obest si dicas, quod si nostra Resolutio sic intelligatur, procedit de impossibili, si quidem à parte rei non potest dari tota collectio actuū, cum actus, quos possunt producere potentia & habitus, sint synchathegorematicè infiniti; si autem darentur à parte rei, daretur infinitum in actu, quod repugnat: ergo nostra Resolutio non potest in sensu explicato intelligi.

293 Non, in quam, obest: Nos enim in praesenti non sumimus totam actuū collectionem exercitē, vel à parte rei, sed signatē, & quasi speculativē. Hoc ergo modo nostra Resolutione intelleximus, & alijs rationib; quibus probari solet, tanquam minus efficacib; pratermissis.

294 Probatur prima: Quod est magis actuale, simpliciter est perfectius, unumquodque enim eatenus est perfectum, quatenus est in actu, sed actus sunt magis actuales, quam habitus, & potentiae: ergo actus sunt simpliciter perfectiores. Major, & Consequentia constant. Minor autem probatur, Intantum enim aliquid est magis actuale, in quantum minus habet de potentialitate; sed actus minus habent de potentialitate, quam habitus & potentiae, potentiae namque & habitus sunt in potentia ad ipsos actus, actus vero tantum sunt in potentia ad aliquid extrinsecum, scilicet ad objectum: actus igitur magis actuales sunt, quam habitus, & potentiae.

295 Dices, ex hac ratione sequi quod actus secundus sit simpliciter perfectior forma substantiali; Consequens autem est falsum: ergo Ratio etiam est nulla. Probatur Sequela. Nam actus secundus non est in potentia intrinseca ad aliquid recipieendum, forma vero substantialis est in potentia intrinseca ad principium proximum operandi, & ad ipsam operationem: ergo ex nostra Ratione sequitur, actuū secundum vel operationem esse perfectiorem forma substantiali.

296 Respondeatur negando Sequelam. Ad cujus probationem distinguendum est Antecedens pro secunda parte, est in potentia intrinseca secundum quid tali ad principium proximum & ad ope-

operationem, cōcedo Antecedens, in potentia intrinseca simpliciter tali, ita taliter quod Anima per se ordinetur ad prædictū principium proximum & operationem, nego Antecedens & Consequentia. Forma enim substantialis non est in potentia simpliciter tali ad principium proximum operandi, & ad ipsam operationem, cū enim sit ordinis, & linea substantialis, nequit ad aliquid, quod sit accidens, ordinati. Vnde non sequitur quād actus secundus sit simpliciter perfectior forma substantialis. Oppositorum autem opposita de causa contingit in potentia proxima, de qua loquimur in præsenti, hęc enim per se ad actum secundum ordinatur, & est in eadem linea cum illo: & idēo talis actus est simpliciter perfectior ipsa potentia.

297 Secundū contra prædictam Rationem obijcies, Ex illa namque sequitur quemlibet actum in particulari esse simpliciter perfectiorem habitu & potentia, & non præcisè totam actuum collectionem; hoc autem est contra id, quod suprà monui mus ergo prædicta Ratio nulla est. Probatur Sequela, Quilibet enim actus in particulari minus habet de potentialitate quam habitus & potentia: ergo ex nostra Ratione sequitur quemlibet actum in particulari esse simpliciter perfectiorem potentia, & habitu.

298 Respondeatur negando Sequelam. Ad cuius probationem distinguendū est Antecedens, qui-

libet actus in particulari minus habet de potentialitate, & alias non est finis totalis potentiarum & habituum, concedo antecedens, est finis totalis, nego Antecedens, & Consequentia. Quamvis enim quilibet actus in particulari minus habeat de potentialitate, & magis de actualitate quam habitus & potentia, non tamen est finis totalis, sed tantū partialis, nam finis totalis est tota collectio actuum. Quarē non sequitur, quād quilibet actus in particulari si simpliciter perfectior habitu & potentia: excessus enim simpliciter in actibus respectu potentiarum & habituum non desumitur præcisè ex majore actualitate utrumque considerata, sed ex ipsa quatenus se habet ut finis adæquatus talium habituum & potentiarum. Quarē, ut melius prædicta ratio capiatur.

299 Secundū sic urgetur. Quia potentia & habitus sunt properter actus tamquam propter finem cuius gratia: nam habitus & potentia non dantur à natura ut sint, sed ut operentur; atque finis simpliciter perfectior est ijs, quæ sunt ad finem: ergo actus simpliciter sunt perfectiores habitibus & potentijs. Quæ ratio intelligenda est sensu à nobis superius explicato, de actibus scilicet collectivè sumptis, non tamen in singulari acceptis.

300 Confirmatur. Nam Div. Thomas 1.2. quest. 71. art. 3. ideo probat actum esse perfectiorem habitu, & potentia, quia habitus, & potentia sunt properter actus tam-

quam propter finem; finis autem potior est ijs, quæ sunt ad finem, Propter quod enim unumque tale, & illud magis; sentit ergo Angelicus Doctor actus esse simpliciter perfectiores potentijs, & habitibus.

301 Respondebis, loco citato tantum intendere D. Thomam actus in genere moris esse simpliciter mejores, aut peores habitibus & potentijs, in ratione cūcūt merendi, aut demerendi; habitibus enim, & potentijs, nec meremur, nec demeremur: non tamen intendere, quod in genere physico excedant in perfectione habitus, & potentias.

302 Sed contra est, Nam ratio, quam ibi adducit Div. Thomas, & quæ probat de utroque genere: ergo nullæ est solutio. Probatur Antecedens, Nam ratio, quam ibi adducit, est quia habitus & potentia in genere moris sunt propter actus; sed hæc ratio & quæ probat de actibus in genere physico acceptis, siquidem hoc etiam modo sumpti, habitus & potentia sunt propter ipsos actus: ergo ratio Div. Thomæ & quæ probat de actibus, tam in genere physico, quam in genere moris acceptis.

303 Ad principale igitur Argumentum respondetur negando Minorem. Ad cujus primam probationem respondet Div. Thomas loco citato ad 1: quod per manentia habitus, & potentia solum arguit maiorem perfectionem secundum quid supra actum, non

tamen simpliciter: actus enim magis habent de actualitate, & sunt tunc potentiarum, & habituum. Vnde concessa Majore, neganda est minor.

304 Ad secundam probationem ejusdem Mij oris, nego Majorem, Quia potentia non est proprie causa princpalis respectu actus, sed tantum principium proximum quo ad illum producendum. Compositum autem operans ut quod est propriæ causa principalis actus. Quare non sequitur, quod potentia sit simpliciter perfectior actu.

305 Admisso tamen, rigorose esse causam principalem; dicendum est, quod potentia in genere causæ efficientis principali excedit in perfectione actum; in genere vero causæ finalis, actus excedit potentiam: Quia tamen causa finalis dicitur causa causalium, perfectior est simpliciter actus, quia constituitur in ratione finis per bonitatem; bonitas autem est idem, ac perfectio; vnde actus simpliciter est perfectior potentia, hæc enim ad illum tamquam ad finem ordinatur.

306 Dices: Impossibile appareat, quod potentia sit causa principialis actus, & quod ipsum respiciat tamquam finem: ergo nulla est assignata solutio. Probatur Antecedens, Nam causa principialis, vel debet esse perfectior suo effectu, vel item & quæ perfecta cum illo; sed hoc ipso negavit respicere suum effectum tamquam finem, alias ipsi subordina-

retur, proindeque esset illo imperfectior: eo igitur ipso, quod potentia sit causa principalis actus, nequit ipsam respicere tamquam finem.

307 Responderetur distinguendo antecedens, quando causa principalis, & effectus sunt in diversa linea, concedo Antecedens, quando in eadem, nego Antecedens & Consequentiam. Ad probationem Antecedentis distinguo Majorem debet esse perfectior in genere causæ efficientis, concedo Majorem, finalis, nego Majorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Quamvis enim causa principalis, quæ est in distincta linea cum suo effectu, non possit ipsum respicere tamquam finem; quo circa forma substantialis, quæ est causa principalis operationis, non potest respicere, ut finem ipsam operationem, quia operatio est in linea accidentis; quando tamen est in eadem linea cum effectu, non inconvenit, quod ipsum ut finem respiciat; potentia autem, & actus sunt in eadem linea; unde inconveniens nullum est, quod potentia ad actuū tamquam ad finem ordinetur.



ARTICVLVS IV.

Verum potentia Anima possint ab ipsa divinis separari?

§. I.

*Quibusdam prænotatis, statuitur
Conclusio.*

308 **Q** Via potentia, prout de illa loquimur in praesenti, idem etiam est ac propria passio, idem etiam est inquirere, An potentia possint separari ab Anima? ac inquirere, An propriæ pulsiones possint ab ipsa separari? In qua Difficultate.

309 Supponendum est primò, potentias Animæ realiter ab ipsa distingui: si namque ab ipsa non distinguuntur, nullus dari potest Difficultati locus, certum quippe est id, quod realiter ab alio non distinguitur, non posse ab illo realiter separari.

310 Secundò supponendum est presentem Difficultatem dupliciter posse intelligi: Primo, An propria passio possit realiter separari à subjecto taliter, quod tam subiectum, quam propria passio separata conserventur? In quo sensu pars affirmativa in aliquibus videtur vera, in alijs vero falsa. Videtur quidem vera in aliquibus: Nam qualitas est passio substantialis corporeæ, & in Eucharistia conservat Deus quantitatem sine substantia corporea pa-

nis: quæ licet in corpus Christi convertatur, potest tamen illam Deus separatam conservare.

311 In alijs verò videtur falsa. Quia intellectus est propria passio Anima rationalis, & lumen gloriæ est propria passio gratiæ; quæ tamen non videntur posse conservari separata, cum enim sint principia proxima vitalia, essentialiter à principio radicali dependent. Quidquid autem sit de hoc, quod inquirimus in præsenti tantum est, An propria passio sic possit ab essentia, vel Anima separari, ut hæc possit conservari sine illa? Circa quod duplex est Sententia, & utraque satis in via D. Thomæ probabilis, alia affirmativa, & alia negativa. Quibus suppositis.

312 Nostra Conclusio est quod propria passio potest realiter separari ab Anima, & hæc conservari sine illa. Probatur primò, Quia divinitas omnipotens non est negandum nisi illud, quod manifestam involvit contra fictionem; sed in hoc, quod propria passio realiter ab Anima separatur, nulla apparet implicatio, ut constabat ex Solutione Argumentorum: ergo de potentia absoluta potentiarum Animæ possunt ab ipsa realiter separari.

313 Secundò probatur Conclusio. Essentia namque vel Anima non dependet essentialiter à propria passione, quod enim essentialiter est prius, à posteriori essentialiter non dependet, Anima autem vel essentia essentialiter est prior propria passione: ergo de potentia

absoluta propria passio potest realiter separari ab Anima, & hæc conservari sine illa.

314 Tertiò probatur. Quia extensio in ordine ad locum est propria passio quantitatis; & tamen de potentia Dei absoluta potest realiter à quantitate separari, & fine illa quantitas conservari, ut constat in Mysterio Eucharistiae, in quo quantitas Christi Domini sine extensione in ordine ad locum conservatur: ergo propria passio potest divinitus ab Anima separari.

S. III.

Solvuntur Argumenta.

315 **A**R G VITVR pri-
mò ex Div. Thoma, quæst. unica de Anima, articul. 12 ad 7, ubi sic ait: *Potentia verò Anima sunt accidentia: sicut proprietas, unde licet sine illa intelligatur quid est Anima, non autem Animam sine eis esse est possibile, neque intelligibile; sed quod intelligi nequit fieri à Deo non potest: ergo sentit Angelicus Doctor potentias Animæ non posse etiam divinitus ab Anima separari.*

316 Respondetur explicando Div. Thomam *sine eis esse* ut ex iste tibus non est possibile, neque intelligibile, nego Majorem, ut ex his & connexis, concedo Majorē, & sub eadē distinzione Minoris, nego Consequentiam.

Quam-

Quamvis Anima non possit intelligi sine suis passionibus, vt ab ipsa exactis, essentialiter enim radicat passiones; nihil autem potest aliud essentialiter radicare, quin illud exigat, & cum illo ut exacto conneccetur; intelligi tamen potest sine illis ut actualiter existentibus. Quemadmodum licet substantia corporea intelligi nequeat sine quantitate extensa in ordine ad locum ut exacta (ex gere enim hujusmodi quantitatem non potest à substantia corporea separari;) potest tamen intelligi sine tali quantitate ut actualiter talem extensio nem habente, ut constat in Mysterio Eucharistiae.

317 **A** RGVITVR secundò. Propria passio est proprium quarto modo; sed hoc nequit, etiam divinitus à subiecto, cuius est proprium separari: ergo propria passio non potest de potentia absoluta separari ab Anima. Probatur Minor. Nam proprium quarto modo semper convenit subiecto, definitur enim per hoc, quod *convenit omni, soli & semper*: ergo nec de potentia absoluta potest à subiecto, cuius est proprium, separari.

318 Respondetur concessa Majore, negando Minorem. Ad probationē distinguo Antecedens, proprium quarto modo convenit semper subiecto connaturaliter, & secundū potentiam ordinariā, concedo Antecedens, secundū potentiam absolutā, nego Antecedens, & consequentiā. Quādo enim dic-

tur, quod propriū quarto modo, vel propria passio cōvenit semper subiecto, intelligi debet secundūm potentiam ordinariā, non tamen secundūm potentiam absolutam: ut constat in exemplo adducto quantitatis extensæ in ordine ad locum, quæ licet sit propriū quarto modo substantiæ corporeæ, & ab illa nequeat naturaliter separari, divinitus tamen potest.

319 **A** RGVITVR tertio. Propositio, in qua propria passio predicitur de subiecto, est omnino necessaria: ergo propria passio nequit etiā divinitus realiter à subiecto separari. Patet Consequentia. Hac enim de causa nō potest Deus predictū esse separare à subiecto, quia propositio, in qua illud predicitur, est omnino necessaria. Anteced. verò probatur primò. Quia Scientia dicta propositionē attingit, siquidem proprium munus Scientiæ est demonstrare propriam passionē de subiecto; sed hec ipso debet esse propositio necessaria: ergo, &c. Probat. Minor. Nam Scientia, cum sit intellectualis virtus nūquā potest falsum attingere: qua de causa diximus in Logica lib. 1. quest. 2. art. 3. à n. 129. scū scientificū, nec secundariò posse elicere actum opinativum, quia falsus esse potest: eo igitur, quod Scientia attingat propositionem, in qua propria passio de subiecto predicitur, debet esse omnino necessaria.

320 Secundò probatur Antecedens. Nam vi diximus in Logica, Libr. 7. Quest. 2. Artic. 3. in-

tellectus ex assensu Premissarum necessitatur quoad specie^m, & exercitum ad assertum Conclusionis, in qua propria passio de subiecto demonstratur; hoc autem assertum esset, si talis proposicio non esset omnino necessaria: ergo omnino necessaria est talis proposicio. Probatur h. i. n. Intellectus enim non necessitatur ad assentendum Propositioni omnino non necessarij, eo namque ipso quod intellectus cognoscat propositionem aliquam non esse omnino necessariam, tunc et annilla si vera ve sit falsi; sed cum hoc timore non compatiatur, quod ad assentendum illi quoad speciem vel exercitum necessitetur: ergo &c.

321 Respondeatur quod Proposition, in qua propria passio de subiecto praedicatur, potest considerari, vel quatenus importat actualem convenientiam, id est, quod ipsa sit actualiter in subiecto: & hoc modo non est omnino necessaria, sed divinitus potest talis convenientia a subiecto auferri, ut in Conclusione docemus. Et potest considerari prout importat convenientiam quasi aititudinem, id est, quod subiectum, vel essentia exigat talem propriam passionem: & hoc modo talis proposicio est omnino necessaria exigentia namque propriæ passionis est ipsa subiecti essentia.

322 Vnde in forma distinguendum est Antecedens proposicio, in qua praedicatur propria passio de subiecto, est omnino neces-

saria, si exigentiam propriæ passionis importet, concedo Antecedens, si importet actualem convenientiam nego Antecedens, & Consequentiam. Ad protationem Antecedenti dicendum est, quod Scientia non demonstrat passione, ut existentem & actualiter convenientem subiecto (Scientia quippe non attingit subiectum sub existentia, sed prout ab illa praescindit) idam autem demonstrativa prout a tali subiecto exigitur: & hoc modo proposicio est omnino necessaria. Nec infertur Scientiam posse falso attingere.

323 Dice: Scientia non demonstrat aptitudinalem convenientiam, sive exigentiam, quam dicit subiectum, vel essentia respectu propriæ passionis, sed tantum convenientiam actualem, ergo si haec actualis convenientia potest a Deo auferri, manifestè convincitur Scientiam posse falso attingere. Probatur Antecedens. Nam exigentia, quam dicit subiectum vel essentia respectu propriæ passionis, est ipsa essentia subiecti, ut dictum est: sed Scientia non demonstrat essentiam, essentiae namque rerum sunt per se lumine naturali notæ, proindeque indemonstrabiles: ergo &c.

324 Respondeatur verum esse quod Scientia non demonstrat exigentiam, quam dicit subiectum vel essentia respectu propriæ passionis, nec ipsam passionem ut etiam liter & in exercitio subiecto convenientem, sed quod ab ipsa demonstratur est Passio prout exigi-

tur à subiecto ; passio autem privata exigitur à subiecto non est essentia subiecti, sed terminus ut exactius. Videantur ea, quæ in Logica diximus lib. 1. quæst. 1. artic. 4. §. 5. à num. 192. & codem lib. quæst. 2. art. 1. §. 4. à num. 48. Ex quibus constat ad secundam probationem Antecedentis.

325 **A**RGVITVR quarto. intellectus est propriæ passio Anima rationalis ; & tamen nequit, etiam divinitus, ab ea realiter separari : ergo non eminens propria passio potest realiter separari à subiecto Major, & Consequentia constant. Minor autem probatur. Nam Anima rationalis est essentialiter intellectiva sed sine intellectu nequit esse intellectiva, alias intelligere posset sine intelle-

cione, quod repugnat, vel esset immidiatè operativa, quod etiam est in plicacrium : ergo non potest dari sine intellectu ac prius de intellectus non potest ab illa realiter separari.

326 Respondeatur concessa Majoore, negando Minorem. Ad probationem distinguo Majeorem. Anima rationali est essentia-
liter intellectiva radicaliter, qua-
tenus essentialiter exigit intellectum concesso Majorem, est essen-
tialiter intellectiva proximè nego
Majorem, & sub eadem distin-
ctione Minoris nego Conse-
quentiam. Quæ Solutio
sufficienter con-
stat ex di-
ctis.





QVÆSTIO III.

DE ANIMA VEGETATIVA.

³²⁷ **H**VCVSQVE de Anima in communi, ejusque proprietatibus egimus. Supereit, vt de ipso in particulari differamus. Quia vero Anima vegetativa communior est, quam sensitiva & rationalis; ideo prius de illa quam de ipsis est agendum. Quare sit.

ARTICULUS I.

Quid sit Anima vegetativa, & quot potentiae illius?

q. I.

Viraque pars Questii resolvitur.

³²⁸ **U**T clarius prima pars Questii resolvatur, prius est secunda resolvenda. Vnde

³²⁹ Dicendum est primò, potentias Animæ vegetativæ esse tres, nimirum nutritivam, augmentativam, & generativam. Conclusio hæc est Philosophi in hoc Libro, ex quo illam probat D. Thom. i.p. quest. 78. artic. 2. dicens: *Sed contra est quod Philosophus dicit in 2. de Anima, quod opera hujus Animæ (vegetativæ) sunt generare, & alimento uti, & iterum augmentum facere. Quod alibi etiam sèpè docet.*

³³⁰ Et probatur ratione ex ipso Angelico Preceptorē defumpta. Quia corpori Anima vegetativa viventi necessaria sunt, & sufficiunt predictæ tres potentiae: ergo illi non sunt plures, neque pauciores assignandæ. Probatur Antecedens, Nam corpus vivens vita vegetativa debet conservare suum esse, & ad hoc indiget potentia nutritiva, qua vivens substantiam reparat, quam deperdit. Habere etiam debet debitam quantitatem, vt suum esse conservet: & ad hoc requiritur potentia augmentativa. Denique non solum scipsum debet conservare, sed speciei etiam conservationem intendere: & ad hoc datur potentia generativa; Sed omnes haec potentiae sunt necessariæ corpori An-

ma vegetativa viventi , nec alia requiruntur : ergo corpori viventi Anima vegetativa necessarie sunt & sufficiunt prædictæ tres potentia.

331. dicendum est secundum dō , Animam vegetativā rectē hoc modo definiri : *Est principium generandi aliud vivens simile secundum species.* Hanc Conclusionem docet Arist. in hoc Libro textu 49. per huc verba : *Quia à fine appellare omnia par est , finis autem est genere raro , quale ipsum est ; erit prima Anima (vegetativa) generativum talis , quale ipsum est .*

332. Quam Definitionem sic explicat ibidem D. Thomas: *Ad cuius Diffinitimis intellectum secundum est , quod inter tres operaciones Anima vegetabilis est quidam ordo. Nam prima ejus operatio est nutritio , per quam salvatur aliquid ut est . Secunda autem operatio & perfectior est augmentum , quo aliquid proficit ad maiorem perfectionem , & secundum quantitatem , & secundum virtutem. Tertia autem perfectissima , & finalis est generatio , per quam aliquid iam quasi in seipso perfectum existens , alteri esse , & perfectionem tradit . Tunc enim unumquodque maximè perfectum est (ut quarto Meritorum dicuntur ,) cum protest facere alterum tale , quale ipsum est . Quia iuris justum est , quid Anima diffiniatur & denominetur à fine , fr̄is autem operum vita vegetabilis est generare alterum tale , quale ipsum est ; sequitur ,*

quid ipsa sit convenientis diffinitio p̄ in Anima , scilicet vegetabilis , ut sit generativa alterius similis se , cundum speciem.

§. III.

Solvuntur Argumenta.

333. **A**RGVITVR primū contra secundam Conclusionem , contra primā enim nullum est Argumentum. Generare alterum non solum convenit viventi vita vegetativa , sed etiam non viventi : ergo potentia generativa non est propria potentia Animæ vegetativæ ; ac proinde falsa est secunda Conclusio. probatur Antecedens , Nam ignis non est vivens ; & tamen generat alium ignem : ergo generare alterum etiam convenit non viventi.

334. Confirmatur. Quia plura viventia , in quibus est vita vegetativa , non sunt per generationem , sed ex putrefactione : ergo potentia generativa non convenit omni habenti vitam vegetativam ; ac proinde talis potētia nō est propria viventium vita vegetativa.

335. Respondeatur ad Argumentum ex D. Thoma loco citato distinguendo Antecedens , generare alterū communī & impropria generationē , quæ ab extrinseco provenit , convenit etiam nō viventi , concedo Antecedens , propria generatione proveniente ab intrinseco , nego Antecedens . Ad cujus probationem cōcessa Majore ,

distinguenda est Minor & Consequentia distinctione assignata, ne gandaque Consequentia. Ut enim docet Angelicus Doctor generatio, quæ in non viventibus reperiatur, est communis & impropria proveniens ab extrinseco. Generatio autem viventis convenienter ipsi alteri modo per aliquid intrinsecum, lenocet per semen, quod est virtus ad producendum; & ad hoc ponitur potentia generativa in vivente, quæ non viventi non convenit.

336 Ad Confirmationem dicendum est, quod aliqua viventia imperfecta sunt quæ locètiant ex putrefactione terræ potius tamen possunt sibi simile generare. An vero suat ita imperfecta, quæ sunt ex putrefactione terræ, ut numquam habeant vim ad generandum, ut plures probabilitate docent de muribus, conchilij, & alijs. Ex hoc tamen non inferatur, quod potentia generativa non sit propria viventium nam ut talis tantum assignatur viventibus perfectis. Quemadmodum sensus interni & externi sunt propriæ potentiarum animalium quamvis non omnes omnibus convenient animalibus, sed tantum animali perfecto sunt propriæ.

337 Major autem est difficultas in alijs viventibus perfectis, ut in pueris, frigidis, eunuchis, mulieribus, sterilibus, quæ masculæ vocantur, & mulieribus.

338 Ad quod dupliciter respondeatur. Primo quod in his omnibus potentia generativa non

datur. Et ratio est. Quia cum potentia generativa sit inter omnes potentias Animæ vegetativæ perfectissima, non tribatur à natura nisi illis duxerat v. ventib., quæ perfectionem habeant in naturalibus membris quæque habeant qualitates sufficie ter ad generandum temperatas; hujusmodi autem qualitates animali non nisi in statu perfecto existenti tribuantur. Cum autem eunuchis perfecto naturalium membrorum deficiat, frigidis autem, sterilibus, & mulieribus sitæ ad generandum non convenient qualitates, & in pueris non datur perfectus status ad generationem requisitus; consequens est quod in his omnibus potentia generativa non inveniatur.

339 Secundo respondeatur, illis potentiam generativam concedendo: actum tamen secundum generandi denegando ob easdem causas, quæ in prima Solutione designantur.

340 Dices: Frustra est potentia, quæ nunquam reducitur ad actum; sed predictæ potentiaz numquam ad actum reducuntur: ergo vel tales potentiaz non dantur, vel superfluent.

341 Respondeatur primò distinguendo Majorem, frustræ est potentia, quæ nunquam reducitur ad actum, si alia ei similis numquam ad actum reducatur, concedo Majorem, aliter, nego Majorem, & sub eadem distinctione Minor & nego Consequentiam. Sicut enim in Logica dicitimus Libri I.

Quest.

Quæst. I Art. I §. IV. omnes homines naturaliter appetunt Logicam & iis illi non est frustraneus appetitus, quamvis non omnes illa consequantur, eò quod alijs illis similes eam acquirent, ita similiiter modo dicimus quod licet predictæ potentiae generatiæ in illis subjectis numquam ad actum reducantur, non sunt frustra quia in similibus alijs reducuntur.

342 Secundò respondetur distinguendo aliter Majorem: frustra est potentia, quæ nunquam reducitur ad actum, si ita sit potentia ad conservandam speciem ordinatur, nego Majorem si ita non ordinetur, concedo Majeorem, & Minorem, & nego Consequentiæ. Cum enim potentia generativa sit ad conservandam speciem, non requiritur, quod omnes potentiae generatiæ ad actum reducantur: quod ipse ordo Universi potuerat. Si namque omnia in dividua generarent, sic homines multiplicarentur, ut uix, aut ne vix quidem posset eorum numerus sustentari, nisi præsens Dei providentia mutaretur. Vnde predictæ potentiae non sunt frustraneæ quia ex alii parte pertinent ad integratem & pulchritudinem Universi. Quamvis autem utraque Solutio sit probabilis, primi videatur probabilior, in qua predictæ subjectis potentia generativa denegatur.

343 **A.** RGVITVR secundo. Potentiae Animæ vegetativæ sunt tantum duæ, scilicet

generativa & nutritiva, ergo non sunt triæ. Probatur Antecedens ex Philosopho in hoc Libro *textu* 34. ubi tantum enumeravit duas operationes Animæ vegetativæ, nempe generare & alimento uti: ergo sentit duas tantum esse potentias Animæ vegetativæ. Patet Consequentia, a iis enim operationem etiam potentiae augmentativæ numerasset.

344 Respondetur primò negando Antecedens. Ad cujus probationem dicendum est, quod licet Philosophus in illo *textu* non assignaverit potentiam augmentativam, illam tamen *textu* 36. & sequentibus assignavit. ¶ Secundò respondetur negando Antecedens. Ad cujus probationem dicendum est, quod Philosophus sub operatione potentiae nutritivæ operationem etiam potentiae augmentativæ comprehendit: vtraque enim utilitur alimento, quamvis diverso modo, potentia quidem nutritiva ad acquirendam substantiam partiale, potentia vero augmentativa ad majorē quantitatē producendam.

§. III.

Nonnullæ alia Difficultores resolvuntur.

345 **P**RO complemento hujus Articlei *Inquires* primò An predictæ potentiae inter se realter distinguantur? Respondeatur affirmativè. Et probatur primo ex D. Thoma i. p. quæst. 78.

art. 2. in fine corporis sic di-
cente : Generativa autem deser-
viunt, & augmentativa, & nu-
tritiva; augmentativa ve o nutritiva;
sed nil potest sibi ipsi deser-
vire: ergo prædictæ potentia rea-
liter distinguuntur.

346 Secundò probatur,
Potentia distinguntur realiter per
actus formaliter diversos, ut supra
vidimus; sed actualis generatio,
nutrio, & augmentatio, quæ
sunt actus prædictarum potentiarum,
realiter distinguuntur: ergo
& ipsæ potentia. Minor proba-
tur, Quia prædicti actus habent
objecta formaliter diversa, quam-
vis enim objectum ipsorum sit ma-
terialiter idem, scilicet alimen-
tum, formaliter tamen est diver-
sum, vt Articulo sequenti videbi-
mus: ergo actus potentia genera-
tiæ, augmentatiæ, & nutritiæ
formaliter distinguuntur.

347 D'ces, tales actus
inadæquatè tantum formaliter esse
diversos, proindeque distinctio-
nem realem in potentia non cau-
sare: distinctio namque realis po-
tentiarum solum provenit à di-
stinctione formaliter adæquata actuum.
Et ratio Solutionis est, quia prædi-
cti actus sunt inter se subordinati,
siquidem actus nutritionis, & aug-
mentationis ad generationem or-
dinatur; quando autem actus sunt
inter se subordinati, non adæquatè,
sed inadæquatè ad summum distin-
guntur.

348 Contra tamen est
primò. Ex hac enim Solutione se-

quitur, quod actu sensuum exter-
norum non distinguntur forma-
liter adæquatè ab actibus sensuum
internorum, vnde prædicti sensus
essent una eidemque potentia;
Consequens autem est falsum: ergo
nulla est as ignati Solutio. Proba-
tur Sequela, Nam actus sensuum
externorum subordinatur sensibus
internis: ergo sicut hac de causa
docet prædicta Solutio, quod actus
potentia generatiæ, augmentatiæ
& nutritiæ inadæquatè for-
maliter distinguuntur; actus etiam
sensuum externorum, & internorum
formaliter tantum inadæquatè
distinguuntur.

349 Secundò. Nam actus,
qui per se adunantur ad diversos
formaliter fines remotos, debent
formaliter adæquatè distingui, ita
taliter, quod ad diversas formaliter
potentias attineant; sed actus
generandi, nutriendi; & augmen-
tandi per se ad diversos formaliter
fines remotos ordinantur: primus
enim ordinatur ad conversationem
speciei, secundus autem ad conser-
vationem individui, tertius vero
ad ipsum individuum majus fa-
ciendum; ergo prædicti actus adæ-
quatè formaliter distinguuntur.

350 Nec ratio, quæ in
Solutione adducitur, quidquam
probat. Respondetur enim, actum
subordinari, dupliceiter posse con-
tingere. Primò taliter, quod uter-
que cedat sub eadem denomina-
tione formalis, sicut contingit in
actibus Præmissarum, & Conclu-
sionis pertinentibus ad eandem

Scien-

Scientiam, qui inter se subordinantur, & cadunt sub eadem ratione formalis specificativa Scientiæ. Hæc autem subordinatio tollit adæquatam distinctionem formalem ab ipsis: & ideo pertinent ad eandem potentiam vel habitum.

351 Secundo taliter quod habeant distinctas rationes formales, unus tamen subordinetur alteri; sicut actus potentiarum inferiores subordinatur actu potentiæ superiori: qua ratione actu voluntatis actu intellectus subordinatur. Quando autem hæc subordinatio in actibus invenitur, eorum formalis distinctio adæquata non tollitur: cumque actus potentiarum augmentativæ, & nutritivæ actu potentiæ generativæ ut actu potentiæ superioris subordinetur, & alias habeant distinctas formaliter rationes; consequens est, quod adæquatè formaliter distinguatur.

352 Sed replicabis primò ex Philosopho in hoc Libro *textu 42.* sic dicente: *Quoniam est eadem potentia Anima vegetativa & generativa; de alimento necessarium est determinare primum.* Sed nomine potentiarum vegetativarum comprehendit potentiam nutritivam, & augmentativam: ergo juxta Philosophum hæc potentiarum realiter non distinguuntur.

353 Secundò, Nam ex eo potentia nutritiva & augmentativa realiter distinguuntur, quia illa ad partialem substantiam, hæc verò ad quantitatem partialem ordinatur; sed hæc ratio non probat

realiter adequate distingi: ergo &c. Probatur Minor. Quia eadem, realiter potentia generativa, quæ producit effectum substantiale, producit etiam quantitatem totalem ipsius: ergo pariter eadem realiter potentia nutritiva, quæ producit substantiam partialem, poterit producere quantitatem partialem.

354 Respondetur ad pri-
mam Replicam, Philosophum in
prædicto loco, ut ibidem explicat
D. Thomas leq. 9. solum inten-
dere, quod potentia generativa, &
nutritiva sunt eadem potentia uni-
tate & identitate generica, non
verò unitate & identitate specifica.

355 Ad secundam respon-
detur negando Minorem. Ad cu-
jus probationem concessio Antece-
denti, neganda est Consequencia.
Et ratio discriminis est. Quia quan-
titas est propria passio substantiae
corporeæ. Cum autem agens pro-
ducens primario essentiam, secun-
dario producat passiones; conse-
quentes est, quod eidem realiter po-
tentia, quæ formam substantialem
producit, producat etiam illius
quantitatem totam. At vero in
viventi jam genito quantitas, que
illi advenit, ratione cuius augetur,
non est propria illius passio, sed
accidens commune. Vnde dispa-
ret utriusque ratio.

356 Pro cuius majore in-
telligentia notandum est, quod
quantitas potest considerari, vel
absolutè & prout sic est passio sub-
stantiae corporeæ. Vei secundum in
quod

quod est major, aut minor: & sibi
hac ratione sit accidentis commune;
quod enim subjectum sit magnum,
aut parvum, contingenter tantum
de illo praedicatur. Potentia autem
augmentativa non ordinatur ad
quantitatem absolute considerata,
sed ad ipsam ut majorem: poten-
tia vero nutritiva nullo modo ad
quantitatem sed tantum ad partia-
lem substantiam ordinatur: & ideo
tales potentiae realiter distingui-
tur.

367 Dices: sicut totalis
quantitas est passio effectus sub-
stantialis per generationem produ-
cti, ita partialis quantitas est passio
substantiae partialis productae per
nutritionem: ergo sicut haec ratio-
ne eadem realiter potest genera-
tiva producens effectum substantia-
lem, producit ejus quantitatem to-
talem; eadem etiam potentia nutriti-
va producens substantiam partialis,
producet paralem quantita-
tem: proindeque potentia nutriti-
va, & augmentativa non erunt po-
tentiae realiter distinctae.

368 Respondeatur distinguendo. Antecedens quo ad secundam partem, quantitas est passio
substantiae partialis respectu viven-
tis, quod augetur, nego. Ante-
cedens respectu ipsius substantiae par-
tialis, concedo. Antecedens, & ne-
go Consequentiam. Non enim ne-
gamus, quod quantitas partialis sit
passio substantiae partialis produc-
ta per nutritionem; sed quod asser-
timus sit esse accidentis communis
respectu viventis, quod augetur,

ut supra respondimus, & probavimus.

356 Inquires secundo,
Quænam ex his potentijs sit perfe-
ctor? Respondeatur ex D. Thoma
loco upra num. 345. citato, quod
potentia generativa est simpliciter
perfectior augmentativa, & nutri-
tiva. Et probatur ratione ex ipso
de sumpta. Nam illa potentia est
simpliciter perfectior, quæ opera-
tur in aliud, quam illa, quæ in sub-
jecto tantum, in quo reperitur,
operatur: qua de causa perfectio-
res sunt sensus, quam potentiae
Animæ vegetativæ, quia possunt
operari in alterum, scilicet in ob-
jectum; sed potentia generativa ope-
ratur in alterum, siquidem produ-
cit effectum extra se; potentia vero
nutritiva, & augmentativa in sub-
jecto tantum, in quo reperiuntur,
operantur: ergo potentia genera-
tiva simpliciter perfectior est aug-
mentativa, & nutritiva.

369 Contra hanc tamen
Rationem obijcies. Potentia gene-
rativa non potest habere effectum
extra vivens, in quo est: ergo Ra-
tio nostra nullo innititur funda-
mento. Probatur Antecedens. Quia
ut docet D. Thomas loco ubi pro-
xime allegato, potentia generativa
(sicut & augmentativa & nutriti-
va) habet pro objecto corpus vi-
vens, in quo est: sed haec doctrina
non aliter potest intelligi, nisi per
hoc, quod potentia generativa ha-
beat suum effectum intra vivens,
in quo est: ergo nequit habere ef-
fectum extra ipsum.

Ref-

361 Respondeatur (dījs Solutionibus prætermisssis) quod potentia generativa producit effectum ad intra, qui est sanguis decoctus in corde: habet enim hæc potentia duplēm actum, distinctionem scilicet sanguinis in corde, & alterum generare. Oꝝ quam doctrinam plures Theologi docent potentiam generativam in Christo. Domino frustaneam non fuisse, quia licet illi defuerit secundus actus, primū tamen non defecit. Vnde si cut potentia generativa habet actū intra vivens, & actū extra illud; ita similiter habet duplēm effectum, alterum intra vivens, & alterum extra ipsum. Ex quibus in forma respondeatur negando Antecep̄ens. Ad eius probationem concessa Majore, distinguo Minorem, habet omnem effectum intra vivens, nego minorem, aliquem, cōcedo Minorem, & nego Consequentiam.

362 Dices: Potentia nutritiva & augmentativa nequeunt producere aliquem effectum extra vivens, quia juxta D. Thomam loco citato, huiusmodi potentiae habent pro objecto corpus vivens: ergo Sol nō trasira menti Angelici Doctoris adversatur.

363 Respondeatur concessa Majore, distinguendo Minorem, potentia generativa habet pro objecto corpus vivens, in quo est, in ordine ad omnem effectum, nego Minorem, in ordine alii aliquem, concedo Minorem, & nego Consequentiam. Divus enim Thomas

tantum intendit, quod potentia generativa habeat effectum ad intra, in quo conuenit cum augmentativa, & nutritiva: Sed quia has superat in perfectione, ideo ut ab eis distinguitur habet etiam effectum extraneum: quod docet ibidem D. Thomas.

364 Inquires tertio: An sit magis connaturale generare alterum, quam nutriti & augmentari? Respondeatur affirmat vè cum Philosopho hic, textu 35. dicente: *Natura aliissimum enim operum viventibus quaecumque perfecta & non orbata, aut generationem spontaneam habent, facere alterum qualem ipsum, animal quidem animal. planta autem plantam Id ipsum docet ibidem D. Thomas lect. 7.*

365 Et probatur primo ratione. Magis enim connaturale est id, quod pertinet ad bonum commune, quam id, quod pertinent ad bonum particulare, sed actus generandi perinet ad bonum commune, ad propagationem scilicet speciei, actus vero nutriti, & augmentandi ad conservationem individui, quod angeretur & nutritur: ergo connaturalior est actus potentie generativæ, quam augmentativæ, & nutritivæ.

366 Secundo probatur experientia. Nam experimur homines sic ad sibi simile producentum inclinari, ut hujusmodi inclinationem non superent, nisi peciali auxilio divinae gratiae adjuventur; sed hæc ita vehementer inclinatione non da-

datur ad actum nutriendi, & augmentandi: ergo signum est generare connaturalius esse opus, quam nutriti, & aumentari.

367 Contra hanc Resolutionem Argues primo. Actus, ex quo infertur nocumentum subiecto, non est illi naturalis, sed potius violentus; sed actus generandi inferunt subiecto nocumentum, secus vero actus nutriti & augmentandi: ergo generatio non est magis, sed potius minus naturalis. Minor constat, quia per actus generandi maximè homines debilitantur & languescunt, ut experientia liquet: ergo actus generandi inferunt subiecto nocumentum.

368 Respondetur distinguendo Majorem, non est illi naturalis, si in bonum commune non cedat, concedo Majorem, si cedat in bonum commune; nego Majeorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Licet enim actus generandi inferat nocumentum subiecto, cedit tamen in bonum commune, ut species nimirum conservetur, & ideo quāvis nocivus sit, est tamen maximè naturalis. Quemadmodum filios lactare nocumentum matribus infert, debilitatis enim & flaccescunt, cum tamen filios nutritre opus sit valde omnibus feminis naturale.

369 Arguitur secundò. Vnumquodque magis appetit proprium esse conservare, quām alienum: ergo vivens magis appetit

actum nutritionis & augmentationis, quo conservat esse proprium quām actum generationis, quo, conservat esse specificum; & consequenter connaturalior erit actus nutritioni & augmentationi quam actus generationis. Antecedens probatur ex Philosopho 8. Ethicoru cap. 1. sic dicēte: *Videtur autem id quisque amare, quod bonum est sibi, & ess simpliciter quidem amabile ipsum bonum: unicuique autem id, quod est unicuique bonum.* Confirmatur ex eodem Philosopho docente, Appetibilia ad alterum nasci ex appetibiliis ad se: ergo sentit, magis vnumquodque inclinari ad conservandum esse proprium, quam alienum.

370 Respondetur admisso Antecedenti, negando suppositum Consequentis, nam esse specificum non est alenum ab esse individuali, eo quod individuum sub specie continetur, eamque univocè participat. Cum autem ex alia parte conservatio speciei sit bonum commune, conservatio vero individui sit bonum particulare; inde fit, quod vivens magis appetit generationem, quām nutritionem & augmentationem. Quam doctrinam verba Philosophi non infringunt.

371 Pro majore tamen illius intelligentia sciendum est, quod individuum corruptibile habet naturalem inclinationem ad seipsum conservandum pro omni tempore quo potuerit; cum autem nequeat omnia se tempore conser-

QVEST. III.

vare, generando aliis sibi similiem, aliquiter se conservat. Vnde de vivens appetens conservationem speciei, ex cōsequenti appetit conservationem sui ipsius; quapropter major est inclinatio in vivente ad conservationem speciei, quam ad sui ipsius conservationem.

372 Arguitur tertio. Ad id vivens magis inclinatur quod magis perfectum est; sed respectu hominis magis perfectum est intelligere, quam generare: ergo homo magis ad intelligentiam, quam ad generandum inclinatur; proindeq; generatio non est actus naturalior respectu viventis.

373 Respondet primò, ex hoc Argumento nī cōtra nostram Conclusionē inferri. In Illa namq; non loquimur de generatione cōparati ē ad omnia actum, sed tantum comparativè ad nutritionē & augmentationem, quibus connaturalior est generatio, quamvis alij dentur actus magis naturales.

374 Secundo respondetur distinguendo Majorem, ad id vivens magis inclinatur, quod magis perfectum est, si cetera sint paria, concedo Majorem, si cetera paria non sint nego Majorem, & concessa Minore nego Consequentiam. Quamvis enim vivens magis inclinetur in id, quod magis perfectū est, quando cetera paria sunt, secus verò quando cetera non sunt paria, ut in casu Argumenti contingit. Homo nāque per intellectiōnē non conservat speciem, sed per generationē. Vnde licet intellectio absolute magis per-

ART. I. §. III.

sc̄ta sit quād generatio; magis ramen homo ad generationē, quam ad intellectiōnē inclinatur.

ARTICVLVS II.

Quodnam sit objectum potentiarum Animæ vegetativæ.

*Aqui Segundo es todo el Censo
§. I.*

*Titulus explicatur, & Conclusio
stabilitur.*

375 **Q**uamvis objectum in coro rigore sumptum sit illud quod obiectur potentia cognoscitivæ, vel appetitivæ, quæ dirigitur per cognitionem, in præsenti tamen sub hoc rigore non sumitur: in hac quippe stricta acceptione potentia Animæ vegetativæ, cum non sine cognoscitivæ, vel appetitivæ, non possunt habere objectum. Sumitur ergo objectum in præsenti propter idem ac materia, circa quam potentia versatur. Et in hoc sensu procedit Difficultas, Quodnam nimurum sit objectum hoc est. Quanam sit materia, circa quam potentia generativa, nutritiva, & augmentativa versantur?

376 Nostra Conclusio est objectum harum potentiarum esse alimentum. Concilio est Philosophi in hoc lib. xxiiii 42. & Di Thomae ibidē lectione 9. Et probatur, Quia potentia nutritiva versatur circa alimen. si tamquam circa propriam materiam proprium enim illius officium est, transmutare alimentum,

G illud

illud in substantiam viventis convertendo. Similiter potentia augmentativa circa alimento ut circa propriam materiam versatur: ejus quippe munus est, ut media ejus actione vivens de minore ad maiorem transeat quantitatem: quod quidem medio alimento fieri nulli non constat.

377 Hoc etiam in potentia generativa contingit. Nam semen, quod concurrit ad generationem est de superfluo alimenti, ut docet Philosophus loco citato, *textu* 47. id est, de illo quod non convertitur in carnem, seu propriam substancialm viventis. Qua de causa homines pingues & magnae quam tatis minus habent de semine, quia siccii & imbecilles, eo quod totum alimento convertunt in propriam substancialm, & nihil aut parum illius relinquitur, ut sit semen: ergo objectum potentiae generativae, augmentativae & nutritivae est alimento.

378 Nec obest si dicas, non cohædere haec cum ijs, quæ supra diximus, nimirum has potentias esse realiter distinctas: quomodo enim realiter distinguiri possunt, si idem objectum habent?

379 Non inquam, id obest. Alimento enim, quod pro objecto harum potentiarum assignamus, potest considerari tripliciter. Primo secundum suam substancialm, & prout sic est proprium objectum, vel propria materia potentiae nutritivae. Cum enim haec potentia intendat substancialm deperditam reparare, substancialia autem non nisi per sub-

stantiam reparetur; consequens est, quod alimentum secundum suam substancialm est materia circa quam potentiae nutritivæ.

380 Secundo potest considerari alimentum secundum ejus quantitatem: & sub hac ratione est proprium objectum & materia potentiae augmentativæ: hæc enim ad hoc tendit, ut vivens ad perfectiorem statum, & ad maiorem transeat quantitatem. Ex qua sequitur, quod actio nutritiva præcedens augmentativam plus acquisire debet de substanciali, quam deperditum fuerat, ut sic per augmentationem possit subjectum crescere. Si enim id tantum quod deperditum erat, acquireret, subjectum non cresceret.

381 Tertio considerari potest alimento quatenus habet aliquid superfluum: & prout sic est materia, sive objectum potentiae generativæ. Est tamen advertendum, quod licet superfluum dicatur, non tamen est excrementum, sed potius quid purum, cum deserviat ad generationem: ideo autem superfluum appellatur, quia illud natura generationi relinquit, & in propriam substancialm non convertit: Ex quibus constat, quod licet objectum harum potentiarum, scilicet alimento, sit materialiter idem, formaliter tamen est diversum, & sub diversis rationibus formalibus ab ipsis inspectum: quod sufficit, ut realiter distinguantur.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

382 A RGVITVR primò. Objectum harum potentiarum est subjectum vivens: ergo non est alimentum. Probatur Antecedens primò. Nam finis, & objectum idem sunt; sed finis harum potentiarum est vivens, vel subjectum, vel alterum, quod ad extra producitur: ergo ipsarum objectum est vivens. Minor probatur, Nam potentia nutritiva datur, ut vivens nutritur; augmentativa, ut augeatur; generativa, ut alterum simile producatur: ergo finis harum potentiarum est vivens.

383 Secundò probatur Antecedens ex D. Thoma, i. p. q. 78. art. 2. in corpore, per hæc verba: *Vegetativum enim sumit vegetativum pro potentijs Animæ vegetativæ, ut ex contextu constat*) ut dictum est, *habet pro objecto ipsum corpus vivens per Animam*: ergo juxta mentem Angelici Preceptoris objectum potentiarum Animæ vegetativæ est subjectum vivens, non autem alimentum.

384 Respondetur negando Antecedens. Ad cuius primam probationem distinguo Major. finis remotus & objectum idem sunt nego. Maj. finis proximus, concedo Maj. & distinguo Min. finis remotus harum potentiarum est vivens, concedo Minorem proximus, nego Minorem, & Consequentiam. Ad

probationē Minoris distinguendum est Antecedens & Consequens distinctione data, negandaque Consequentia. Finis enim remotus & objectum non sunt idem: contingit enim aliquid esse suum remotum alicujus, & nō esse objectum illius, vt constat, *Tum* in arte domicitoria, quæ respicit pro fine remoto protectionē ab injurijs temporum, ad hoc enim domus construuntur, vt homines ab injurijs temporum defendantur; cum tamen objectum artis domicitoriorū protectio ab injurijs temporis non sit, sed domus ædificanda. *Tum* etiam in operationibus intellectus, quæ sunt finis remotus Logicæ; & tamen ipsæ non sunt Logicæ objectum (alias esset aliquid reale) sed secunda intentionis, quæ ab illa vt proximus finis inspicitur. Vivens autem tantum est finis remotus, & alimentum proximus, circa quæ prædictæ potentia versantur. Vnde objectum illarum est alimentum, & non vivens.

385 Ad secundam probationem Antecedentis respondetur primò quod ibi sicut Angelicus Doctor has potentias in concreto, & vt important subjectum in quo sunt. Nam hoc nomen *Vegetativum* quo utitur Div. Thomas, est terminus connotativus importans formam vt adjacentem sujeclto, ipsique inherentem. Vnde quando ait, *vegetativum habere pro objecto vivens*, nihil aliud intendit, quam quod sit subjectum prædicaturum potentiarum. Si enim a ciperet

objectum quatenus est materia circa quam versatur potentia, sequetur, nullam ex assignatis potentias posse producere effectum ad extra (nulla quippe potentia extra suum objectum ferri potest) hoc autem esse falsum docet ipse Angelicus Doctor loco citato. ¶ Secundò potest responderi D. Thomam tantum intendere prædictas potentias esse intra vivens, in quo sunt: quod qualiter intelligi debeat, d. Etum est initio Articuli prece tentis.

386 **A**RGVITVR secundò. Datur aliquid, quod non sit alimentum, sit tamen objectum potentiae nutritivæ: ergo alimentum non est objectum hujus potentiae. Anteced. probatur primò, Nam plures asserunt esse quoddam vivens, quod dicitur *Salamandra*, quod igne tantum vesicitur & nutritur; & tamen ignis non est alimentum: ergo datur aliquid, quod non sit alimentum, sit tamen objectum potentiae nutritivæ.

387 Secundò probatur Antecedens, Id enim ipsum dicitur de Pyrausta quod scilicet in igne nascitur, & si ab illo separetur, statim moritur: ergo, &c.

388 Tertiò, Nam de Chamæleonte refert Tertulianus, *Libro de Pallio*, quod aëre tantum pascitur: *Oscitans (inquit) vesicitur, follicans luminar, de vento cibis*: ergo, &c.

389 Quartò, Quia Plinius, libr. 7. de Historia Animalium refert, in quadam orbis parte esse homines ore carentes, qui

solis odoribus nutriuntur: ergo, &c.

390 Respondetur in primis hoc Argumentum nil probare. Eo namque ipso, quod prædictæ historiæ admittantur (quas tamen plures ut fictas negant) ignis, aëris, & odores habent rationem alimenti, quo prædicta animalia nutriantur; proindeque non infertur aliquid ab alimento distinctum esse objectum potentiae nutritivæ.

391 Secundò respondetur negando Antecedens. Ad cuius primam probationem dicendum est, vivens non posse semper solo elemento nutriti. Aqua enim, ut docet Galenus *litr. 4. de Usibus partium*, inepta est, ut sola ipsa vivens nutritur, quia ratione nimis frigiditatis, calorem naturalem extinguueret. Aëris vero eamdem ineptitudinem habet, siquidem ob ejus nimiam levitatem, & sublimitatem facile ab stomacho resiliat, vacuumque relinqueret. Terra similiter est inepta propter ejus nimiam grossitatem, quam calor naturalis in viventis substanciali convertere non valeret. Ignis denique ineptior omnibus appetit elementis, ejus enim ardentissima activitas totaliter vivens consumeret, & in propriam substanciali converteret.

392 Ad illud, quod dicitur de *Salamandra*, respondetur ex Div. Thoma in 4. Sent. dist. 44. quæst. 3. artic. 2. quætiuncula 3. ad 3. vbi hæc habet: *Ad tertium*

dicendum, quod secundum Philosophum in lib. de proprietatibus elementorum, nullum animal in igne vivere potest. Galenus enim in libro de Simplici Medicina dicit, quod nullum corpus est, quod tandem ab igne non consumatur, quamvis quedam corpora sint, que ad horam in igne sive lestage permaneant, ut patet de ebeno. Unde quod inducitur de Salamandra non est innato simile, quia non posset perseverare finaliter in igne sine corruptione.

395 Ad ceteras Antecedentis probationes dicendum est fabulosas esse & commentitias illas historias, incredibile quippe est posse animal solo aere, vel ore nutriti, ut ex proximè dictis apparet. Si autem admittatur veras esse, dici potest, quod illa animaria habent calorem naturalem sic remissum, ut aer, aut odor sufficiat ad illa nutrienda.

364 **A** RGVITVR tertio. Sanguis animalis est ejus alimentum, ut docet Philosophus, lib. de Somno, & vigilia, cap. 3, & ramen non est objectum potentie nutritivæ animalis: ergo objectum potentie nutritivæ non est alimentum. Probatur Minor, Nam objectum potentie nutritivæ est illud, quod anima viventis non informatur, sed media ipsius viventis actione in ejus substantiam convertitur; sed sanguis informatur Animam quidem enim vita vegetativa, ut supra diximus. quæst. 2. artic. 2. Conclusionem 4. ergo san-

guis animalis non est objectum potentie nutritivæ.

396 Respondeatur distinguendo Majorem, sanguis imperfectus animalis est ejus alimentum, concedo Majorem, perfectus nego Majorem, & distinguo Minorem, sanguis perfectus non est objectum potentie nutritivæ, concedo Minorem, imperfectus, nego Minorem. Ad cujus probationem distinctis Majore, & Minore distinctione data, neganda est Consequentia.

396 Ut enim loco proxime citato docuimus, duplex est sanguis, imperfectus scilicet, & perfectus. Imperfectus est, qui imperfectè participat sanguinis rationem, quique nota est perfectè conversus in substantiam viventis, nec illius Anima informatur: & hunc sanguinem dicimus esse sanguinem viventis alimentum, & objectum potentie nutritivæ, quæ in ipso reperitur; & quia nutritioni deservit, nutrimentalis à Philosopho nuncupatur. Sanguis vero perfectus est, qui anima viventis informatur, & pertinet ad integratem naturam animalis: qua de causa assertit D. Thomas 2. part. quæst. 33. art. 2. quod Sanguis Christi Domini in ejus Passione effusus, resumptus fuit in ejus Resurrectione, ad integratem enim naturam humanam ipsius Christi Domini pertinebat. Hic autem sanguis perfectus cum jam sit Anima viventis informatus, non est ejus alimentum, nec objectum potentie nutritivæ.

397 Hæc Solutio non solum sanguis , sed etiam nervi , & ossa erunt illius alimentum, cùm sine ipsis nequeat conservari , & sustentari ; esse autem nervos , & ossa viventis alimentum , & obiectum potentiae nutritivæ , nelli non liquet esse falsum . Si nomine verò alimenti intelligatur (vt intelligi debet) id , quæd in substantiam aliti convertitur , ejusque Anima ante conversionem non informatur , sanguis perfectus nullo modo esse potest . viventis alimentum , eo quod jam supponitur Anima ipsius viventis informatus .

398 Immerito tamen displicet hæc Solutio . Nisi enim de nomine fiat Questio , id ipsum docere debet hic Magister , quod docemus . Si enim nomine alimenti id intelligitur , quo animal sustentatur , & conservatur , non



QVÆ



QVÆSTIO IV.

DE ANIMA SENSITIVA, ET EIUS POTENTIJS in communi.

399

CVM Anima sensitiva sit illa, quæ per cognitionem sensibilem operatur, non aliter melius potest ejus natura investigari, quam per illius operationes & potentias. Quare perfecta cognitio Animæ sensitivæ à cognitione sensuum & potentiarum, tam in communi, quam in particulari dependet. In præsenti igitur Questione de potentijs sensitivis in communi, in sequenti vero de illis in particulari tractabimus. Vnde sit.

ARTICULUS I.

An sensus sit potentia activa, vel passiva?

§. I.

Quibusdam suppositis, Conclusio stabilitur.

400 **P**RO intelligentia humi-
jus Difficultatis no-
tandum est primò illam potentiam
(quoad præsens attinet) dici passi-
vam, quæ per aliquid intrinsecum
transmutatur, & de potentia ad
actum reducitur media virtute
agentis subiicientis potentiam pas-
sivam, & introducentis formam,
qua talis potentia mutatur. Vnde
per oppositum, illa erit potentia

activa, quæ non transmutatur, nec
de potentia ad actum reducitur
media virtute alterius agentis in-
troducentis formam in tali poten-
tia. Præsens ergo Difficultas pro-
cedit de sensibus comparati à
objecta: An videlicet sint poten-
tiæ passivæ taliter, quod à media
virtute objecti intrinsecè muten-
tur, & de potentia ad actum eli-
ciendi sensationem reducantur?
Vel, An objecta pure extrinsecè
ad ipsos comparentur? Et si pri-
mum est verum, sensus patiuntur
ab objecto; ac proinde sunt
potentiaæ passivæ: si autem secun-

dum verum sit, erunt potentiae purae activae.

401 Secundò notandum est objectum a iu*l* dicī motivū, aliud verò terminativū. Motivū dicitur quatenus movet potentiam, ipsi speciem impressam imprimendo, quā est virtus objecti. Quia tamen quidam Philosophi antiqui, ut Platonici, negabant species immitti ab objectis, vt suam sensus operationem eliceret: alii vero, de quorum numero est B. Albertus Magnus, ipsa concedentes, assertebant esse totale principium sensationis; ideo difficultas est, adhuc supposita immissione specierū, An nimirum sensus ita sint potentiae passivæ, vt nullam prorsus activitatem importent? His igitur prænotatis, sit

402 *Conclusio.* Sensus sunt potentiae passivæ, si ad objectum motivum cōparentur: si vero cōparentur ad operationem sensitivam, & objectum terminativum, sunt potentiae activæ. Conclusio hæc quoad primam partem est expressa Philosophi in hoc libro, cap. 5. per totum. Et probatur. Quia vt sensus elicit operationem sensitivam, debet actuari ab objecto media specie impressa ab ipso immissa; sed hoc ipso sensus sunt potentiae passivæ respectu objecti moventis: ergo sensus sunt potentiae passivæ, si ad objectum motivum cōparentur. Minor, & consequentia constat, Nam juxta superius prænotata, illa dicitur potentia passiva, quæ ab alio agente transmutatur, & media aliqua forma in ipsa recepta, de po-

tentia ad actum reducirur: ergo eo ipso, quod sensus, ut operationem elicit, requirat speciem sibi ab objecto immissam & intrinsecè in ipso receptā, debet esse potentia passiva.

403 Major autem probatur primò. Si sensus, vt suam operationem eliceret, non actuaretur per objectum, & hoc illi speciem non immitteret, sequeretur primum falsum esse illud commune Axioma, *Ab objecto, & potentiaparitur notitia.* Si namque objectum huius imprimere in sensu, non potest verificari quod notitia ab objecto & potentia paritur, sed tantum à potentia; hoc autem non est dicendum: ergo, &c.

404 Secundò sequeretur nullam esse divisionem objecti in motivum tantum, terminativum tantum, motivum & terminativum simul. Non sine enim objecti motivi & simul terminativi illud objectum intelligitur, quod movet potentiam ad sui cognitionem per aliquid, simulque terminativi talem cognitionem. Cōsequens autem est falsum: ergo vt sensus suam elicit operationem sensitivam actuari debet ab objecto media specie impressa intrinsecè in ipso sensu recepta.

405 Nec obest si dicas, objectum non diei motivum, quia imprimit aliquid, ratione cuius potentia transmutetur. Finis enim est objectum movens voluntatem; & tamen vt diximus 2. *Physicorum,* quest. 6. art. 2. ipsam movet absque eo quod ei aliquid imprimat.

406 Non, inquam, obest, Finis enim non propriè, sed

metaphorice tantum movere voluntatem. Nam cum voluntas sit potentia non cognoscitiva, sed purè appetitiva, consequenter per modum ponderis & in cinationis ad suum objectum ordinatur, & hoc permodum termini talis inclinationis ipsam movet. Quare movendo & attrahendo voluntatem, nisi imprimit voluntati; quemadmodum centrum per modum termini inclinationis corporis gravis nihil imprimit corpori gravi. Objectum vero respectu sensus dicitur motivum verè & propriè, quia sensus est potentia cognoscitiva trahens objecta & res ad se, quod intelligi non potest, quin objecta species immittant ipsi sensui.

507 Secundò probatur Major. Nam ut docet Philosophus in hoc *Liber texen* 183. Sensus in actu, id est, actua iter elicere operationem sensitivam est objectum sensibile in actu, id est objectum ipsum actuositat sensatum vel à sensu attractum; sed sensu nequit actu esse objectum sensibile quatenus hoc à parte rei materialiter reperitur, alias visus videñs pariter materialiter esset ipse paries, quod repugnat; ergo in eo sensus in actu est ipsum sensibile in actu quia objectum sensibile imprimit speciem ipsi sensui: quæ species, cum sit intentionaliter & repræsentative ipsum objectum, facit quod ipse sensus sit objectum intentionaliter & repræsentative; & consequenter ut sensus eliciat operationem sensitivam, debet actuari ab objecto me-

dia specie ab eo immissa, & intrinsecè in sensu recepta.

408 Tertio probatur eadem Major. Ut objectum sensibile sentiatur, debe habere aliquam rationem cum sensu; non physica ergo intentionalem, quæ fit per speciem impressam; & consequenter ut sensus eliciat operationem sensitivam, debet actuari ab objecto media specie impressa ab eo immissa, & intrinsecè in sensu recepta. Probatur Minor, *Tum* quia plura objecta distinctione videmus, quæ cum sensu visus physice vni non possunt. *Tum* etiam. Quia unio physica cum sensu si sit maxima, impedit sensationem; ut enim Articlelo sequenti videntibus, sensibile immediate positum supra sensum laedit & impedit sensum; sed si unio physica objecti cum sensu requireatur, maxima unio objecti cum sensu positi juaret quād sensationem impedit: ergo objectum sensibile non vnitur physice cum sensu, sed tantum intentionaliter per speciem impressam.

409 Quoad secundam vero partem probatur Cœlusiō. Non sensus informatus specie impressa activè elicit operationem sensitivam. Vnde D. Thom. lib. 3 de *Animâ* lett. 7 docet; quod sentire non est propriè pati, quanvis aliquid habeat de virtute: & ideo sensus formati per speciem suam habent propriam operationem: ergo sensus sunt potentiae activæ: comparativè ad objectum terminativum, non vero pure passivæ.

410 Confirmatur & ex-
pi-

plicatur hæc ratio. Nam si sensus nullo modo activè concurreret ad operationem sensitivam, sequeretur, quod visus per visionem non viveret; sed mortuo modo se haberet; hoc autem non est dicendum: ergo sensus non passivè tantum, sed activè etiam concurrat ad operationem sensitivam.

411. Ex dictis in prima parte Conclusionis infertur contra Platonicos dari species immissa sensibus ab objectis sensibilibus, quas ipsi sensus patiuntur, & potentiae passivæ denominantur.

412. Ex dictis vero in secunda Conclusionis parte colligitur primo, quod species non est totale principium activum operationis sensitivæ, sed etiam sensus, ut satis probatum est in ipsa secunda parte Conclusionis. Secundò inferitur, quod cum dicitur nostrum sentire esse quoddam pati, intelligi debet antecedenter, & causaliter, quatenus nimurum ante elicientiam operationis sensitivæ patitur sensus recipiendo speciem: non tamen formaliter, Nam licet aliqui doceant receptionem specierum esse formaliter sensationem, hujus tamen falsitas ex dictis satis superque constat, alias sicut sensus merè passivè ad receptionem specierum te habent, ad operationem sensitivam merè etiam passivè se haberent.

*** ***

§. II.

Solvuntur Argumenta contra primam partem Conclusionis.

413. **A**RGVITVR primè contra primam partem Conclusionis. Sensus sunt potentiae totaliter activæ, nullo autem modo passivæ: ergo prima pars nostræ Conclusionis est falsa. Antecedens probatur primò. Nam si sensus aliquo modo essent potentiae passivæ, non verò totaliter activæ, sequeretur quod potentiae Animæ vegetativæ essent simpliciter perfectiores sensibus; Consequens autem est falsum: ergo, &c. Probatur Sequela. Nam activum simpliciter est perfectius passivo, unumquodque enim eatenus est activum quatenus est in actu, & in tantum est passivum, in quantum est in potentia, actus autem simpliciter est perfectior potentia; sed potentiae Animæ vegetativæ sunt purè activæ, cum proprium eorum munus sit age & circa alimentum illud transmutando, vt constat ex supra dictis: ergo si sensus essent potentiae aliquo modo passivæ, sequeretur potentias Animæ vegetativæ esse simpliciter perfectiores sensibus.

414. Secundò probatur Antecedens. Ut sensus sint potentiae passivæ, requiritur, quod objecta sensibilia agant in ipsis, eos transmutando, sed objecta sensibilia nequeunt agere in sensus: ergo sensus non sunt potentiae passivæ,

sivæ, sed tantum activæ. Probatur Minor, Nam quod est materiale, & inferius, nequit agere in illud, quod est in materiale, & superius; sed objecta sensibilia sunt omnino materialia, sensus verò sunt aliquatenus immateriales, aliquo enim modo supra materiæ conditiones elevantur: ergo objecta sensibilia nequeunt agere in sensu.

415 Tertiò probatur antecedens. Si enim sensus essent aliquo modo potentia passiva, sequeretur, quod sicut datur intellectus agens, daretur etiam sensus agens; consequens est falso, & contra Angelicum Praeceptorem, i. part. quest. 79. r. 3. ad 1. & quest. unica de Spiritualibus creaturis, artic. 10. ad 17. ergo nullo modo sunt potentia passiva. Probatur Sequela primò ex dictis in prima probatione Antecedentis, Nam sensus sunt potentia aliquatenus immateriales: ergo si sunt potentia passiva debet dari agens proportionatum, & ejusdem ordinis, quod agat in ipsis, eosque reducat de potentia ad actum, quod nullum aliud esse potest, quām sensus agens.

416 Secundò probatur Sequela. Ex eo namque quod datur intellectus possibilis, rectè infertur, quod detur etiam intellectus agens: ergo pariter ex eo, quod detur sensus, qui sit potentia passiva, rectè etiam colligitur, quod detur sensus, qui sit potentia activa, vel sensus agens. Probatur Consequentia Tum, Quia Philoso-

plus, 3. de Anima, textu 17. ea ratione probat dati intellectum agentem ex eo, quod datur intellectus possibilis, quia nimis ubi est potentia ad omnia fieri, debet etiam esse potentia ad omnia facere; sed intellectus possibilis est potentia ut fiat omnia in esse intelligibili: ergo debet esse aliqua potentia, quæ illum faciat omnia in tali esse; hæc autem alia esse non potest, quām intellectus agens.

417 Tum etiam, Nam ratio, qua D. Thomas, i. p. quest. 79. art. 3. probat intellectum agentem ex intellectu possibili, est, quia nihil potest reduci de potentia ad actum, nisi medio illo quod sit in actu; sed intellectus possibilis est in potentia ad intellectiones & species: ergo indiget alia potentia, quæ sit in actu; hæc autem est intellectus agens: ergo ex intellectu possibili optimè intellectus agens infertur. Sed hæc duæ rationes æquæ probant dari sensum agentem, si semel datur sensus, qui sit potentia passiva, ut consideranti patet: ergo vel non datur sensus, qui sit potentia passiva, vel debet necessariò concedi sensus agens.

418 Ad hoc argumentum respondetur primò negando Antecedens. Ad cujus primam probationem respondetur ex D. Thoma, i. p. quest. 79. artic. 2. ad 3. distinguendo Majorem, actuum est simpliciter perfectius passivo, si vtrumque ad idem comparetur, concedo Majorem, si ad diversa, nego Majorem, & concessa Minore, nego Con-

Consequentiam. Tunc enim acti-
vum simpliciter est perfectius pa-
ssivo, quando utrumque ad idem
comparatur. Vnde si quemadmo-
dum potentia vegetativa verfan-
tur circa al'mentum agendo in illud,
potentia sensitiva circa ipsum ali-
mentum versarentur, ab illo pa-
tiendo; proculdubio potentia ve-
getativa excederent simpliciter po-
tentias sensitivas. In praesenti au-
tem activum, & passivum non ad
idem comparantur sed ad valde di-
versa referuntur: nam sensus sunt
passivi respectu objecti existentis
ad extra; potentiae vero vegetati-
vae sunt activae respectu alimenti
materialiter existentis intra; vnde
licet sensus sint potentiae passivae,
simpliciter tamen sunt perfectio-
nes potentiarum Anima vegetativa.

419 Secundò responderetur
traditam Solutionem explicando,
& eamdem Majorem distinguen-
do: activum est simpliciter perfe-
ctius pure passivo, concedo Majo-
rem, est simpliciter perfectius pa-
ssivo, quod est etiam activum, sub-
diligit o Majorem, si activum &
simul passivum circa aliquid ad in-
tra materialiter existens versetur,
concede Majorem, si versetur circa
aliquid existens ad extra, nego
Majorem. Quamvis enim sensus sint
potentiae passivae, simul tamen
sunt activae, ut in secunda Conclu-
sionis parte probavimus. Cum au-
tem ex alia parte versentur circa
objecum ad extra existens, & non
physicè se intentionaliter tantum
vniuum; potentiae vero vegetativa

circa objectum, scilicet alimentum
existens ad intra & vnitum physi-
cè versentur: consequens est, quod
sensus sit simpliciter perseior po-
tentiarum Anima vegetativa; perfe-
ctius quippe simpliciter est opera-
ri circa aliquid quod existit ad ex-
tra, quam circa id, quod materialiter
tamen & physicè est vnitum
ad intra.

420 Replicabis. Ergo sal-
tem potentia generativa erit sen-
sus simpliciter, & absolute perfe-
ctior. Probatur Consequentia. Ideo
namque docemus; sensus esse sim-
pliciter perfectiores potentiarum Ani-
mae vegetativa, quia sensus habent
operationem circa aliquid existens
ad extra, sed hoc ipsum convenit
potentiae generativa, ut diximus
Quaestione precedenti; si autem au-
tem potentia generativa non est
passiva, sed tactum activa, sensus
vero sunt activi simul & passivi; er-
go juxta doctrinam traditam, sal-
tem potentia generativa erit sensi-
bus simpliciter & absolute per-
fectior.

421 Respondeatur negando
Consequentiam. Ad probationem
distinguo Majorem, quia habent
operationem circa aliquid utcum-
que existens ad extra, nego majo-
rem, intentionaliter concedo Ma-
jorem, & distinguo Minorem, hoc
ipsum convenit potentiae genera-
tive materialiter & imperfectè,
concede Minorem, perfectè & in-
tentionaliter, nego Minorem, &
Consequentiam. Quamvis enim po-
tentia generativa versetur circa
efie-

effectum existet rem ad extra ; hoc tamen illi convenit modo imperfetto & materiali , non vero perfeito modo , & supra materie condicione s elevated intentionali nimirum , ut contingit in sensibus , qui recipiendo species ab objectis , aliqualiter immateriales redduntur , & circa ipsum objectum ad extra existens operantur . Vnde D. Thomas 1. p. quest. 78 art. 2. in corpore explicans excellentiam potentiae generativa supra nutritivam , & augmentativam , & excellentiam sensuum supra omnes has potentias , Vis (inquit) genera iuxta quidammodo appropinquat ad dignitatem Anima sensitiva , qua habet operationem in res exteriores , licet excellenter modo & universaliter . Supremum enim inferius natura attingit id , quod est infinitum superioris , ut patet per Divinum in 7. cap. de divinis Nominibus .

422 Ad secundam probationem Antecedentis concessa Magiore , distingo Minorem : objecta sensibilia secundum se considerata non possunt agere in sensus , concedo Minorem , ut a corporibus celestibus mota , quæ moventur ab Angelo , nego Minorem & Consequentiam . Ad probationem Minoris distinguis Præmissis , & Consequenti tradita distinctione , neganda est Consequentialia . Licet enim verum sit quod objectum sensibile materialiter & secundum se consideratum non possit agere in sensu , nec ipsos transmutare , sed

quod ipsi sunt aliqualiter immaterialia es ; quod tamen tamen partem virtutem a corporibus celestibus , quæ moventur ab Angelo possunt sensu moveare & transmutare , & sui similitudinem , vel speciem intentionalem in illis producere . Quæ solutio desamitur ex D. Thome Quest. 5. de Potentia , art. 8. in corpore .

423 Nec refert si contra hanc Solutionem obiecias ex illa sequi , quod objecta instrumentaliter tantum agant in sensu ; Consequens autem videtur falsum : ergo solutio non est vera . Sequela probatur , Illud enim instrumentaliter tantum operatur , quod non agit virtute propria , sed tantum virtute alterius ; sed juxta traditam Solutionem . Objecta non virtute propria , sed virtute a corporibus celestibus derivata in sensu operantur : ergo instrumentaliter tantum agunt in ipsis .

424 Respondeatur negando Sequelam . Ad cujus probationem distingo Magorem , quod non agit virtute proprio , sed tantum virtute alterius transeunter communicata , concedo Majorem , permanenter , nego Majorem & distingo Minorem , operantur virtute a corporibus celestibus derivata permanenter , concedo Minorem transeuntem , nego Minorem & Consequenti m . Quoniam enim objectum sensibile agat in sensu per virtutem a corporibus celestibus derivatam ; hac tamen virtus non transeunter , sed permanenter illi covenit , prop-

ter proportionē quam dicit ipsum objectum sensibile cum sensu: & ideo nō instrumentaliter, sed principaliter operatur. Quemadmodū magnes non instrumentaliter, sed principaliter attrahit ferrum, licet non propria virtute, sed à cœlesti corpore derivata, cō quod habet proportionem cum ferro, & talis virtus non transeuntem, sed permanenter est communicata magneti.

425 Ad tertiam probationem An ecclesiā responderetur negando Sequelam. Ad cujus primam probationem responderetur objectū sensibile ratione virtutis à cœlesti corpore derivata posse agere insensus; unde omnino superfluit sensus agens.

536 Ad secundam probationem Sequelā concessio Antecedenti, nego Consequentiam. Ad cujus utraque probationem concessa Majore, neganda est Minor. Cum enim intellectus possibilis sit entitativē spiritualis, consequenter speciebus entitativē spiritualibus indiget, quas objecta materialia, quācumvis corpori cœlesti subordinata, producere omnino non possunt ob earum maximam perfectionē. Quarē debet dari intellectus agens propter rationes in predictis probationibus assignatas, juxta eam tamen, quæ modo diximus intellectus. Sensus autem, licet aliquomodo sunt immateriales, non tamen entitativē; unde ut suam operationem eliciant, specie entitativē spirituali non egerint.

427 Ex qua doctrina manifeste deducitur neutram rationem probare dari sensum agentem. Non prima. Licet enī sensus possint omnia sensibilia fieri; ad hoc tamen non requiritur sensus agens, sed sufficit objectum sensibile, aut satis ex dictis constat. Nec secunda. Quia cum sensus sint entitativē materialis, licet ad actum reduci debeant per aliquid existens actu, non tamen per sensum agentem, sed per objectum sensibile reducuntur, quod, ut diximus, species sensibiles & intentionales immittente potest & producere.

428 **A** RGVITVR secundū. Materia prima est potentia purè passiva: ergo è contrario sensus sunt potentiae purè activæ. Provatur Consequentia. Nam ut Docet Philosophus 2. de Generatione textu 53. Sicut proprium est materiæ pati, ita proprium est formæ agere; sed sensus sunt formæ ergo sicut materia prima nullo modo agit, sed tantum patitur, ita sensus nullo modo patiuntur, sed tantum agunt.

429 Responderetur concessio Antecedenti, negando Consequentiam. Ad cujus probationem responderetur ex Magistro Bañez in 1. p. quast. 78. art. 3. dub. 1. sensum illius propositionis non esse, quod formæ ita sit agere, quod omnis forma sit activa, & materiæ ita sit pati, ut nullo modo agat. Sed sensus est, quod omne, quo l agit agit per formam; patitur autem per materiam, aut per id, quod locū ma-

teria tenet: cum quo recte compo-
niter, quod ensis sint formæ, &
aliquid habeant potentiarum passivæ,
vt dictum est.

430 **A** RGVITVR tertio.
Potentiarum operati-
væ ad hoc tantum à natura insti-
tuuntur, vt immediate & proximè
operentur, ita vt earum esse per
accidens intendatur. vt communi-
ter docent Thomistæ 2. *Physico-*
rurum disputantes, An substantia sit
immediate operativa? Sed sensus
sunt potentiarum proximæ: ergo nullo
modo sunt potentiarum passivæ, sed
activæ. Major, & Minor supponun-
tur. Consequentia vero probatur
primo. Nam si essent potentiarum passivæ,
non potius essent institutæ à
natura vt agerent, quam vt pate-
rentur; at cum toto rigore dicitur,
quod vt operentur instituuntur ter-
go nullo modo sunt potentiarum passivæ, sed activæ. Secundo probatur
Consequentialia. Ideo namque Intel-
lectus agens, & potentiarum Animarum
vegetativæ sunt potentiarum pure activæ,
quia à natura dantur, vt ope-
rentur; ille quidem vt producat
species intelligibles, hæc vero vt
transmutent alimentum: eo igitur
ipso, quod sensus à natura insti-
tuuntur, vt operentur, debent esse
potentiarum pure activæ.

431 Respondeatur concessa
Majore, & Minore, negando Con-
sequentialiam. Ad cujus primam pro-
bationem concessa Majore, & Mi-
nore, neganda est Consequentialia,
qua minimè infertur ex Præmissis.
Quamvis enim sensus patientur re-

cipiente species, hoc tamen totum
ordinatur ad operandum vt ad fi-
nem; cum autem finis posterior sit ijs,
qua sunt ad finem, melius infertur
quod à natura instituuntur ad hoc
vt operentur, quam ad hoc vt pa-
tiantur.

432 Ad secundam distin-
guo Antecedens, idèò præcisè sunt
potentiarum puræ activæ, nego Ante-
cedens, idèò, & quia ad agendum
non indigent pati per alterum,
concedo Antecedens, & nego
Consequentialiam. Intellectus enim
agens est potentia puræ activæ (quod
idem de potentijs Animarum vegeta-
tivæ dicendum est) per se enim da-
tur à natura ad species intelligibili-
les producendas, quas vt produ-
cat, alicujus receptione non egit.
Sensus autem, sicut à natura insti-
tuuntur vt operentur, per se ipso
tamen non possunt causare species,
medijs quibus operantur: & idèò
non sunt potentiarum puræ activæ.

q. III.

Salvuntur Argumenta contra se-
cundam partem Conclusionis.

433 **C** Ontra secundam par-
té Conclusionis Ar-
guitur primo. Sensus esse potentias
aliquo modo activas, non autem puræ
passivas, est expressè contra ineu-
tem D. Thomæ: ergo secunda pars
nostræ Conclusionis non est in via
An gelici Doctoris sustinenda. Pro-
bat ut Antecedens ex ipso Sancto
Docto-

Doctore i. p. quest. 72. art. 3. ad 1. sic dicente: *In parte nutritiva omnes potentia sunt activa: in parte autem sensitiva omnes passiva. In parte vera intellectiva est aliquid activum & aliquid passivum.* Ergo secunda pars nostrae Conclusionis manifeste mente Angelici Praeceptoris aduersatur. Panet Consequens. Si enim D. Thomas sentiret, sensus esse potentias aliquomodo activas, quemadmodum docet quod *in parte intellectiva est aliquid activum, & aliquid passivum*, id ipsum de parte etiam sensitiva doceret; atqui de parte sensitiva tantum docet, ut vidimus, quod omnes illius potentiae sunt passiva. ergo sentit nullo modo esse activas.

434. Respondeatur negando Antecedens. Ad cujus probationem dicendum est. Angelicum Praeceptor in illo loco tantum intendere non dari sensum agentem; quod constat ex verbis immediate antecedentibus, quibus sic ait: *Ad primum ergo dicendum, quod sensibilita inveniuntur actu extra Animam: & id non oportuit ponere sensum agentem;* minime tam en velle, quod in potentia animae sensitiva nulladebet vis activa: quod manifeste contra esse falso.

435. ARGUITVR secundum contra eandem secundam partem. Materia prima est pura potentia passiva in genere physico: ergo sensus sunt pura potentia passiva in genere cognoscitivo sensitivo. Probatur Consequen-

tia. Sic enim se habet sensus in genere cognoscitivo, sicut materia prima in genere physico: qua de causa percepit docet Philosopher, intellectum in genere cognoscitivo esse puram potentiam & se habere tamquam tabulam rasam, in qua nihil est depictum: quæ doctrina aquæ militat in sensibus consideratis in genere cognoscitivo sensitivo: ergo si materia prima est pura potentia in genere physico, etiam sensus in genere cognoscitivo sensitivo erunt pura potentia passiva, & nullatenus activa.

436. Confirmatur. Si sensus essent potentia aliquo modo activa respectu sensationis, sequeretur idem respectu ejusdem esse simile activum & passivum; hoc autem est absurdum; ergo sunt potentia tantum passiva. Probatur sequela. Imprimis enim sensus esset agens respectu actionis sensitivæ, ut nos fatemur; aliunde verò respectu ejusdem sensationis esset patiens, cum enim actio illa sit immanens, in eodem debet subiecto recipi, a quo & cititur: ergo sequeretur idem respectu ejusdem esse simile activum, & passivum.

437. Respondeatur ad Argumentum concessio Antecedenti, distinguendo Consequens, sunt pura potentia passiva ante receptionem specierum, & nocco Consequens, post receptionem illarum, nego Consequens. Ad cujus probationem distingendum est Antecedens, & Consequens distinguente tradita, negandaque Con-

Sequentia. Materia namque prima in genere physico, & sensus in genere cognoscitivo sensitivo in hoc equiparantur, quod sicut materia prima aequaliter accipiat formam substantialiem non valet existere, ita sensus prius quam recipiat species, non possunt operari, post receptionem tamen specierum operantur, quia per ipsis in actu constituantur.

438 Ad confirmationem respondetur negando Sequelam. Ad cuius probationem dicendum est, quod sensus simul cum specie activè concurrit ad actionem sensitivam, & ipse nudi sumptus ipsam recipit taliter, quod actio non in specie, sed præcisè in sensu recipiatur. Species autem, & sensus realiter à sensu distinguuntur, sicut totum realiter à qualibet ejus parte seorsim, & divisivè accepta distinguitur. Quare ex eo, quod sensus sit potentia aliqualiter activa, non infertur, quod idem respectu ejusdem sit simul activum, & passivum.

439 **A**RGVITVR tertio. Si sensus essent potentiae activæ respectu suæ operationis, sequeretur, quod absolute denominarentur potentiae activæ; hoc autem est falsum, & contra Philosophum in hoc libro *textu* 51. & D. Thom. ibidem *lect.* 10. oppositum afferentes, nimur sensus dici potentias passivas; ergo nullo modo debent activæ potentiae nuncupari. Probatur Sequela. Absoluta namque denominatio potentiae ab eo desumi-

tur, quod ab ipsa ut suis inspicitur, sed eo ipso, quod sensus sunt potestive aliqua iter activæ, respiciunt operationem tamquam finem, quo modo species, à quibus patiuntur, non respiciunt: ergo sequeretur, quod absolute denominarentur potentiae activæ.

440 Respondetur negando Sequelam. Ad cujus probationem neganda est Minor pro secunda parte. Sicut enim materia prima, quia in genere physico est pura potentia, respicit formam substantialiem tamquam finem; ita quilibet sensus, quia in genere cognoscitivo sensitivo est pura potentia ante receptionem specierū, respicit tamquam finem ipsis species; unde sensus respicit ut finem, tamen species, quam actionem sensitivam. Cum quo tamen cōponitur, quod sensus à Philosopho absolute dicantur, potentiae passivæ, & non activæ, ob duplē rationem.

441 **P**rima est, quia loco citato impugnabat Philosophus quedam defendantem, sensus non pati ab objectis: & ideo ut ex diametro illos impugnaret, absolute dixit esse potentias passivas, quamvis etiam sint activæ potentiae. Secunda est, quia activas potentiae non est physica, sed intentionalis; cum autem ad hanc activitatem sensum per speciem pati supponatur, & sensus non quomodo libet, sed prout per speciem determinatus sit activus; consequens est, quod sensus absolute denominantur potentiae passivæ, quamvis etiam sint activæ potentiae.

442 Nec refert si contra lecundam hanc rationem obijcas, quod sensus etiam habent activitatem physicam, & non tantum intentionalem, mulieres enim mensfruatz inficiunt aerem, & speculum, ut experientia constat: ergo, &c.

443 Non, inquam, refert. Quia inficere aerem, & speculum non convenit oculis mulieris menstruantae propterea sunt cognoscitivi sed ratione organi tunc corrupti. Quemadmodum basilisci dicuntur homines visu interficere, & anus puero fascinare. Quod autem organum sit corruptum, materialiter se habet ad elicendam visionem; unde activitas sensuum propterea sunt cognoscitivi, non est physica, sed tantum intentionalis.

444 ARGVITVR quartò. Activum & passivum realiter distinguunt potentias, quae de causa intellectus possibilis, qui est potentia passiva, realiter distinguitur ab intellectu agente, qui est activa; & materia prima, quae est potentia passiva, realiter distinguitur a forma substantiali; quae est principium activum; sed sensus ut passivi non distinguuntur realiter a sensibus ut activis, alias non essent quinque sensus, sed decem, ut per se constat; ergo sensus non sunt potentiae activae simul, & passivae, sed vel totaliter activae, vel totaliter passivae.

445 Respondetur distinguendo Majorem, activum, & passivum, respectu ejusdem distinguunt realiter potentias, concedo Major, respectu diversorum, nego

Major, & concessa Minore, nego Consequentiam. Licet enim quando activum & passivum sunt respectu ejusdem realiter distinguantur, quemadmodum intellectus agens, & possibilis realiter distinguuntur, quia respectu earumdem specierum alter est activus, & alter passivus; quando vero sunt respectu diversorum non distinguunt realiter potentias. Cum autem sensus sit potentia passiva, respectu unius, respectu scilicet specierum, & activa respectu alterius, nimis respectu activitatis sensitivæ: ideo idem sensus potest esse potentia activa simul & passiva.

446 Nec exemplum, quod adducitur de materia prima, quidquam probat. Materia namque prima est potentia pure passiva; sensus autem non sunt potentiae pure passivæ, ut dictum est. ¶ Alia Argumenta commodius infra solvemus, cum de speciebus integrabilibus differamus.

ARTICVLVS II.

*Quid & quotuplex sit sensibile?
& An possum supra sensum
ludat ipsum?*

§. I.

Quatuor Conclusiones statuuntur.

447 PRO Resolutione vtriusque Difficultatis in Article Titulo inclusæ notandum est, nos in præsenti non loqui de sen-

sensibili in communi prout sensus, tam externos, quam internos comprehendit, sed de objecto sensibili quatenus à sensu externo tantum attingitur.

448 Circa primam ergo partem Articuli Dicendum est primo, Sensibile externum esse triplex; aliud per se, aliud commune, aliud verò per accidens. Conclusio hæc est expressa Philosophi in hoc libr. *textu* 65. & Div. Thomas ibidem *lect.* 13. & 1. p. quest. 17. artic. 2. Explicatur. Sensibile per se illud dicitur, quod est proprium specificativum sensus, & consequenter, quod ab unico tantum sensu attingi potest, sicut color respectu visus, & sonus respectu auditus.

449 Sensibile commune est illud, quod non solum ab uno sensu, sed à pluribus etiam potest attingi: ideo nullius est specificativum. Hoc autem sensibile est quintuplex, scilicet *motus*, *quies*, *numerus*, *figura*, & *magnitudo*, vt docet Philosophus hic *textu* 64. & Div. Thomas ibide, *lect.* 13.

450 Sensibile denique per accidens illud est, quod accidit sensibili proprio, & per accidēs à sensu attingitur: sicut homo, & equus sūt sensibilia per accidens: per accidens quippe est quodd color, qui per se à potentia visiva attingitur, in homine, & equo inveniatur. Similiter substantia ex suo conceptu est sensibile per accidens, accidentaliter enim conjungitur sensibili proprio, quod potest à sensu attingi, quaavis non sic conjun-

ctum cum substantia, vt constat in accidentibus Hostiæ consecratæ.

451 Difficultas autem est circa præsentem divisionem, An sit adæquata? Pro quo

452 Dicendum est secundum, adæquatam esse prædictam divisionem. Et probatur. Nam objectum sensibile externum vel comparatur per se ad sensum externum & hoc dupliciter: Vel ita quod ab uno tantum sensu attingatur, sicut ejus specificativum: & hoc est sensibile proprium. Vel taliter quod à pluribus sensibus possit attingi, nullius autem sit specificativum; & sic est sensibile commune; sed non est alius modus, quo objectum sensibile externum possit ad sensum externum comparari: ergo tria tantum dantur externa assignata objecta sensibilia; proindeque adæquata est prædicta divisio. Vtraque Consequētia tenet, Diversitas namque objecti externi sensibilis non aliunde defumitur, quam ex diversitate, qua ad sensum externum comparatur: ergo si objectum sensibile externum tripliciter tantum comparatur ad sensum externum, triplex tantum erit externum objectum sensibile.

453 Circa membra dividentia prædictæ divisionis Prima Difficultas est, In quo sensibile proprium differat à communī? Cui Difficultati respondent aliqui differentiam consistere in eo, quod sensibile commune attingitur per se à sensu interno, qui sensus communis appellatur, sensibile vero pro-

primum non ab illo , sed à sensu tantum externo attingitur.

454 Dispicet tamen hæc Doctrina , Primo, Quodlibet enim sensibile proprium sensus externi attingitur à sensu communis ; ideo namque communis sensus dicitur, quia licet sub diversa ratione , attingere potest quodlibet objectum sensuum exterorum : ergo differentia sensibilis communis , & proprij non consistit in hoc , quod illud attingitur à sensu communis , hoc vero non attingitur.

455 Secundò , Ex illa namque Doctrina sequitur, omne objectum sensibile esse cōmune, quodlibet enim sensibile , ut dictum est, a sensu communis attingi potest ; Consequens autem est falsum : ergo Doctrina , quem impugnamus, non est vera. Hac ergo Doctrina relicta.

456 *Dicendum est tertio,* Sensibile proprium , & commune differre in hoc quod sensibile proprium specificat potentiam sensibile vero cōmune non specificat illam, nec ejus actum, sed se habet ut modus quidam determinans & modificans sensibile propriu n , ita taliter, quod hoc sine sensibili cōmuni attingi nequeat . Quemadmodum potentia visiva non potest colore in attingere, nisi sub quantitate , vel figura, quæ sunt sensibili cōmuna.

457 Contra hanc tamen differentiam obijcies , Nam ad varietatem esse italem sensibilis communis , actus v. g. potentia visuæ es-

sentialiter variantur, diversa quippe essentialiter est visio, qui attingitur rotūdum, ab illa qua quadratum attingitur, quāvis in vitroq; sit idem color , qui est sensibile propriu , ob solam figuræ variationem, quæ est sensibile commune : ergo differentia sensibilis communis , & proprij non consistit in hoc , quod hoc specificat actum, & potentiam, illud verò tantum modificat & determinat objectum sensibile proprium. Cōsequentia constat, Quod enim se habet præcisè ut modus modificans objectum , per se & formaliter nō sufficit ad distinguēdos essentialiter actus potentie ergo diversitas essentialis sensibilis cōmuni , & proprij non potest consistere in ea, quam assignavimus, ratione.

458 Antecedens verò probatur. Quia namque præsentia & absentia præcisè se habent ut modi modificantes objectum , ideo non diversificant essentialiter notitiam intuitivam & abstractivam , juxta quorumdam Sententiam probabilem afferentium divisionē notitiae in abstractivam & intuitivam esse tantum accidentalem : ergo è contra, si sensibile commune essentialiter diversificat actus potentie visiva , non erit modus modificans sensibile proprium.

459 Respondetur concessio Antecedenti, negando Consequētiā. Ad cuius probationem distingendum est Antecedens , quo l præcisè se habet ut modus modificans objectum non diversificant essentialiter actus potentie , si non sit in-

intra lineam objecti, concedo Antecedens, si sit intra lineam illius, nego Antecedens, & Consequentiā.

460 Ad probationem Antecedentis dicendum est diversitatem modorum aliquid sufficere ad distinguendum essentialiter unum actum ab altero, aliquando verò non sufficere. Aliquando quidem sufficit: quando nimirum modus modificas pertinet ad eamdem lineam, ad quam pertinet res modificata. Quia de causa motus reetus, & obliquus essentialiter distinguuntur per diversos modos, quibus ad eundem terminum tendunt: hi namque diversi modi ad lineam motus pertinent, cum tendere recte, vel obliquè, sit moveri. Similiter objectum prout à parte rei secundum esse physicum & reale essentialiter distinguitur à seipso secundum quod existit in cōceptu (conceptus enim respectu objecti est signū, de cuius ratione est, quod essentialiter differat à signato) quia hi diversi modi pertinent ad eamdem lineam intelligibilem. objectū enim secundum suam physicam entitatem est intelligibile radicaliter & remotè, & secundum quod intentionaliter existit in conceptu est intelligibile proximè. Aliquando vero non sufficit, quando nimirum modus pertinet ad diversam lineam, ad quam non pertinet res modificata.

461 Ex qua doctrina ratio disparitatis inferitur. Presentia enim & absentia, quæ sunt modi objecti

notitia intuitivæ & abstractivæ, ad lineam physicā, nō verò ad lineam objecti pertinent: præsentia nāque (& idem proportionaliter est dicendum de absentia) vel in hoc consistit, quod cognoscens, & objectum eodem tempore coexistant: & sic præsentia ad lineam physicā pertinet, siquidem Phyllophilus in 4. Physicorum agit de tempore, & duratione. Vel potest consistere in appropinquatione ad locum. & hoc modo etiam pertinet ad lineā physicā, cum Phyllophilus eodem Libro de loco differat. Vnde præsentia & absentia, quæ exercitè tantum ex parte objecti se tenent, notitiam intuitivam non essentialiter, sed tantum accidentaliter variant. Sensibile autem commune pertinet ad lineam objecti sensibilis, eo quod reddit sensibile proprium quasi proportionatum & coaptatum cum sensu: hic enim non potest attinere sensibile proprium sine quantitate, figura, & hujusmodi alijs sensibilibus communibus. Quare essentialiter variato sensibili communi actus sensuum essentialiter etiam variantur, licet enim sit modulus, ad lineam tamen objecti sensibilis pertinet.

462 Dicendum est quarto. Sensibile proprium & commune, in hoc etiam (ut in principio Articuli insinuavimus) distinguuntur, quod sensibile proprium ab uno sensu tantum attingitur: Sensibile verò commune à pluribus sensibus potest attrigi. Quoad utramque partem Con-

clusio est communis. Et probatur. *Quod prima quidē.* Quia sensibile proprium idem est, ac specificativū; specificativum autē ab uno tantum, nimirū ab eo, quod specificat, attingit: quā de causa color non percipitur ab auditu, nec sensus à visu, alīas posset aliquid ferri extra suum objectum specificativum, quod repugnat: ergo sensibile proprium illud est, quod ab uno sensu tantum attingit. *Quod secundam* verō partem non minus est certa Conclusio. Nam sensibile commune, idē communē dicitur quia à pluribus sensibus externis attungi potest, quā enim ratione communē dicitur, quod vni tam tum modò alligatur & ergo secunda etiam pars Conclusionis est vera.

463 Observandum est tamen ad rationem sensibiliis communis non requiri, quod ab omnibus possit quodlibet sensibus externis attungi, sed sufficit quod ab aliquibus attingatur. Vnde ex sensibiliis communib[us] assignatis motus & quies ab omnibus sensibus externis attinguuntur: figura autem & magnitudo solum à tactu & visu; numerus verō à visu, tactu, & auditu percipitur.

464 Dicunt aliqua dantur sensibilia, quæ à nobis ut communia assignantur, quæ tamen à pluribus sensibus externis non attinguuntur; immo quæ nec ab uno attungi possunt: ergo secunda pars Conclusionis non est vera. Antecedens probatur primò. Quies assignatur à nobis ut accidens com-

mune; & tamen à nullo sensu externo attungi potest: ergo, &c. Probatur Minor. Nam quies est privativo motus; sed privatio, cùm sit ens rationis, a nullo sensu externo attungi potest: ergo quies à nullo sensu externo potest attungi.

465 Secundò probatur Antecedens. Quia *motus* assignatur etiam à nobis tamquam sensibile commune; & tamen a nullo sensu externo attungi valet: ergo idem quod prius. Probatur Minor. Si enim al quis sensus externus posset attingere motum, sequeretur, posse dari notitiam intuitivam rei absens; hoc est falso: ergo nullus sensus externus potest attingere motum. Probatur Sequela. Vifus enim v.g. attingens motum, vel attingit ejus indivisibilia, vel ejus partes indivisibilis vñitas? sed neutrum dici potest: ergo. Probatur Minor quod primam partem. Nam visus non potest attingere, nisi quantum & extensum; sed indivisibilia non sunt extensa, neque quanta: ergo, &c.

466 Quod secundam etiam Probatur eadem Minor. *Motus* enim est ens successivum non habens partem præsentem, sed priorem, & posteriorem, vel præteritam, & futuram, vt diximus in

4. *Physicorum* de existentia temporis disputante: ergo vel dici debet, quod visus non potest attingere motum, vel quod potest dari notitia intuitiva rei absens. Probatur Consequentia quoad hanc

Secundam partem. Supponimus enim in præsenti in sensibus externis non posse dari notitiam abstractivam: ergo notitia, quæ datur in sensibus externis tantum est intuitiva: ergo eo ipso quod visus attingat partes motus, quæ aliæ non sunt, quam præterita, & futura manifeste deducitur, quod detur notitia intuitiva rei absentis.

467 Respondetur negando Antecedens Ad cuius primam probationem neganda est Minor. Ad probationem disti quo Majorem, *Quies* formaliter accepta est, privatio motus, concedo Majorem; fundamentaliter sumpta, nego Majorem; & distinguo Minorem, privatio formaliter sumpta non potest à sensu externo attungi, concedo Minorem, fundamentaliter accepta, nego Minorem, & consequentiam. *Quies* enim fundamentaliter sumpta, qualiter à nobis ut sensibile commune designatur, à sensu externo attungi potest, sensu quippe percipimus hominem sedere, & post motum quiescere, quies enim dicit existentiam in loco cum immobilitate, quod negari non potest sensu percipi.

468 Ad secundam probationem Antecedentis respondetur negando Sequelam. Ad cuius probationem dicendum est, quod sicut partes motus propriè non existant, existunt tamen aliquatenus, quatenus scilicet opponuntur immobilitati & consistentiæ, & sic etiam per sensum attungi possunt prout rem ipsam sensibilem

transire videt, quamquam partem præteritam, aut futuram non percipiat, hoc enim non ad sensum, sed ad intellectum pertinet. Eo autem ipso, quod sensus attingat motum ut aliquatenus existente, non insertur, quod detur notitia intuitiva rei absentis.

§. II.

Prima pars Articuli roſolvitur.

469 **S**ECUNDA Difficultas est circa membra dividenda prædictæ Divisionis: In quo scilicet sensio le per acciden- a sensibili communi, & per se differat? Pro cuius resolutione.

470 *Dicendum est quinto*, in hoc sensibile commune à sensibili per accidens & per se differre, quod sensibile per accidens non attingitur per se à sensu externo, nec illo modo ipsum immutat immittendo speciem; sensibile autem per se, per se immutat p. ædilem sensum tamquam specificatum illius proprieque illum immutat per speciem, quam immittit sensibile vero cōmune per se etiam à sensu externo attingitur, & immutat ipsum sensum, non tamen ut specificans, sed tantum ut modificans sensibile per se.

471 *Vt melius hæc Concluſio capiatur, sciendum est ex Div. Thoma in hoc secundo Libro lect. 13. tres conditiones requiri, ut aliquid sit sensibile per accidens. Prima est, quod accidat illi, quod*

est sensibile per se: sicut albo accidens quod sit homo, vel equus; quia de causa homo, & equus sunt sensibile per accidentis. *Secunda* est, quod sensibile per accidentis, attingatur per aliquam potentiam, quae ab illa, à qua sensibile per se attingitur, distinguitur. *Quemadmodum* substantia, quae est sensibile per accidentis, attingitur per se in homine ab intellectu, & in bruto aliquomodo ab assimilativa. *Tertia* est, quod sensibile per accidentis modo immutet sensum illum, respectu cuius sensibile per accidentis dicitur.

472 Ex qua doctrina non obscurè deducitur, sensibile per accidentis non ideo tale dici, quia per aliud, sive ratione alterius, scilicet ratione per se sensibilis attingatur, alias enim sequeretur, quod etiam sensibile commune esset per accidentis sensibile, quae licet per se attingatur, ut ex dictis constat, negari tamen nequit, quod à sensu ratione alterius attingitur, nimis ratione sensibilis proprijs. Sed non ob aliud sensibile per accidentis nuncupari; quam propter rationes assignatas.

473 Contra hanc Conclusionem obiecies. Si sensibile per accidentis (substantia v. g.) nullo modo immutaret sensum externum, illi imprimendo speciem, sequeretur, quod nullo modo attingeretur à tali sensu; Consequens autem est falsum: ergo differentia, quim assignavimus, est nulla. Probatur Sequela. Illud enim à sensu

externo tantum attingitur, quod mediante specie immutat illum, quia, ut diximus Articulo præcedenti, sensus sunt potentiae passivæ media specie, quæ immittitur ab objecto: eō igitur ipso, quod sensibile per accidentis nullo modo immutet sensum externum illi imprimendo speciem, sequeretur, quod nullatenus ab ipso attingi posset.

474 Respondetur ne-gando Sequelam. Ad cujus probationem distingo Antecedens, à sensu externo tantum attingitur, quod mediante specie immutat illum, si attingatur per se, concedo. Antecedens, si per accidentis solum attingatur, nego. Antecedens, & Consequentiam. Substantia enim, quae est sensibile per accidentis, non per se & ratione sui à sensu exter- no, sed per accidentis tantum attingitur: ad quod non est necessarium, quod talen sensum immutet, illi imprimendo speciem, sed sat est, quod sensibile per se immutet eundem sensum per speciem, quam illi immittit. Quando autem Articulo præcedenti diximus, quod sensus externi sunt potentiae passivæ per ordinem ad objec- tum, de objecto per se, non verò de objecto per accidentis lo- quebamur.

475 Ex his infertur, quod licet substantia deficiat, quæ est sensibile per accidentis, potest eadem notitia intuitiva sensitiva respectu sensibilis per se, & proprijs remanere. Quarè eadem notitia

tia intuitiva sensitiva, quæ per sensum extrenum habetur de accidentibus Hostiæ consecratæ, post consecrationem perseverat, cōquod in illa remanent accidentia, quæ sunt sensibilia per se.

476 Si autem Inquiras, An eadem notitia intuitiva sensitiva respectu substantiæ panis, quæ per accidētū à sensu externo attingitur, etiam potest Consecrationem perseveret? Sati probabilitate dici potest talem tunc notitiam non dari, cūm substantia panis ibi non decur, sed conversa in Corpus Christi Domini supponatur.

477 Verosimiliter tamen responderetur quod remaneat eadem notitia intuitiva sensitiva: quamvis enim eadem substantia, propter assignatam rationem, in se ipsa non maneat, in accidentibus tamen, quæ manent, & sunt virtutes illius, virtualiter perseverat: quod sufficit ad ejus notitiam intuitivam sensitivam.

478 Tertia Difficultas est, An sensibile commune imprimat sensui externo speciem distinctam ab ea, quam ipsi imprimit sensibile per se? Pro qua.

479 Dicendum est sexto Sensibile commune talem speciem distinctam non immittere. Probatur primo, si sensibile namque commune hujusmodi speciem immitteret, sequeretur, quod potentia visiva v. g. diversis realiter actibus, ut sensibile commune, & sensibile per se attingeret. Indigeret hoc autem est falsum, siquidem

utrumque horum sensibilium eodem attingi actu per se constat: ergo sensibile commune non immittit speciem distinctam ab ea, quam immittit sensibile per se. Probatur Secundâ. Illud enim sensibile, quod immittit propriam speciem, diversum requirit actum ab eo, quo attingitur sensibile, quod immittit speciem alteram, ut constat inducitive per omnia sensibilia, quæ peculiarem speciem immittunt, discurrendo: ergo si sensibile commune & sensibile per se diversas species immitteret, non unico tantum, sed diversi realiter actibus attingerentur.

480 Secundò probatur Nam si sensibile commune immitteret sensui externo distinctâ speciem ab ea, quam immittit sensibile proprium, non ratione hujus, sed ratione sui attingeretur; hoc autem est falsum: ergo & illud, ex quo sequitur. Minor, & Consequens constant. Major vero vel Sequela probatur. Nam objectum immittens speciem alicui potentia attingi potest ab illa independenter ab altero: ergo si sensibile commune immitteret speciem distinctam ab ea, quam immittit sensibile proprium, non ratione hujus, sed ratione sui attingeretur.

481 Dicendum ergo est, quod sicut ex parte objecti sensibilis per se, sensibile commune se habet tamquam modus modificans ipsum, ut à sensu externo attingatur; ita ex parte speciei representantis sensibile per se datur etiam quidam modus realiter mo-

dificans ipsam speciem. Quid minimum censeri non debet: à pluribus enim Thomisti similes modi assignantur in speciesbus, quas habent Angeli, ut objectum futurum representent, quæ quidem illud representant quando est præsens ratione modi, quo denominantur representantes intuitivè & ratione alterius modi illud representant ut futurum, prout nimirum denominantur representantes abstractive.

482 Contra hanc tamen Conclusionem Argues primò. Species est idem in esse repræsentativo cum objecto; sed species immissa à sensibili proprio non potest esse eadem cum specie immissa à sensibili communi: ergo sensibile commune distinctam speciem immittere debet ab ea, quam immetit sensibile proprium. Probatur Minor, Nam sensibile proprium & commune, v. g. color, & figura essentialiter sunt diversæ; sed eadem species nequit esse essentialiter idem cum pluribus essentialiter diversis, alias dari posset æquivocatio in mente, quod repugnat ergo species immissa à sensibili proprio vel per se non potest esse idem esse repræsentativo cum sensibili communi.

483 Secundum. Nam species coloris qui est sensibile per se respectu visus solum representat colorē, non autem quantitatem, nec figuram, quæ sunt sensibilia communia: ergo dari debet distincta species, quæ hujusmodi sen-

sibilita communia repræsentet.

484 Responetur primo concessa Mjore, distinguendo Minorem, nequit esse idem cum sensibili communi talis species secundum se considerata, concedo Minorem, ut modificata, nego Minorem, & Consequentiam. Ad probationem Minoris distinguo Majorem sensibile proprium & commune essentialiter sunt diversa in ratione entis, concedo Majorem, in ratione objecti, nego Maj. & sub eadem distinctione Minoris nego Consequentiam, quamvis enim species repræsentans colorem ut sensibile per se non possit esse idem cum sensibili communi, si talis species secundum se consideretur, ut modificata tamen potest esse idem cum illo in esse repræsentativo. Licet autem sensibile commune & per se in esse entis essentialiter differant, hinc tamen non inferatur, quod detur æquivocatio in mente, hæc enim solum detur, quando species repræsentat plura ut adæquatè distincta, nullo autem modo ut convenientia.

485 Replicabis: Modus modificans speciem repræsentantē sensibile per se, vel est repræsentatio sensibilis communis, vel non? Si est repræsentatio sensibilis communis, erit distincta species ab specie sensibilis per se. Si vero non sit repræsentatio sensibilis communis, manifeste convincitur, quod species sensibilis proprijs non sit idem in esse repræsentativo cum sensibili communi, cuius contrarium in

Solutione tradidimus: ergo prædicta Solutio nulla est.

486 Respondetur quod ille modus modiacans speciem non est repræsentatio, sed modus modificans speciem repræsentantem sensibilem proprium. Ad id autem, quod infertur, scilicet talem speciem non esse idem in esse repræsentatio cum sensibili communi, facile respondetur non esse idem cum ipso ut objecto specificativo, esse tamen idem cum ipso ut modificante sensibilem proprium.

487 Secundo respondeatur ad primum Argumentum distinguendo Majorem species debet esse idem in esse repræsentatio cum objecto repræsentato specificativo concedo Majorem, non specificativo, nego Majorem, & concessa Minore, nego Consequentiam. species enim solum debet esse idem in esse repræsentatio cum objecto specificativo actu & potentia, non tamen cum illo, quod tantum est modificatio objecti specificativi, sicut est sensibile commune.

488 Nec hinc inferre licet, sensibile commune per se à sensu non attingi.

489 Non, inquam, hoc inferitur. Atingi enim per se, dupliter stare potest: primo ut objectum specificativum; secundo ut modus modificans ipsum, ad hoc autem ut aliquid tamquam modus tam modificans attingatur, non requiritur, quod species sit idem in

esse repræsentatio cum illo, sed sufficit quod si idem cum objecto specificativo, quod necessario cum tali modo conjungitur: cumque sensibile commune modificet objectum specificativum, vt dix mus, hinc eit, quod quamvis speciem distinctam non immitat, per se tamen attingatur.

490 Ad secundum Argumentum respondeatur ex dictis in utraque Solutione ad primum negando Antecedens. Quamvis enim sensibile commune non repræsentetur per speciem distinctam ad specie sensibili proprij, sufficit tamen ut repræsentetur, quod sit modus illius.

§. III.

Sessunda pars Articuli resolvitur.

491 **V**T ad secundam Articuli partem accedamus, An scilicet sensibile positum supra sensu iuxta ipsum? Vel (quod idem eit) Vtrum intercedere debet a iquid medians inter sensum externum & objectum sensibile, vt hoc possit attingi à sensu? Vel An possit objectum sensibile attingi etiam si immediate sic conjunctus cum sensorio, vel organo sensus?

492 Dicendum est ulti-
mo, sensibile positum supra sensum ipsum iuxdere, & ab eo non posse attingi. Hanc Conclusionem ex-
præsse docet Philosophus in hoc
libro textu 75. dicens: *Eadem*

autem ratio est, & de sono, & de odore. Nihil enim ipsum; angens sensorium, facit sensum. Sed ab odore quidem, & sono medium moverur; ab hoc autem sensitivorum utrumque. Cum autem super ipsum sensitivum aliquis apponit olens, aut sonans, nullum sensum facit. De talu autem & gustu habet se similiter.

493 Quæ verba sic explicat D. Thomas ibidem lect. 15. Offendit (inquit) quod similiter se habet in alijs sensibus, sicut in visu, & dicit, quod eadem ratio est ac sono, & odore, sicut & de colore. Nullum enim corpus sentitur, si non est organum sensus, sed ab odore & sono moverunt media, à medio autem utrumque organum, auditus scilicet, & olfactus. Sed cum aliquis ponit corpus odorans aut sonans super organum sensus, non sentitur. Id ipsum docuit Philosophus eodem libro textu 116. & D. Thomas ibidem lect. 23. Quem sequitur Cajetanus, Bañez, Complutenses & alij.

494 Probatur ratione. Nam sensus externi sunt aliquando immateriales, quia sunt potentiae cognoscitivæ aliqualiter supra materiæ conditiones elevate: ergo species intentionales, medijs quibus prædicti sensus attingunt objectum sensibile, debent esse immateriales, sicut & ipsi sensus. Atque species immateriæ ab objecto sensibili immediate posito supra sensum non sunt immateriales ut sensus: ergo tales species indigent aliquo

modo, quo cum sensu proportionantur, immaterial esque constituantur; ac proinde sensibile immatè possum supra sensum non potest attingi ab ipso sensu Major, & vtraque Consequentia constant.

495 Minor autem sub sensu mpta probatur. Species enim ut immaterialè prodit ab objecto est nimis crassa & materialis, quia objectū, à quo immittitur, cum sit sensibile, necessario est & materia: ergo dummodo nō detur medium inter sensum & objectum, in quo species à materialitate & crassitudine deparetur, non poterit talis species proportionari in immaterialitate cum sensu.

§. IV.

Solvuntur Argumenta.

496 **A**RGVITVR primò contra pœxcedentem Rationem. Nam à medio, quod intercedit inter sensum & objectum non potest provenire quod species sit ejusdem immaterialiter cum sensu: ergo Ratio nostre Conclusionis est nulla. Probatur Antecedens primò. Nam si à medio proveniret æqualis immaterialitas speciei cum sensu, sequeretur, quod si objectum sensibile esset maximè à sensu distans, species per acerim immisæ essent magis puræ & immateriales; Consequens autem est fallitur; ergo &c. Probatur Minor. Alias enim quod magis objectum à sensu distaret, eo meius ab

ab ipso attingeretur, quod experientia, ut constat, adversatur: ergo si à medio æqualis immaterialitas speciei cum sensu proveniret, species, quæ magis ab objecto distarent, magis puræ & immateriales essent.

497 Secundò probatur Antecedens. Contingere namque potest quod objectum sensibile sit subtile, medium autem nimis crassum & materiale: ergo à medio non potest provenire quod species sit ejusdem immaterialitatis cum sensu.

498 Tertio probatur Antecedens. Nam omnes species, quæ per medium deferuntur, sunt ejusdem naturæ & speciei: ergo etiam sunt ejusdem immaterialitatis: ergo species illa quæ immediate immittitur ab objecto sensibili, quæ est immaterialis ac illa, quæ per medium transit, & in sensu recipitur; ac proinde quod species sit ejusdem immaterialitatis cum sensu non potest à medio provenire.

499 Respondetur negando Antecedens, a cuius primam probationem, concessa sequela, neganda est Minor. Et namque ipso, quod species producuntur ab objecto sensibili in maxima distantia existenti respectu sensus, sunt maxime fabriles: objectum enim in tali distantia constitutum debilissimè operatur. Vnde sicut dicimus sensum externum non posse attingere objectum sensibile in tanta latitudine possumus sicut sensum, quia tunc species vel nullam, vel minimam ha-

bet immaterialitatem, ita asservimus objectum maximè remotum non posse à sensu attingi, quia species sit nimium debilis, & subtilis; sensus autem externi licet aliqualiter immateriales sint, simul tamen sunt materiales; unde species, quæ requirunt non debent maximè à materialitate depurari.

500 Ad secundam probationem Antecedentis dicendum est, quod licet medium sit nimis crassum & materiale; hoc tamen non obstante, ab illo potest provenire quod species conveniat in eadem immaterialitate cum sensu: eo namque ipso, quod medium detur, objectum ratione distantia magis subtiliter operatur, qua de causa species immaterialior redditur.

501 Ad tertiam ejusdem Antecedentis probationem distinguo Antecedens, sunt ejusdem naturæ, & speciei quoad substantiam, concedo Antecedens, quoad medium immaterialitatis, nego Antecedens, & Consequanciam. Quamvis enim omnes species immisæ ab objecto sensibili sint ejusdem naturæ quoad substantiam, eò quod omnes ipsum objectum representant; quoad medium tamen immaterialitatis sunt diversæ; species enim, quæ est ab objecto distantior, immaterialior est illa; quæ est objecto ipsi propinquior.

502 Pro penitiore autem hujus doctrinæ intelligentia notandum est, objectum distans immittere speciem in sensu, dupliser

stare posse. Primo taliter quod vna & eadē species immediate immis- sa ab objecto transeat ab vna ad alteram partem medijsque ad or- ganum sensus; quod tamen admitti nequid: ex illo namque sequitur, quod idem numero accidens, quale est species, possit migrare de sub- jecto in subjectum, quod repug- nat.

503 Secundò sic potes in- telligi, quod nimirum species im- mediatè procedens ab objecto qua- tenus est virtus objecti producat vnam speciem in vna parte medijs, & aliam in alia, & sic deinceps quo ad usque illa tanDEM, quæ in sensu imprimitur, producatur. Cum autem omnes hæc species in virtute ejusdem objecti causentur, illa erit purior & immaterialior, quæ ulti- matè ab illo producitur, cum enim sit magis distans ab objecto, minus de illius materialitate participat. In hoc autem sensu dicitur spe- cies per medium depurari, & ejus- dem immater alitatis cum sensu fie- ri, ut ab ipso objectum sensibile attingatur; quod tamen non con-tingeret, si hujusmodi objectum immediate in sensu poneretur.

404 A RGVITVR secundò contra eandem Ra- tionem. Quilibet causa materialis perfectior modo operatur in proprinquo quam in distans; sed objectum sensibile est causa mate- rialis speciei: ergo quod fuerit sen- su proprinquis, eo perfectius spe- ciem causabit in sensu; proindeque quamvis nullum detur mediū, po-

terit objectum sensibile producere talern speciem sufficientem in ma- terialitatem habentem, vt sensus sensationem eliciat.

505 Re pondetur concessa Majore, & minore, negando Con- sequentiam, quæ minime ex præmis- sis infertur, immo oppositum non obscure deducitur. Eo namque ipso, quod causa fortius agat in proprinquo, quam in distans, ne- cessarium est quod objectum sensibile cum sit materiale, immedia- te producens speciem, causet ipsam ut valde sibi similem, proindeque nimis materiale, & consequenter ineptam ut cum sensu proportione- tur, & ab ipso attingatur. Quare necessario requiritur medium, & distantia, ut species à materialitate depuretur, & sensatio eliciatur.

306 A RGVITVR tertio A cōtra Cclusionē per singulos sensus discurrendo. Sxpè namque ex perimur in visu, quod clavis etiam oculis splendorem quendam percipimus in ipsius oculis oberrantem: ergo quamvis sensibile ponatur immediate supra sen- sum, potest fieri sensatio.

507 Deinde, Nam Philoso- phus libro de sensu & Sensato do- cet, quod ipse seipsum videt oculis; & tamen oculus non distat à seipso: ergo distantia non requiri- tur, ut objectum sensibile à sensu percipiatur.

508 Præterea. Nam ipsum lumen per suam essentiam sine spe- cie conjungitur sensui, immo aer illuminatum conjungitur visui, quia

vt docet D. Thomas ex Philosopho loco proximè citato *lect. 5.* lumen, vt videatur, continuari debet usque ad interiorem partem oculorū, ubi residet visus: ergo sensibile immediatè positum supra sensum non impedit sensationem.

509 Id ipsum experimur in auditu. Si digitis namque aures cludamus, sonum quemdam audiimus, vt docet Philosophus in hoc *2. de Anima cap. 6.* & sepiissimè contingit, quod aer ille internus quandoque motus, & à vehementi fono percussus, intra aures sentitur, & myringen attingit.

510 Idem queque in odorata cōtingit. Sentiens enim odorem in naribus existentem, & fumifera odorabilium ad cerebrum usque pertingunt, & odorem, vt constat, faciunt.

511 In gustu etiam idem accidit, Nam res dulcis vel amara immediatè possita supra linguam, ubi residet sensus gustus, percipitur: ergo immediata sensibilis cum sensu conjunctio non impedit sensationem.

512 In tactu denique eadem sit experientia, Quoniam si ipsum sensorium tactus, seu caro, seu nervus ferro pungatur, maximus dolor tunc sentitur: ergo signum est quod sensibile positum super sensum non modò sensationem non impedit, se quod ad illam maximè conseruit.

513 Ad hoc Argumentum respondetur ex Magistro Bañez in *1. p. quæst. 78. Art. 3. dub. 6.* pri-

mò negando illam visionem esse realem, quando enim claudimus oculos, si oculis perfectè claudimus, nil videmus. Ma ergo visio non est vera, sed apparet ex spirituam concursu proveniens. Quemadmodum virga, cuius medietas est in aqua, cum sit recta, nobis tamen apparet tortuosa.

514 Secundò respondetur, quod lumen habet esse spirituale: & ideo non est eadem ratio de illo, ac de alijs objectis sensibilibus: hæc enim eaterus non possunt immediate à sensu percipi, quatenus carent spiritualitate, qua non caret ipsum lumen; unde hoc à sensu percipitur, quamvis ipsi immediate conjungatur.

514 Tertiò & melius respondetur lumen illud, quod est intra pupillam, non videri, sed qui inde emicat & ad extra diffunditur, sicut videntur aliqua animalia noctu oculis radiare, & fulgorē emittere. Lumen autem continua usque ad oculos non videtur ut immediatum est ipsi pupilla, sed vt est in medo, vel objecto aliquantulum distante: neque fulgor aliquis intra palpebras inclusus, sed alius extra existens; nam cum palpebrae non nihil habeant diaphanitatis, potest fulgor extrinsecus confusè videri, præsertim si sit vehemens.

516 Ad illud quod ex Philosopho adducitur *de Sensu & Sensato* responderetur negando oculum quando seipsum videt, à seipso non distare: distat enim vt effetus

Quia à causa: & quemadmodum nago oculi impressa in speculo distat ab oculo, sic fulgor ille emissus ab oculo, per quem oculus videt reflexe seipsum, distat ab ipso, ¶ Ad illud quod objicitur num. 508. constat ex dictis.

517 Ad illud verò, quod opponitur de auditu, dicendum est quod sensus ille non sit immediate in ipso sensorio auditus, sed in quibusdam concavitatibus auricula, quae aliquantulum distat à sensorio. De quo infra, cùm de ipsi sensu auditus differamus.

518 Eodem modo ad id, quod de odoratu objicitur, respondetur; odor enim, qui immediate tangit carunculas, in quibus potentia odorativa subjectatur, non sentitur, sed necessaria est quædam distantia.

519 Similiter respondetur ad id, quod opponitur de gustu. Nam vapor dulcis vel amarus non tangit immediate nervum, in quo residet sensus gustus, sed prius per carnem spargitur, quæ est medium: deinde transeat ad nervum & sit sensatio. Vnde non insertur quod sensibile immediate ponatur supra sensum ita ut ab ipso sentiri possit.

520 Ad id tandem, quod de tactu objicitur, eadem doctrina respondetur, quod quando caro pungitur, sentitur quidem dolor; caro autem non est sensorium tactus, sed nervus sub carne positus. Qued si sensibile immediate tangit ipsum nervum ubi residet sen-

sorium; tunc illa pars, qua immediate afficitur sensibili, non sentit, sed pars tantum, que fuerit tali nere proximior.

ARTICVLVS III.

Qualiter vehemens sensibile lèdat, aut corrumpat sensum exterritum;

§. I.

Titulus explicatur, & Conclusio stabilitur.

521 **I**N hac Difficultate vnu supponimus, & aliud inquirimus. Supponimus quidem ut certum vehemens sensibile per se pote lèdere sensum: quod & experientia sua et, & Aritoteles docet in hoc libro textu 123. & omnes illius Interpretes. Si enim Sol inconveniente spiciatur, non solum in visus lèditur, sed aliquando quoque corrumpitur. Vnde ferunt Dionysium Siciliæ Tyrannum plurimos ex tenebricoso carcere repente in splendidissimum lumine eductos occidisse.

522 Difficultas ergo est, quomodo fiat hæc lèso vel corruptio? An scilicet fiat à sensibili quatenus est agens naturale, an vero prout est agens intentionale? Et hoc dupliciter. An per solam impressionem specierum, an per ipsam sensationem, quæ medijs illis species elicitur?

523 Nostra Conclusio est sensum lædi à vehementi sensibili non solum ratione specierum, quas ut agens intentionale imprimet sensui, sed etiam ratione sensationis, quæ à sensu medijs illis speciebus elicetur. Conclusio hæc quoad primâ partem est expressa Philosophi textu proximè citato per hæc verba: *Manifestum autem ex his, & propter quid sensibilium excellentie corrumpunt sensitiva. Si in que sit fortior sensitivo motus, solvitur ratio. Hoc eten erat sensus, sicut symphonia, & tonus, percussis fortiter cordis.*

524 Quæ verba Philosophi sic explicat Div. Thomas ibidem, lect. 24. Dicit, quod manifestum est ex predictis propter quid excellentia sensibilium corrumpat organa sensuum. Oportet enim in organis sentiendi ad hoc quid sentiatur, esse quamdam rationem, id est, proportionem, ut dictum est. Si ergo motus sensibilis fuerit fortior, quam organum natum sit pati, solvitur proportio, & corruptitur sensus, qui consistit in quadam proportione organi, ut dictum est. Et est simile, sicut cum aliquis fortiter percūit chordas, solvitur symphonia, & tonus instrumenti, qui in quadam proportione consistit. Idem docet ipse Philosophus, 3. de Anima, textu 143. & D. Thomas, ibi lect. 2.

525 Deinde probatur ratione ex vitroque communi Magistro desumpta. Illud, quod est alicui innaturale & impropositio-

natum, non potest non ipsum lædere; sed vehementis sensibile est innaturale, & improportionatum sensui: ergo species, quam vehementis sensibile imprimet sensui, non potest non lædere sensum. Major, & Consequentia constant. Minor autem probatur. Illud enim, quo aliquid molestatur, non potest non esse illi innaturale; sed experientia competitum est sensum per speciem vehementis sensibilis molestari, ut inductivè constat per omnes sensus discurrendo: ergo vehementis sensibile est innaturale & improportionatum sensui.

526 Confirmatur primò. Objectum namque sensibile secundum extrema contristat, secundum media vero deleat: quo circa color viridis inter omnes est gratissimus oculis, juxta illud Ecclasiastici 40. Gratiam & speciem desiderabit oculus tuus, & super hac virides fationes, quod alia de causa non contingit, nisi quia hujusmodi color in medio consistit exterorum, ut docet Aristoteles se t. 32. Problem. quest. 4. 4. Seu vehementis sensibile est extrellum: ergo species illius sensui applicata, ipsi contristat, & lædit.

527 Confirmatur secundò exemplo, quo Philosophus, & Div. Thomas videntur. Sensus enim est veluti quædam symphonia quadam habens proportionem cum objecto sensibili; sed symphonia vehementer pulsata corruptitur, ergo sensus à vehementi sensibili læditur.

538 Qnoad secundam
verò partem probatur Conclusio.
Quandocumque enim forma ali-
qua lædit subjectum , in quo reci-
pitur, operatio talis formæ non po-
test non ipsum lædere : vnde quia
aquam lædit calor , non potest ip-
sam non ledere calefactio . sed spe-
cies vehementis sensibilis lædit sen-
sum , vt in prima Conclusionis par-
te probavimus : ergo sensatio etiā,
quæ est operatio tali speciei corre-
pondens, lædit ipsum.

529 Confirmatur pri-
mò. Nam sensatio , vel perceptio
vehementis sensibili molestiam
causat vt contingit quando splen-
didissimam lucem vidimus , aut
maximum tonitruum audimus : er-
go sensatio hæc est contra naturam
sensus; proindeque lædit ipsum.

530 Confirmatur secun-
dò. Quando sensus majorem con-
atum adhibet , quam illius connaturalis
operandi modus exigit , non
potest , non lædi & fatigari ; sed
quando vehementer elicit sensa-
tionem , majorem conatum adhi-
bet , quam illius connaturalis mo-
odus exigit: ergo in hujusmodi sen-
satione fatigatur & læditur.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

531 **A**RGVITVR primò.
Nam agens per actionem
quodammodo spiritualem nō
corruptit passum , hujusmodi
quippe actio nō est alteratio cor-

ruptiva , sed potius perfectiva , vt
debet Aristoteles in hoc libro ; cap.
5. rectiu 58. sed objectum sensi-
bile prout est agens intentionale
agit per actionem quodammodo
spiritualem : ergo quantumvis sit
vehemens , sensum non lædit , aut
corrumptit.

532 Confirmatur pri-
mò. Si excellens namque sensitile
corrumperet sensum , hoc esset per
species , quas immittit ; sed species
sensibiles , quæ existunt in sensu ,
non possunt corruptere sensum ;
ergo excellens sensitile non potest
lædere sensum. Probatur Minor.
Nam species prout in sensu habent
esse intentionale; esse autem inten-
tione , cum sit debiliissimæ enti-
tatis , non potest eam habere acti-
vitatem , quæ sensum lædat , aut
corrumpat , vt docere videtur D.
Thomas 1. part. quæst. 67. artic. 3.
& 2. Sentent. dist. 13. artic. 3.
ergo , &c.

533 Confirmatur secun-
dò. Quia potentia , quæ respicit
adæquatè aliquod objectum vt sui
perfectivum , respicit totam la-
titudinem objecti vt perfectivam ;
sed sensus v. g. visus respicit colo-
rem adæquatè , color enim est ejus
objectum adæquatum : ergo respi-
cit omnem gradum coloris vt sui
perfectivum ; & consequenter ab
excellenti sensibili non corrumpi-
tur , eo quod intra latitudinem suu
objecti continetur.

534 Ad hoc argumen-
tum responderetur primò distingué-
do Majorem , non corruptit per se
pas-

passum , concede Majorem , illud per accidens non corruptit , nego Majorem , & concessa Minore , distinguo Consequens , non lædit , aut corruptit per se sensum , concedo Consequentiam , per accidens , nego Consequentiam . Immutatio enim realis , & alterativa in hoc ab immutatione intentionalis distinguuntur , quod illa est per se corruptiva , eò quod est de contrario in contrarium & per abjectionem formæ oppositæ , vt calefaction per abjectionem frigiditatis & receptionem caloris . Immutatio autem intentionalis est per se quidem perfectiva , quia est per se productiva formæ absque abjectione contrarij . Quando enim albedo v. g. causat sui speciem in medio , vel in sensu , vel in speculo , nulla ibi forma abiecitur qua de causa immutatio intentionalis per se dicitur perfectiva .

555 Ex hoc tamen non infertur , quod per accidens corruptiva non dicatur , ratione siquidem excellentiæ potest debitam sensus dispositionem immutare , qui adeò excellentis formæ tantæque immutationis non est capax . In præsenti autem hoc contingit : immutatio enim intentionalis , quæ sit à vehementi sensibili , non est proportionata cum sensu ; ideoque per accidens illum lædit , nam forma , quam introducit , passivi proportionem excedit .

536 Secundò respondeatur , quod sensibile ratione specierum , præfertim cum est excellens , non solum agit actione spi-

rituali , sed etiam naturali : siquidem species illæ habent etiam aliquod esse naturale , & sunt divisibles & corporeæ , ratione cujus esse naturalis possunt earum suscepitum , nempè sensum , naturali immutatione transmutare , proindeque ipsum lædere & corruptere . Per quod constat ad primam Confirmationem .

537 Ad secundam respondetur primò , quod quanto aliiquid magis participat rationem objecti potentie ratiæ est magis cognoscibile à tali potentia quantum est ex se ; per accidens tamen potest illa corrumpere , in quantu nimis dicit improportionem cum organo talis potentie , eo namque ipso quod illi improportionetur , necessariò sequitur quod lædatur .

538 Secundò & melius respondetur Majorem esse falsam , Quod enim potentia est organica non respicit absoluē totam latitudinem objecti ut perfectivam sed cum quadam , vt diximus proportione , quam si objectum sensibile excedat , necessariò lædetur sensus , ut satis probatum manet .

539 **A** RGVITVR secundò . Sicut se habet intellectus ad intelligibile , ita sensus ad sensibile ; sed intellectus non corruptitur ab excellenti intelligibili ; ergo nec sensus à vehementi sensibili . Major videtur certa . Minor autem docetur à Philosopho , 3. de Anima , texeu 5 .

540 Confirmatur . Nulla enim res læditur , aut corrupti-

per receptionem illius, ad quod est in potentia naturali; sensus est in potentia naturali ad sensibile, & ejus species: ergo per receptionem speciei praedicti sensibilis non laeditur, aut destruitur.

541 Respondeatur ad Argumentum negando Majorem, Non enim est eadem ratio de objecto intellectus, ac de objecto sensus: objectum enim intellectus est omnino spirituale, objectum vero sensus est materiale; vehemens autem materiale laedit sensum. Praterquam quod dici posset quod intellectus ad magna intelligibilia capienda indigeret aliquo confortante: & ideo ad videndum Deum ponimus in intellectu Beati lumen gloriae. Et Philosophus, i. Metaphysic. docet, quod intellectus noster ad intelligentias substantias separatas se habet, ut noctua ad videndum lumen solis.

542 Ad Confirmationem responderetur negando Minorem. Sensus enim non est in potentia naturali ad vehemens objectum sensibile, vel speciem illius, sed ad objectum tantum proportionatum, & speciem ejus, alias ad sui ipsius lesionem, & corruptionem inclinaretur, quod repugnat.

543 Dices: Sensus nulla indiget elevatione, aut superaddita sibi virtute, ut vehemens sensibile attingat: ergo potest connaturaliter illud attingere. Antecedens supponitur, & Conse-

quentia probatur. Intellectus enim omne illud connaturaliter attingit, ad quod elevatione non eget: ergo si sensus non indiget elevatione ut vehemens sensibile attingat, poterit connaturaliter illud attingere.

544 Respondeatur concessu Antecedenti, negando Consequentiam. Quamvis enim sensus nulla indigat elevatione ad vehemens sensibile attingendum, inde tamen non colligitur posse illud sine lesione attingere, ergo namque & maxima cum difficultate attingit illud, ut satis supra, & experientia, & ratione probavimus. Ad probationem Consequentiae concessu Antecedenti, neganda est Consequentia ob manifestam discriminis rationem. Intellectus enim, cum sit potentia purè spiritualis, nullam in suis operationibus defatigationem patitur, aut molestiam, unde idem omnino est posse intellectum aliquid absolute, ac posse illud connaturaliter, & sine molestia facere. Sensus vero est potentia corporea; potentia autem corporea in suis operationibus, præsertim si sint nimis fatigatur. Quare ex eo, quod non indigat elevatione ad vehemens sensibile attingendum, non infertur per ejus attingentiam non laedi, & fatigari.



ARTICVLVS IV.

*Vtrum sensus externi decipi posse
sint circa propria objecta & refe-
ri supra suos actus?*

§. I.

*Vtraque pars quesiti resolvi-
tur.*

545 **C**VM objectum sensus externi sit triplex, vt supra vidimus, nimirum sensibile proprium, commune, & per accidens, de omnibus illis inquirimus, an circa illa sensus decipientur. Cumque deceptio sit error & falsitas, eodem modo, peterit in sensibus falsitas reperiendi, quo in ipsis potuerit veritas dari. In sensibus autem non poterit veritatem compositionis, & divisionis, hoc est attribuendo praedicatum subiecto per enuntiationem de illo affirmativam, vel tale praedicatum, negando per enunciationem negativam, hoc enim tantum ad intellectum pertinet, immo non ad quamlibet eius operationem, sed solum ad judicium, in quo dumtaxat datur compositio & divisio; unde in sensibus tantum potest dari veritas apprehensiva, quæ consistit in conformitate representationis ad rem representatam, & falsitas apprehensiva, quæ hujusmodi conformitatem non importat. Hoc supposito, sit

546 *Prima Conclusio. Sen-*

fus non decipitur per se circa sensibile proprium, sive in communione, sive in particulari sumptum. Circa sensibile vero commune, & per accidens potest sensus per se decipi. Cœlum quoq[ue] partem est communis, & expresa Philosophi, in hoc libro, texis. 16 r. quem sequitur D. Thomas ibidem, lect. 5. Et quidem sensum circa sensibile proprium in communione nulli, certum est: Neque gustus enim potest percipere nisi sapidum, neque visus potest nisi coloratum attingere.

547 Quod autem nec circa speciales rationes possit sensus per se decipi, sic probatur. Quia visus v. g. per se est coactus non solum cum colore ut sic, sed etiam cum speciebus in quibus ratio communis coloris reperitur quæcumque enim aliqua potentia, vel scientia aliquam rationem communem specificativam per se respicit, per se etiam ad differentias illius rationis communis comparatur; sed qualibet species coloris per se habet mouere visum secundum quod tali color est in seipso; mover enim per speciem propriam, quæ est naturalis image & similitudo formalis objecti: ergo sensus per se circa sensibile proprium, sive in communione, sive in particulari sumptum non decipitur.

548 Confirmatur primum, Quia ut docet D. Thomas, 1. part. quest. 85. artic. 6. sic se habent sensus circa sensibilis propria, sicut

15 in

intellectus circa prima principia; sed intellectus per se circa prima principia non fallitur: ergo nec sensus per se circa propria sensibilia decipiuntur.

549 Confirmatur secundò. Experientia namque comperimus, quod numquam oculus apprehendit aliquid esse colorem, nisi sit verus color, nec auditus apprehendit aliquid esse sonum, nisi sit verus sonus, quod idem de alijs sensibus est dicendum, alijs enim quaelibet potentia extra latitudinem sui objecti ferri posset: ergo sensus circa proprium sensibile, per se, sive in communi, sive in particulari non fallitur.

550 Si per accidens vero aliquando decipitur, ex defectu triplicis conditionis exoritur. Prima est, quod sensibile sit debitè applicatum sensui: Defectu cuius Sol pedalis tantum nobis appareat, cum longè major sit terra. Secunda, quod organum sit bene dispositum, non autem depravatum, ratione causis defectus febri cibantium gustui dulcia videntur amara, eo quod eorum lingua malignis humoribus est repleta. Tertia est, quod medium sit depuratum, & verè diaphanum: quapropter videnti per vitrum viride, omnia viridia esse videntur: ergo decipi per accidens sensum circa proprium sensibile, ex defectu unius, vel alterius, vel harum omnium conditionum ortum ducit.

551 Quoad secundam partem probatur eadem Conclusio.

Non enim ob aliam rationem sensus extertus non potest circa sensibile proprium per se decipi, nisi quia cum illo & cum specie, per quam illud cognoscit, coaptatur; sed hæc ratio in sensibili communi & per accidens non currit: ergo sensus externus potest circa sensibile commune &, per accidens per se decipi.

552 Secunda Conclusio. Sensus externus licet virtualiter, & in actu exercito reflectat supra suos actus, formaliter tamen & in actu signato non reflectit. Quicad primam partem probatur Conclusio. Virtualiter enim & in exercitio reflectere supra actum nihil aliud est, quam aliqualiter cognoscere illum elicere; sed sensus externus quando elicit actum, quodammodo advertit se illum elicere, vitaliter enim illum elicit, & non modo inanimato: ergo virtualiter saltem, & in exercitio reflectit supra ipsum.

553 Quoad secundam verò partem, in qua major est difficultas, sic probatur. Nam sensum externum attingere reflexè formaliter, & in actu signato suum actum, est illum per diversum actum attingere taliter ut aëtus attactus se habeat ut objectum; sed sensus externus non potest hoc modo attingere suum actum: ergo sensus externus nequit supra suum actum formaliter, & in actu signato reflectere. Probatur Minor. Nulla enim potentia potest reflexè formaliter attingere suum actum ut

objectum quin talis actus participet rationem formalem specificativam objecti ; sed actus sensus externi rationem formalem specificativam objecti ipsius non participat : ergo sensus externus non potest attingere suum actum reflexè formaliter. Probatur Minor. Quia objectum specificatum visus est lucidum coloratum ; sed actus visus non est coloratus aut lucidus : ergo actus sensus externi non participat rationem formalem specificativam talis sensu.

554 Secundò probatur eadem secunda pars Conclusionis. Quoniam attingere ut quod , vel ut objectum formaliter , & in actu signatio actum sensus externi , pertinet ad sensum communem , tamen de objectis , quam de actibus sensuum externorum jūdicantem : ergo hoc modo prædictum actum attingere non pertinet ad sensum externum.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

555 **A**RGVITVR primè contra primā partem prime Conclusionis. Quia potentia visiva v. g. potest attingere quod non est coloratum , ac si esset ; sed tunc fallitur circa proprium objectum in communi , tunc enim verum colorem , qui est proprium & specificativum ipsius objectum , non attingit : ergo sensus externus circa proprium ejus objectum in communi sumptum falli

poteat. Probatur Major. Nam visus videt in Iride & in collo columba colores ; & tamen nec in Iride , nec in collo columba veri colores reperiuntur : ergo potentia visiva potest attingere , quod non est coloratum , ac si esset.

556 Respondetur quod si loquamur de fallacia , seu falsitate formalis , hæc in tali casu non datur : Quamvis enim potentia visiva attingat tunc quod non est coloratum ac si sit , rei tamen non coloratae colorem non attribuit. Quia de causa communiter doceatur in Logica , quod intellectus in formatione entis rationis non fallitur , quia scèt cognoscat rei aliter , ac est in se , rei tamen , quem sic cognoscit , non attribuit tale esse.

557 Si vero loquamur de falsitate sumpta propter præcisè est attingentia rei non propter est in se , sed aliter ac est in se , quatenus de illa loquimur in præsenti. Respondetur negando Majorem. Ad cujus probationem neganda est Minor. Quamvis enim (ut in Logica diximus Libr. 2. Quest. 2. Articul. 1. numer. 154.) colores , qui apparent in Iride (& idem dicendum est de ijs , qui videntur in collo columba) apparentes dicantur ex eo , quod ex permixtione primarum qualitatum non resultant , non tamen dicuntur apparentes , quia nona sint veri colores & reales : ex refractione quippe lucis & Solis efformentur.

558 Ad probationem Majoris dicendum est objectum specificativum visus non esse lucidum coloratum propter luci contraponitur, sed propter cum ipsa luce converitur. Cum autem illi colores aliquid de luce participant; hinc est quod ad objectum potentia visiva pertineant; preindeque talis potentia in illorum attingentia non fallatur.

556 **A** RGVITVR secundò contra secundā partem ejusdem primæ Conclusionis. Quādo sensus externus recipit speciem eo modo, quo eam immittit sensibile proprium, non fallitur in attingentia obiecti media tali specie; sensus enim solum potest verè de suo obiecto judicare per speciem ab illo immissam; sed sensus externus nunquam aliter suum obiectum attingit, nisi per speciem, quam ipsi immittit sensibile proprium: ergo sensus externus circa sensibile proprium non solum per se, sed neque per accidens fallitur. Probatur Minore, Nam potentia passiva qualis est sensus externus; eo modo recipit formam, quo agens inducit illam; ergo sensus externus eo modo attingit suum obiectum per speciem, quo eam recipit à sensibili proprio.

560 Respondetur negando Minorem. Ad cujus probationem d'linguo Antecedens, eo modo recipit formam quo agens inducit illam, si adsint conditiones superioris assignatae, concedo Antecedens, si non adsint, nego An-

tecedens, & Consequentiam. Multoies enim potentia passiva non recipit formam ab agente producetam eo modo, quo ab ipso producitur, propter indispositionem ipsius potentiae vel medijs. Vnde quādo organum sensus externi est indispositum vel medium infectum, tunc sensus externus non recipit speciem eo modo, quo immittitur ab objecto: & ideo circa sensibile proprium potest per accidens falliri, ut constat exemplis, quæ in probatione Conclusionis adduximus.

561 **A** RGVITVR tertio contra ultimam partem primæ Conclusionis. Nam si organum sensus externi non sit indispositum, nec medium infectum, predictus sensus, nec circa sensibile commune, nec circa sensibile per accidens fallitur: ergo sensus externus nō fallitur per se circa sensibile commune, nec circa sensibile per accidens. Probatur Antecedens, Quoniam eadem specie, qua representatur sensibile proprium, repræsentatur etiam sensibile commune & per accidens: ergo sicut sensus externus non per se, sed tantum per accidens fallitur circa sensibile proprium, ita circa sensibile commune & per accidens, non per se, sed tantum per accidens fallitur.

562 Respondetur negando Antecedens. A cujus probationem dicendum est, quod quavis eadem specie, qua sensibile proprium representatur, sen-

fibi-

sibile etiam commune & per accidens repræsententur, longè ramen diverso modo: nam sensibile proprium perse primo repræsentatur in specie: sensibile verò commune per se secundo, & in ratione sensibilis proprii. Sensibile denique per accidens repræsentatur omnino per accidens. Vnde quamvis nulla sit indisposicio in organo, *ne* in medio, si ca sensibile commune & per accidens potest sensus externus per se falli, sò quod in specie non repræsentatur perse primò, cuius oppositum circa sensibile proprium opposita de causa contingit.

563 **A**RGVITVR quarto ad Persuaderendum sensum externum circa nullum objectum falli posse. Si enim si ca aliquid objectum posset falli, posset etiam formare ens rationis; sed hoc est contra id, quod in Logica loc citato diximus: ergo sensus externus circa nullum objectum falli potest. Probatur Major, Tunc enim sensus externus attinge et quod non est ac si esset; hoc autem est facere ens rationis: ed igitur ipso, quod sensus externus circa aliquid sensibile falli posset, ens rationis effimerat.

564 Quamvis hoc Argumentum facili solutum marcat ex ijs, que citato loco docuimus; vberioris tamen doctrinæ gratia Notandum est dupl. citer posse sensum ex externum circa suum objectum, sive illud sit sensibile pro-

prium, sive commune, sive per accidens, falli. Primo occasionaliter, quatenus nimis rūta talis sensus præbet occasionem intellectui, ut fallatur: sicut quando visus cernit aurichalcum, præbet occasionem intellectui, ut existimat esse verum aurum; in hoc tamen visus formaliter non fallitur eò quod tantum attingit verum illum colorem, qui in aurichalco reperitur.

565 Secundo potest intelligi quod sensus externus formaliter & apprehensive fallatur quod adhuc duplicitate potest evenire. Primo positivè per hoc quod sensus attingat ré aliter ac est: quo modo non potest sensus externus falli alias enim posset ens rationis efficere. Secundo negativè, attinendo scilicet objectum non secundum proprium quem habet in se, sed secundum quod repræsentatur in medio; ut quando videretur objectum rubrum per vitrum viride, tunc enim quamvis objectum non secundum quod est in se pro videatur, non tamen fallitur sensus positivè, qui videt tale objectum secundum quod repræsentatur in medio; in medio autem verè repræsentatur ut viride. Nec sensus curat an objectum illud sit rubrum dicere, sed illud tantum prius ipsi repræsentatur attingere. Vnde non infertur quod sensus exterius possit ens rationis efformare: ad hoc enim necessarium requiritur, quod ens fictum an eò, quod non est fictum, discernatur. Ex quibus ad Argumentum in fer-

forma respondetur negando Majorē. Ad cuius probationem neganda est etiam Major.

566 **A**RGVITVR quinto contra secundam Conclusionem. Nam D. Thomas q̄est. i. de verit. art. 9. docet. quod sensus reddit ad se; licet non reditione completa quia nimis cognoscit actum suum, non autem essentiam suam. Idem docet 5. de Anima lect. 2. & Aristoteles ibidem textu 138. proponens hoc Argumentum: Visu non sentimus nisi colorem; sed visio non est color: ergo non videmus nos videre; Respondet, quod etiam visu discernimus rem non coloratam, ut cum percipimus tenebras, quia licet visio non habeat colorem in esse naturali, habet tamen illum in esse intentionalī, eō quod sensus & sensibile sunt idem. Sentit ergo Philosophus quod sensus cognoscit actum suum; & consequenter quod potest reflectere supra ipsum.

567 Deinde probatur ratione, Quia aliquis debet dari sensus, qui possit reflectere supra se: experientia quippe comperimus, quod nos sentire sentimus: ergo vel hoc sentimus per eundem sensum, vel per alium? Si dicatur primum, habetur intentum, scilicet quod sensus reflectat supra suum actum. Si vero secundum afferatur, idem de illo alio sensu inquiretur, An nimis per seipsum, vel alium sensum cognoscat suum actum? & idem de alio, &

sic in infinitum; processus autem in infinitum dari nequit: ergo deveniendum tandem est ad aliquem sensum, qui reflectat supra suum actum; ac proinde sensus externus potest supra suum actum reflectere.

568 Respondetur primō juxta superius dicta, quod quando Philosophus & Angelicus Doctor afferunt sensum supra se reflectere, & ad seipsum imperfecte, vel incompletē redire, loquuntur de reflexione virtuali & in actu exercito, non vero de reflexione formalī & in actu signato. Sensus enim non cognoscit per alium actum suum actum ut objectum, sed per eundem exercitē cognoscit se cognoscere, quod est imperfectē reflectere.

569 Secundō responderetur, quod quando Philosophus & D. Thomas afferunt sensum redire imperfecte & incompletē ad suum actum, non loquuntur praeceps de sensu externo, sed de sensu prout omnes sensus internos & communem amplectitur. De sensu autem sic accepto verum est reflectere & redire ad suum actum, licet enim hec non fiat per sensum externum, fiat tamen per internum.

570 Ad illud, quod ratione arguitur, respondetur sensum externum per seipsum reflectere supra suum actum modo dicto. Nec infertur dari processum in infinitum in sensibus internis. Non quidem in homine, in quo devenitur ad intellectum omnes actus

actus sensuum interiorum cognoscunt. Nec in brutis, hæc namque per sensus internos non cognoscunt reflexe suos actus, sed per instinctum naturale operantur. Sensationes tamen eternas apprehendunt, illis enim indigent, ut quæ presumunt inquirant, & quæ sunt nociva refugiant.

571 **A**RGVITVR sexto contra eandem Conclusionem. Objectum actus, & ipse actus non possunt esse unum & idem, actus enim est tendentia ad objectum, idem autem non potest tendere in se ipsum: ergo eadem actus, quo sensus attingit objectum, non potest attingere suum actum, quod idem omnino est, ac non posse reflectere supra ipsum. Patet Consequentia, Alias enim idem actus simul haberet rationem actus & objecti.

572 Ad hoc argumentum respondetur etiam ex dictis concessio Antecedenti intellecto de objecto propriè tali, & negando Consequentiam. Quando enim potentia cognoscitiva reflexione tantum virtuali & in actu exercite reflectitur supra suum actum, tunc talis actus non proprio, sed impro priè duntaxat habet rationem objecti; hoc autem modo inconveniens nullum est quod actus habeat objecti rationem. Objectum verò propriè tale, & ut quod attactum realiter ab ipso actu distinguitur: & ideo unus & idem actus nequit esse simul actus & objectum ut quod attactus.

572 Et quidem si quidquam hoc Argumento convincitur, convincitur utique, neque intellectum posse virtualiter & in actu exercito reflectere supra suum Actum, idem enim: on potest seipsum habere pro objecto; at qui dicendum non est intellectum non posse, in exercito saltem, supra suum actum reflectere: ergo quod sensus externus reflectat supra suum actum virtualiter & in exercito, nullum debet inconveniens reputari.

574 **A**RGVITVR ultimè contra eandem Conclusionem. Aliquando enim contingit visum videre absque eo, quod in exercito percipiat se videre, quod ipsa experientia contat, cum sine aliqua advertentia defixis in aliquam partem oculis inueniatur, quod vulgo dicitur: Estar embelesado: ergo sensus externus, qualis est vius, nec virtualiter in exercito reflectitur supra suum actum.

575 Respondetur primo omittendo Antecedens, & negando Consequentiam. Non enim in Conclusione non asserimus, quod sensus externus in omni actu, quem elicet, reflectat supra ipsum: unde quanvis sensus externus non semper reflectat supra suum actum, nil contra nostram Conclusionem interfert. Secundo responderi potest negando Antecedens. Nam visus etiam in illo est: suam habet virtualiter & in exercito reflexionem. Quando autem dicimus hominem sic videntem nil advertere, quod

quod melius Hispanice exprimitur,
Estar embelesado, ideo dicimus,
quia nulla tunc datur ex parte in-
tellectus advertentia, sed homo
quasi brutum in tali casu se habet,
& quasi illud objectum non vide-
ret.

ARTICVLVS V.

*Qua ratione insinuus probetur sen-
sus externos esse quin-
que?*

f. I.

*Quibusdama presuppositis. Ratio
D. Thome præferrerat.*

476 **I**N hac Difficultate aliud supponimus, & aliud inquirimus: supponimus enim pri-
mo cum Philosopho hic *textus* 128. sensus externos tantum esse quinque: *nam*, quia veritas hæc à nemine, quem viderim, ne-
gatur. *Tum etiam*, quia ipsa expe-
rientialia constat. *Tum denique*, quia id ostendit Origine. Homilia 3. in Leviticum, Augustinus de quanti-
tate Animæ cap. 23. Ambrosius lib. 6. Examen. cap. 9. Gregorius Magnus. Homilia 17. in Ezechie-
lem, ante quos omnes Cicero horum sensuum distinctionem & nu-
merum lib. 2. de Natura Deorum elegansime declaravit.

477 Secundo supponen-
dum est sensus externos esse poten-
tias passivas, patique ab objectis
non solum immutatione naturali

& sensibili, sed etiam immutatione intentionalí, quatenus objecti im-
mittunt speciem representativam
ipsis sensibus, ut supra probavimus
Articulo 1. hujus Quæstionis. His ergo suppositis.

578 *Alij*, quos suppresso nomine refert D. Thomas 1. p. quæst. 78.. art. 3. in corpore numerum quinque sensum exter-
num ex numero organorum deducere conabantur; cum autem orga-
na sensuum exterorum sint tan-
ta quinque; hinc demonstrari putabant quinque tantum esse sen-
sus externos. *Alij* vero sensus ex-
ternos esse quinque contendebant,
quia media conjuncta cum sensu, vel extrinsece mediantia in-
ter sensum & objectum quinque
tantum modis contingere posse ju-
dicabant.

579 Horum tamen ratio-
nes non approbat loco citato D. Thomas; eo quod sensus externi non sunt propter organa in quibus resident, nec propter media me-
diantia inter ipsos & objecta, sed potius è converso organa sunt propter sensus ut ipsis deserviant,
& media diversa dantur, ut sensus suas elicant sensations. Cujus Do-
ctrinæ ratio ea est, Quia nimirum natura nūquam ordinat id, quod magis perfectum est, ad id, quod est minus perfectum; sed sensus magis perfecti sunt quam organa
& media. sensus enim aliquid de immaterialitate participant, organa vero & media sunt omnino ma-
teriali: ergo sensus non sunt pro-
pter

ter organa, & media, sed organa, & media propter sensus: ac proinde ex diversitate organi & medii non colligitur diversitas sensuum à priori, sed ad summum à posteriore deducitur. His ergo probandi modis rejectis, vel in sua probabilitate rejectis.

§80 Efficax ratio D. Thomæ ex ipso, loco citato desumpta sic formatur. Nam diversitas sensuum extēnorū desumitur ex objecto ut est immutativum ipsum; sed quinque tantum medis potest objectum sensibile sensus extēnres immutare: ergo sensus extēni sunt tantum quinque. Major constat ex dictis supra Quest. 2. Art. 3. & Quest. 4. Art. 1. Minor autem probatur. Quia objectum sensibile vel potest immutare sensum extēnum immutatione tantum spirituali immittendo species; & per ordinem ad objectum sic immutans constituitur sensus visus. Vel potest in objecto sensibili inveniri simul immutatio spiritualis & simul naturalis. Hæc autem immutatio duplè potest se habere. Primo ex parte objecti secundum locum, vel secundum alterationem: secundò ex parte organi sensus. Si talis immutatio se habeat ex parte objecti secundum locum, circa objectum sensibile sic acceptū versatur sensus auditus: nam sonus, qui est objectum talis sensus, minimè potest reperiri, nisi decur percussio duorum corporum, quæ sine motu locali dari nequit. Si autem immutatio objecti sensibilis sit secundum

alterationem, tunc illud est objectum sensus oderatus: odor enim, qui est objectum hujus sensus, ut sentiatur, necessarium est, quod per calorem alteretur, alijs enim odorem non spirabit.

§81 Si verò immutatio spiritualis, & simul naturalis in objecto ex parte organi se habuerit, circa tale objectum sic immutans versatur sensus gustus & tactus, necessarium est enim quod organa horum sensuum materialiter suo objecto sensibili coniungantur (quamvis inter sensum & objectum aliqua semper debeat distantia intervenire, ut diximus supra Artic. 2. §. 3.) unde manus tangens calidum sit calida, & lingua per humiditatem saporum humectatur: ergo organa tactus & gustus immutatione sensibili & naturali à suis objectis immutantur. Sed nullus est alius modus, quo objectum sensibile organa sensuum extēnorū immutet: ergo quinque tantummodo dantur extēni sensus assignati.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

§82 **A**RGVITVR primo, Nam didictio sensuum extēnorū desumi debet ex diversa immutatione, quæ competit sensui secundum quod sensus est; sed hæc immutatio sensum est intentionalis, nullo autem modo naturalis; ergo immutatio

naturalis non distinguit per se sensus externos. Major & Consequentia constant. Minor autem probatur: Siquidem immutatio naturalis rebus etiam inanimatis competit: ergo immutatio naturalis non convenit sensui externo secundum quod sensus est, sed tantum intentionalis.

583 Respondetur negando Minorem. Ad cujus probationem censendum est, immutationem quae convenit sensibus, non esse pure naturalem, ut constat ex dictis tam in hoc Articulo, quam supra Articulo 2. hujus Questionis; immutatio autem, quae rebus insensibilibus competit, est immutatio pure naturalis.

584 **A** RGVITVR secundò. Distinctio sensum non desumitur ab objecto prout immutatur ab ipso: ergo ex eo, quod sensus, quinque assignatis modis ab objectis sensibilibus immutentur, non colligitur, quod sint quinque. Probatur Antecedens. Nam distinctio potentiarum non desumitur ab objecto motivo, sed terminativo; sed objectum quatenus immutat sensum non est terminativum, sed motivum: ergo distinctio sensum non desumitur ab objecto prout immutatur ab ipso. Major probatur. Quia distinctio potentiarum desumitur ab eo, à quo specificantur, & se habet tamquam finis; sed objectum motivum non specificat potentiam, nec se habet respectu illius tamquam finis: ergo distinctio poten-

tiarum non ab objecto motivo, sed terminativo desumitur.

585 Respondetur negando Antecedens. Ad cujus probationem distinguo Majorem, distinctione potentiarum quatenus potentiae sunt activae non sumitur ab objecto motivo, concedo Majorem, quatenus sunt passivæ, nego Majorem. Ad probationem distinguo Minorē, objectū in motivum non specificat, nec se habet tamquam finis respectu potentiae ut activae, concedo Minorem, respectu ipsius ut passivæ, nego Minorem, & Consequentiam. Ut enim diximus Articulo 1. hujus Questionis, sensus externi sunt potentiae passivæ respectu objecti motivi immutantis ipsos; ac preinde prout sunt potentiae passivæ distinguuntur secundum diversum modum, quo ab objecto motivo immutantur & prout sic objectum motivum specificat sensus externos quatenus sunt potentiae passivæ. Quarē eo ipso, quod solum dentur quinque modi immutandi sensum externum, sequitur quod tantum dentur quinque sensus externi qui sunt potentiae passivæ. Quia veritates sensus simul etiam sunt potentiae activæ, ut loco citato diximus; alio ex consequenti colligitur ipsos sensus prout sunt potentiae activæ non esse nisi quinque.

586 **A** RGVITVR secundo. **A** Ut aliqua Ratio probativa sit efficax, debet procedere ex omnino certi; sed in assignata Ratione sunt aliqua, quae omnino non

non sunt certa: ergo tradita à nobis Ratio non est efficax. Probatur Minor, Primo, Nam in predicta Ratione dicitur sensus externos pati ab objecto sensibili, ab ipso que immutari; sed de hoc plures Auctores dubitant, ut loco citato vidimus: ergo predicta Ratio non est efficax. Secundo, Quia in ea ad persuadendum dari sensum visus, adducitur quod hic sensus intentionaliter à suo objecto immutatur; sed nec hoc apud omnes Auctores est certum: ergo &c.

587 Respondetur concessa Majore, negando Minorem. Ad cuius utramque probationem dicendum est satis probatum relinquere in locis assignatis, & sensus externos ab objectis sensibilius pati, & sensum visus intentionaliter tantum à suo objecto immutari. Vnde efficax est ratio D. Thomæ, qua ad nostram Conclusionem probandam usi sumus, quamvis in illa sit aliquid, quod ab aliquibus negetur, eò quod sine solido fundamento negatur.

588 Et quidem si quidquam Argumento facto probaretur, probaretur utique, nullam dari Rationem efficacem: siquidem nulla reperitur, quæ adeò firmis & apud omnes indubitatis principijs innitatur, ut circa illa nulla omnino detur ratio dubitandi; hoc autem non est dicendum: ergo Argumentum factum est nullum.

589 Pro complemento

hujus Articuli INQUIRIES. Quisnam horum sensum exteriorum sit perfectior? Respondetur sensum visus esse perfectissimum inter omnes. Et probatur ex dictis, Hujusmodi namque sensus est magis immaterialis, cum præ cæteris immutatione tantum spirituali & intentionaliter à suo objecto patiatur: ergo perfectior est omnibus aliis sensibus.

590 Deinde sequitur auditus, postea verò odoratus. Licet enim hi sensus petant mutationem naturalem ex parte objecti sensibiliis, objectum tamen auditus mutatur naturaliter secundum locum; mutatio autem secundum locum perfectior est, ut diximus, motu alterationis, quo mutatur objectum odoratus.

591 Inter sensus autem tactus, & gustus perfectior est sensus tactus, ut docet D. Thom. loco citato ad 3. Et Ratio est. Nam sensus tactus per totum animalis corpus diffunditur, sensus verò gustus ad determinatam ipsius ventis partem coarctatur; perfectius autem est illud, quod ad plura extenditur, quam quod in determinata parte restrigitur.



ARTICVLVS VI.

*An sensus externi forment speciem expressam vel idolum,
ut cognoscant?*

§. I.

Titulus explicatur, & Conclusio stabilitur.

592 PRO intelligentia Difficultatis explicandum breviter est, quid sit species expressa vel idolum. Est ergo idolum sive species expressa similitudo quadam per modum imagini objectum in actu secundo representans: quæ frequenter à D. Thoma nuncupatur medium in quo vel ad instar medi⁹ in quo, & distinguuntur à potentia cognoscitiva, ab actu cognoscente, & ab ipso obiecto, vel re cognita. Inquirimus ergo, An scut in sensibus internis, & in intellectu datur species expressa (quæ conceptus & verbum mentis appellatur, quia loquendo & dicendo exprimitur) sic etiam in sensibus externis species expressa vel idolum formari possit?

593 *Nostra Conclusio* est sensus externos etiam de potentia absoluta non posse formare speciem expressam, vel idolum. Probatur primo, Nam sensus externi in hoc essentialiter ab internis distinguuntur, quod hi properter suam perfectionem possunt for-

mare speciem expressam vel idolum, illi vero ob suam imperfectionem tale idolum vel speciem expressam formare nequeunt: ergo sensus externi nec de potentia absoluta possunt formare speciem expressam vel idolum.

594 Respondebis negando Consequentiam, Essentialis enim distinctione sentium exterorum ab internis non desumitur ex eo, quod hi possint producere talem speciem, illi vero non possunt, sed ab illorum tantum obiecto specificativo desumitur, ut diximus supra Quest. 2. Art. 3. nostra ergo Conclusio falso innititur fundamento.

595 Contra tamen est, Et probatur secundo Conclusio instaurando Rationem factam. Cognitionis enim, quæ à sensibus externis elicitor, est essentialiter experimentalis; sed si sensus externi possent producere speciem expressam vel idolum, eorum cognitionis non esset essentialiter experimentalis: ergo sensus externi nec de potentia absoluta possunt producere speciem expressam vel idolum. Consequens constat. Major apud omnes est certa. Minor autem, in qua est difficultas, sic probatur. Nam de ratione cognitionis experimentalis est attinere objectum prout in se, hoc enim significat experiri; sed si sensus externi possent producere speciem expressam vel idolum, eorum cognitionis non esset objecti prout in se, sed prout in specie vel idole pro-

productio, ut per se liquet: ergo eo ipso, quod sensus externi possint producere speciem impressam, vel idolum, eorum cognitionis hoc est essentialiter experimentalis.

596 Ex quo constat Solutionem Rationi nostræ datam esse nullam. Concedimus enim distinctionem essentialiæ potentiarum ab objecto earum specificativi desumi; eo tamen ipso quod sensus externi, & interni essentia-liter distinguantur per hoc, quod hi producere possint idolum; illi verè non possint, verificatur quod distinguantur per objecta: nam objectum sensuum extenorū est objectum sensibile attractum non vtcumque, sed prout in se, quod idem est, ac per cognitionem experimentalē attingi.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

597 **A**RGVITVR primd. Omnis actio, quæ est verè & propriè talis, vel debet producere effectū, vel saltem illum posse producere; sed actiones sensuum extenorū sunt verè, & propriè tales: ergo vel producunt effectum, vel illum producere possunt. At hic effectus alius esse nequit, quam species expressa, vel idolum: ergo sensus externi, vel producunt, vel producere possunt speciem expressam, aut idolum.

598 Respondetur differ-
guendo Majore, omnis actio transiens pertinens ad prædicamentum actionis, permitto Majorem, omnis actio immutans non pertinens ad prædicamentum actionis, sed ad prædicamentum qualitatis, nego Majorem, & distinguo Minorem; actiones sensuum extenorū sunt verè & propriè actiones immanentes, concedo Minorem, transente, nego Minorem & Consequen-tiam. L'icet enim de ratione actionis transiuntis sit producere effectum & terminum, non tanien de ratione actionis immanentis. Nam plures dantur actiones immanentes, quibus repugnat producere terminum, ut constat in visione beata, cui juxta Sententiam omnium Thomistarū repugnat producere verbum: & juxta sententiam aliquorum, Angeluv, quando se ipsum intelligit, non potest verbum producere. Immodi aliqua datur actio transiens, quæ non sit productiva, sed valet tantum, ut constat in generatione hominis, quæ est actio transiens; & tamen, nec producit materiam primam, nec animam rationalem, nec modum unionis (juxta veriorem Senten-tiam, quam amplexi sumus r. Physicorum. Quæst. 6. Artic. 1.) sed tantum uitæ materiam pri-mam cum Anima rationali. Cum autem actiones sensuum extenorū sint immanentes, hinc est, quod potest ipsi repugnare pro-ducere speciem expressam, vel idolum.

599 **A**RGVITVR fecundò. Objectum sensibile non potest à sensu externo attingi sine verbo: ergo sensus exterti possunt producere verbum. Pribatur Antecedens. Nam si objectum sensibile posset attungi à sensu externo, v.g. à visu sine verbo: tale objectum evaderet infinitum; hoc autem non est dicendum: ergo non potest à sensu externo attungi sine verbo. Probatur Major. Quod enim identificat suam ultimam actualitatem, evadit infinitum in illa linea; sed verbum est ultima actualitas in linea cognoscendi passiva: ergo si objectum sensibile idem perficeret verbum, evaderet infinitum.

600 Respondeatur negando antecedens. Ad cujus probationem, nego Majorem. Ad probationem distinguo Majorē, quod identificat suam ultimam actualitatem evadit infinitum, si id, quod talem actualitatem identificat, dicat perfectionem, concedo Majorē, si non dicat nego Majorē, & concessa Minore, nego Consequentiam. Objectum enim sensuum externorum ex suo genere dicit imperfectiorem, eo quod est materiale, & consequenter limitatum; quod est autem imperfectum, quamvis identificet ultimam actualitatem, non evadit infinitum, vt constat in materia prima, & forma substantiali, quæ suam ultimam actualitatem identificat, cùm seipso conuantur, vt diximus loco cita-

to ex Libris Physicorum: quod idem de causa finali decuimus, ibidem *Litr. 2. Quest. 6. Artic. 2. §. 3.*

601 **A**RGVITVR tertio. Potest cognitio sensuum externorum esse experimentalis, & simul productiva speciei expressæ vel idoli: ergo secunda Ratio nostra Conclusionis est nulla. Pribatur Antecedens primò, Nam in Angelis datur cognitio experimentalis rerum materialium; & tamen in tali cognitione producunt verbum: ergo quamvis sensus externi producant verbum, eorum cognitio potest esse experimentalis.

602 Secundò pribatur Antecedens. Licet enim verbum sit repræsentatio, & imago objecti, ex hoc tamen non inferatur, quod objectum in se, & experimentaliter attingatur: ergo sensus exterti possunt verbum producere, & eorum cognitio experimentalis evadere. Pribatur Antecedens. Species enim impressa, quæ datur in sensu externo, est repræsentatio objecti, immò & actio elicita ab ipso, est etiam repræsentativa, juxta probabilem Sententiam Thomistarum afferentium; quod adhuc intelligendi est sigum formale objecti; & tamen hec non tollit, quod cognitio se suum exterrorum sic experimentalis: ergo pariter, quod verbum sit repræsentatio objecti, in quo tamquam in imagine continetur, non tollit, quod cog-

nito sit experimentalis.

603 Respondeatur negando Antecedens. Ad cujus primam probationem concessa Majora, & Minore, neganda est Consequentia. Et ratio discriminis est, Nam cum Angeli non intelligent per species à rebus acceptas, sed à Deo tantum infusas, cognitio scientifica in ipsis Angeli non est resolubilis in ipsis res ad extra existentes; ac proinde licet talis cognitio producat verbum, salvatur quod sit experimentalis, quia attingit res in se, superiori tamen modo, per species scilicet infusas, quibus producit verbum. At vero cognitio humana accipit species à rebus, ac per consequens est resolubilis in res ipsis, eas prout in se sunt attingendo absque ullo medio; hoc autem salvari nequit si verbum à sensibus externis producatur.

604 Ad secundam probationem Antecedentis prout attinet ad speciem impressam in sensu externo receptam, Respondeatur quod talis species se habet ex parte objecti moventis, species vero expressa se habet ex parte objecti terminantis. Vnde quod derur species impressa in sensu externo, solum insert, quod objectum in se ipso non moveat, sed media tali specie, non tamen quod in se experimentaliter cognitio sensus non terminet. Quantum vero pertinet ad cognitionem sensitivam à sensu externo elici-

cam, admittenda non est illa Sententia. Si enim actus potentiae cognoscitivæ esset signum formale repræsentativum objecti, sequeretur, quod visio beatæ esset repræsentatio quidditativa Dei, sicut est cognitio quidditativa sui ipsius; quod tamen negatur à Thomistis.

605 Si autem illa Sententia admittatur, d'ecendum est, quod actus potentiae cognoscitivæ est quidem repræsentatio, imperfecta tamen & per modum intentionis in objectum; hoc autem non tollit cognitionem sensuum externorum esse experimentalem; quod tamen non contingere, si verbum ab ipsis formaretur, quia verbum est perfecta repræsentatio objecti.

606 **A** RGVITVR quartū
Sensus externi possunt attingere objectum absens; sed objectum absens non potest attingi sine verbo: ergo sensus externi possunt producere verbum. Minor, & Consequentia conitantur. Major autem probatur primo, Pius enim est rem corpoream agere in rem spiritualē, quā potentiam sensitivam externam agere in objectum abiectis; sed res corporea potest de potentia abiecta agere in rem spiritualē, ut constat in igne inferni torquenti animas damnatorum: ergo de potentia si rem abiecta potest sensu, et tunc in objectum absens agere, & ipsum attingere.

607 Secundò probatur Major. Nam potentia visiva, cùm sit magis spiritus, quām alijs sensus externi, majorem habet affinitatem cum sensibus internis, qui possunt objectum absens attingere: ergo licet visus non possit ratione sui attingere objectum absens, ratione tamen convenientiæ, quām habet cum sensu interno, poterit tale objectum attingere. Probatur Consequentia. Quia imaginativa ratione convenientiæ, quā habet unū intellectu, potest circa singularia discurrere, & aliqua entia rationis efformare, ut tenet probabiliti Sententia Thomistarum: ergo pariter sensus visus ratione convenientiæ, & conjunctionis, quam dicit cum sensu interno, poterit objectum absens attingere.

608 Tertiò probatur Major, ex Philosopho, 3. de Anima, textu 156, vbi sic ait: *Eriam clavis oculis visa quadam apparere solent: ergo juxta Philosophum, potentia visiva potest attingere objectum absens.* Pater Consequentia, *Quod enim clavis oculis videtur, quamquam sit præsens, proinde omnino se habet, ac si sit absens.*

609 Quartò probatur Major, ex Div. Thoma in 2. diuin. 8. quest. 1. articul. 5. ad 4. docente posse contingere. *Vt species, qua sunt in imaginazione servata, operatione Daemonum ad*

organis sensuum sicut, sicut contingit in somno: & ideo quando illæ species, contingunt organa sensus exterioris, videntur, ac si essent res presentes extra, & ab eo sentirentur. Ergo juxta mentem Div. Thomæ per sensum extēnum potest attingi res absens, quamvis ipsi appareat tamquam præsens.

610 Respondetur negando Majorē. Ad cujus primam probationem neganda est etiam Major. Sicut enim aliquid corporeum potest aliquid spirituale recipere, ut constat in materia prima recipiente Animam rationalem, ita etiam potest, ut instrumentum divinæ omnipotentiæ in aliquid spirituale agere; sic autem agere rem corpoream in rem spiritualem, licet si extra Sphœram potentiarum illius naturalis; non tamen est extra Sphœram potentiarum illius obedientialis. Attingere vero objectum absens est extra Sphœram non solum naturalē, sed etiam obedientialē sensus externi, hic enim tantum potest attingere objectum experimentaliter, proindeque solum, ut præsens.

611 Ad secundam probationem, concessio Antecedenti, neganda est Consequentia. Et ratio disspiritatis est. Quia imaginativa, vel phantasia intra lineam cognoscendi sensitivam est maximè perfecta: & ideo propter convenientiam cū intellectu potest discurrere

circa singularia, & entia rationis efformare juxta illam Sententiam. Potentia vero visiva licet omnibus sensibus externis sit perfectior, Majorumque habeat cum sensibus internis convenientiam; quia tamen sensus externus obtinet insimum modum cognoscendi, attingendo scilicet objectum experimentaliter, & ut praesens; ideo sensus externus non potest ab interno participare hoc quod est objectum absens attingere, alias exiret extra suam spharam, ut diximus ad Antecedentem probationem.

612 Vnde tertiam verò, & quartam ex Philosopho, & Dij. Thoma desumptas respondemus, scidum est quod imaginativa duplenter potest percipere sensationem externam. Primo secundum motum rerum ad Animam, quando sciens res immittant species sensibus externis, & ex ipsis trahentes species ad ipsam imaginativam: & sic percipit imaginativa sententiam externam elicitem à sensu externo. Secundo secundum motum animæ ad res, in quantum nimis species que servatae erant in sensu externo, commotione sa- guinis & spirituum descendunt ad organa sensuum externorum; postea autem ascendunt hujusmodi species ab ipsam imaginativam, & tunc imaginativa judicat, quod medijs illis speciebus sensus exteri cognoverunt objectum, in quo tamen fallitur. Ex quo sequuntur illusiones Daemonum in somnijs,

& multoties in ipsas judicamus videre, audire, comedere, &c. Ex qua doctrina ad Autoritatem Philosophi responderetur, in illa tantum intendere, quod clausis oculis aliqua appareant ut visa, non quia à potentia visiva objectum absens attingatur, sed quia secundum motum Animæ ad res judicat imaginativa visum videre, ut dictum est.

613 Ad Autoritatem vero Div. Thomæ dicendum est, quod illud verbum *videtur* non sumitur ab Angelio Preceptorre in propria ejus significacione, sed in ana'oga & impropria: quia ratione dicitur omnem potentiam cognoscitivam videre suum objectum, quando illud attingit. Vnde sensus D. Thomæ est, quod in somnijs videtur res, ac si essent presentes, quatenus imaginativa cognoscit illas res presentialiter attingi à visu, in quo tamen fallitur, ut diximus. Quando vero ait Dij. Thomas, quod species descendentes à sensibus internis tangunt organa sensus externi, hoc intelligitur de species materialiter, & in esse entis considerati, non tamen acceptis formaliter, & in ratione speciei cognitioni sensitivæ servientis. Certum est enim viuimus quodque recipi ad modum recipientis; sensus autem externus non est capax, ut media tali specie in somno habita objectum absens attingat, ob rationes superdatas.

614 Dices: Si tales species materialiter tantum & in esse entis recipi-entur in sensu externo, non autem deservirent cognitioni sensitivæ, talis descensus frustraneus omnino esset; hoc autem non est di-cendum: ergo non moraliter tan-tum, & in esse entis recipiuntur, sed ut cognitioni etiam sensitivæ deserviant.

615 Respondetur tales species descendere ut imaginati-va illudatur judicans objecti ab-sentia à sensibus externis attingi, quæ tamen ab ipsis attingi ne-queunt.

616 **A**RGVITVR vlti-mo. Aliqui ho-mines videre possunt rem occul-tam intra terram, ut de illis di-citur, qui vulgo appellatur *Zahories*. Lynces etiam dicuntur vlti-tra parietem videre: ergo sensus externi possunt attingere rem absentem. Deinde, Nam Deus potest conservare speciem in po-tentia visiva in absentia objecti; sed tunc, saltem de potentia ab-soluta, potest potentia activa vi-siva attingere objectum absens: ergo, &c.

617 Respondetur negando Antecedens. Ad cuius primam probationem dicendum est, ridicu-lum omnino, & fabulosum esse homines illos, quos *Zahories* ap-pellant, ea, quæ in visceribus ter-ri latent, videre posse, quemad-modum alia etiam, quæ de hujus-modi hominibus narrantur, non solum fauulosa, sed & superstitio-

sa censentur, ut quod in secunda & sexta Feria Sacrum non au-scant, ne mortuorum corpora in Eccle-sijs sepulta videant.

618 Quamvis autem ve-rum esset, quæ latent videri posse, nihil adhuc contra nostram Con-clusionem inferretur: illa enim ob-jecta, quæ respectu aliorum homi-num laterent absentiaque diceren-tur, respectu illorum non laterent, sed paterent; ac proinde præsemia forent. Quarè numquam dedu-citur, quod sensus externus pos-sit attingere objectum, quod est ab-sens.

619 Ad illud verò, quod dicitur de Lynce, respondetur ex B. Alberto Magno, libr. 22. de Animal. capit. 2. de Lynce, tract. 6. idèo hec animal dici vltra pa-rietem videre, quia est singula-ris odoratus, quo sentit, & dis-cernit cibos vltra parietem exis-tentes. Quod si admittitur vide-re posse id, quod est vltra parie-tem, nil contra Conclusionem admittritur, eodem enim mo-do, quo precedenti num. respon-detur.

620 Ad alteram Antecedentis probationem respondetur ex dictis ad Autoritatem D. Thomæ di-stinguendo Majorem, in potentia visiva potest Deus conservare spe-ciem in absentia objecti sensibilis consideratæ materialiter, & in esse entis concedo Majorem, considera-tam formaliter, & ut deservientem cognitioni externe sensitivæ, nego Minorem, & Consequentiam.

Sed

621 Sed Replicabis pri-
mò. Species in sensu externo re-
cepta , etiam ut formaliter deser-
vit cognitioni sensitivæ , non de-
pendet essentialiter ab objecto pre-
senti: ergo potest Deus sic illam
conservare in absentia sui objecti.
Probatur Antecedens. Nam talis
species formaliter considerata , &
ut cognitioni externæ sensitivæ
deservit , dependet ab objecto , ut
specificante : ergo non dependet
essentialiter ab illo , ut præsenti.
Probatur Consequentia . Quia
namque habitus scientificus depen-
det ab objecto ut specificante , ideo
non dependet ab illo essentialiter ,
ut præsenti : qua de causa ratio
Scientiæ salvatur , quamvis præsen-
tia objecti non detur : ergo pa-
riter si species sensus externi for-
maliter considerata dependet ab
objecto ut specificante , non de-
pendebit ab illo essentialiter , ut
præsenti.

622 Secundò. Nam spe-
cies sensus externi , etiam formaliter
considerata , dicit relationem
transcendentalem ad objectum: er-
go à præsentia objecti essentialiter
non dependet. Probatur Con-
sequentia , in hoc enim ratio
transcendentalis à prædicamentali
distinguuntur , quod hæc existentiam
sui termini requirit , illa vero ex-
istentiam termini non exposcit: er-
go , &c.

623 Ad primam Repli-
cam respondetur negando Ante-
cedent . Ad cuius probationem
concesso Antecedenti , neganda est

Consequentia . Ad probationem
dicendam est Scientiam attingere
suum objectum præciderdo ab
ejus existentia , quia tantum attingit illud secundum scientiam pro-
prias passiones radicantem; & ideo
ratio Scientiæ absque præsentia
objecti salvatur. Species vero ut
sensu externo deservit , sicut
specificatur ab objecto illius ta-
men existentiam exposcit , de ser-
vit enim cognitioni externæ ex-
perimentalis ; hæc autem , ut ex
dicti constat , absque præsentia
objecti facili tamen non po-
test.


624 Ad secundam Re-
plicam respondetur Concesso Ante-
cedenti , negando Consequen-
tiæ. Ad cuius probationem di-
stinguo Antecedens , illa vero
(nempe relatio transcendentalis)
existentiam termini non exposcit,
si talis relatio sumatur in commu-
ni , concedo Antecedens , si in par-
ticulari sumatur , nego ante-
cedens , & Consequentiam. Quamvis
enim relatio transcendentalis
in communis non petat essentialiter
terminum existentem (alias omnis
relatio transcendentalis id exige-
ret , quod sit factum) relatio ta-
men transcendentalis in particula-
ri existentiam sui termini expos-
cit: quod in præsenti contingit.
Species enim in sensu externo re-
cepia deservit cognitioni experi-
mentalii , quæ , ut sèpè diximus ,
absque præsentia , & existentia ob-
jecti non salvatur.

625 Præterquam quodd re-

latio prædicamentalis non in hoc à transcendentali distinguitur, quod illa exigat terminum existentem, hæc verò non exigat: sed in hoc differunt, quod relatio prædicamentalis respicit suum terminum ut purum terminum sine dependentia ab illo tamquam à causa, cuius oppositum in relatione transcendentali contingit.

626 Ex dictis in hoc Articleulo infertur, non posse, etiam

de potentia absoluta, dari in sensibus externis notitiam abstractivam. Notitia enim abstractiva petit terminari ad objectum ut absens; atqui sensus exterior non possunt, etiam divinitus, ut probavimus, ad objectum ut absens, sed ad ipsum tantum ut præfens terminari: ergo nec de potentia absoluta potest dari notitia abstractiva in sensibus externis.



QVÆ



QVÆSTIO V.

DE SENSIBUS EXTERNIS in particulati.

627 POSTQVAM de sensibus externis in communi egimus, Doctrinæ ordo postulat, vt de ipsis in particulari differamus. Quia tamen plura, quæ hic de mirabili structura tantum sensuum ab ueteribus congeruntur, potius ad Medicum & Anatomicum, quam ad Animisticum pertinent, & raro, aut numquam solent in Scholis disputari; idè duximus omittenda. Quare de eorum tantum objectis impræsentiarum agemus, vt eorum essentiam cælerimus. Cum autem sensus visus cæteros omnes antecellat, prius de illo agendum est, qualiter egit Philosophus in hoc Libro, cap. 7. Vnde sit.

ARTICULUS I. Quodnam sit objectum Visus?

S. I.

Stenitur Conclusio.

628 NOSTRA Conclusio est, objectum formale & ad quantum potentiaz visivæ esse lucidum, ratio autem formalis *sub qua* est lux, objectum vero materiale principalitatis est color. Conclusio hæc quoad primam partem est D. Thomæ pluribus in locis, sed præsertim Quæst. 23. de veritate, Art. 7. ubi docet

objectum videri in quantum lucidum: ergo sentit Angelicus Doctor objectum formale potentiaz visivæ esse lucidum, & ejus rationem formalem *sub qua* esse lucem.

629 Secundò probatur ratione. Illud enim est objectum formale potentiaz, ratione cuius talis potentia omnia objecta attingit; sed potentia visiva omnia sua objecta ratione lucis attingit, omnia enim illa attingit in quantum lucida: ergo formale objectum illius est lucidum.

630 Tertiū probatur, Nam experientia constat potentiam vitam eodem indivisibili actū attingere coloratum & lucidum; sed hoc esse non potest nisi lux sit ratio formalis *sub qua videndi colorem*, siquidem nulla potentia potest attingere plura ut plura, ut suo loco monstrabimus: ergo lux est ratio formalis *sub qua* & lucidum est objectum formale potentiae visivæ.

631 Quoad secundam partem probatur Conclusio. Quia color magis participat de ratione formalis objecti, de ratione scilicet lucis, quam quodlibet aliud objectum materiale; colores enim primò & per se à luce illuminantur; sed illud, quod magis participat de ratione formalis objecti, est objectum magis principale, ut indicative constat: ergo color est objectum magis principale potentiae visivæ.

632 Confirmatur primò, Color enim nihil aliud est, quam lux quedam participata & obumbrata, primisque & secundis qualitatibus mixta, qua de causa majorē habet proportionem cum nostro visu, quam lux pura, siquidem pura lux est vehemens sensibile color verò est sensibile temperatum: ergo color est objectum magis principale potentiae visivæ.

633 Confirmatur secundo. Ideò namque corpora mixta terminata, solida & opaca videntur, quia colorem habent, idèò

autem colorem habent, quia de luce participant, & ratione illius sunt visibilia: ergo lux est ratio formalis objecti visus, color vero est objectum principale.

634 Observandum est tamen plures Auctores afferere colorēm esse objectum formale *quod visu*. Quibus favere videtur D. Thomas pluribus suā doctrinæ locis, quæ apud ipsos videri possunt.

635 Hæc tamen Sententia tripliciter potest intelligi. Primo de colore prout à luce distinguitur: in quo sensu non videtur posse dici colorem esse objectum formale *quod potentia visiva*. Plura enim objecta videmus, quæ nullum colorem habent à luce distinctum, qualia sunt cœlum, & astra; si autem objectum formale *quod potentia visiva* esset color, quod colorem non haberet, videri omnino non posset, nulla enim potentia potest attingere id, quod intra suum objectum formale *quod non continetur*. Quapropter in hoc sensu non potest color esse objectum formale *quod potentia visiva*, sed tantum materiale principitalis: qua ratione asserit D. Thom. I. p. quest. 19. artic. 3. & quest. 45. artic. 4. ad 1. & 1. 2. quest. 1. artic. 1. ad 2. quod color est objectum proprium & principale visus.

636 Secundo potest intelligi de colore communiter sumpto, & quatenus cum luce convertitur, qua ratione diaphana,

lucida, & transparentia etiam colorata dicuntur. In hoc autem sensu verum est colorē esse objectum formale quod Visus; prout sic tamen à luce non differt. Unde si hoc modo illa Sententia intelligatur, à nostra non distinguitur.

637 Terriò modo intelligi potest quòd color sit objectum formale potentiae visivæ, quatenus sciaret comparativè ad corpus opacum est formale, eò quòd ipsum formalizat, ut possit à luce illuminari, & à potentia attingi: comparativè autem ad lucem est materiale, siquidem talis color ratione lucis attingitur. Quando ergo assertit D. Thomas colorem esse objectum formale Visus, aliquo ex his modis debet explicari.

§. II.

Examinatur Quid sit lux, & Quid sit color?

638 **C**VM præcedenti Conclusione dixerimus objectum formale quid Visus esse lucidum, principalitatis vero colorem, examinare oportet Quid sit lux, & Quid sit color? Circa quod due sunt Auctorum Sententiaz. Quidam enim docent lucem esse corpus, non autem qualitatem: quidam vero negantes esse corpus, affirmant esse qualitatem, non tamen naturalem, sed purè intentionalem, quemadmodum species non habet esse naturale, sed tantum re-

presentativum & intentionale,

539 *Dicendum est ergo, primò Lucem non esse corpus, sed qualitatem, non purè intentionalem, sed naturalem. Quoad primam partem probatur primò hæc Conclusio ex D. Thoma 1. part. quæst. 67. artic. 2. in Argumento Sed contra sic dicente: Duo Corpora non possunt simul esse in eodem loco; sed lumen est simulcum aere: ergo lumen non est corpus.*

640 Secundò probatur ratione. Nam lux diffunditur in instanti per spatiū, & totum hemispherium, eò quòd luci nihil est contrarium, sed oppositum tantum privativè, nempè tenebras; ac proinde debet introduci in instanti, qua de causa forma substantialis in instanti introducitur, quia contrarium non habet, sed oppositum tantum privativè: ergo lux non potest esse corpus. Probatur Consequentia, Corpus enim non potest per tantum spatiū in instanti diffundi, sed successivè moveri, ut ipsa experientia constat: ergo si lux diffunditur per totum hemispherium in instanti, non potest esse corpus. Videatur D. Thomas loco proximè citato in corpore Articuli.

641 Quoad secundam partem probatur Conclusio ex D. Thoma eadem quæst. art. 3. dicente: *Sed contra est, quòd Damascenus dicit in lib. 2. quòd Lux est quadam qualitas.*

642 Quoad tertiam deinde partem probatur ex eodem

Angelico Preceptore ibidem in coroore Articuli, ubi sic ait: *Quidam dixerunt quod lumen in aere non habet esse naturale, sicut color in parietate; sed esse intentionale, sicut similitudo coloris in aere. Sed hoc non potest esse propero dico. Primo quia lumen denominat aerem: sic enim aer luminosus in actu. Color vero non denominat ipsum: non enim dicitur aer colorans. Secundo, Quia lumen habet effectum in natura, quia per ratios solis calefunt corpora. Intentiones autem non causant transmutationes naturales.*

643 Ex qua Autoritate sequens deducitur Ratio. Lux reddit subjectum realiter lucidum & illuminatum; sed qualitas, quae est purè intentionalis, non reddit subjectum realiter tale, qua de causa species coloris, quae recipitur in potentia visiva, non reddit illam realiter coloratam, sed quod talis species tantum habet esse purè intentionale: ergo lux non est qualitas purè intentionalis, sed naturalis.

644 Secundò Dicendum est lucem optimè a Philosopho definiri in hoc 2. lib. texu 69. per hæc verba: *Lumen est actus diaphani secundum quod est diaphanum. Illa particula actus positur loco generis, quia per illam convenit lux cum alijs qualitatibus quæ sunt actu, & simul denotatur diaphanum per lucem constitui in actu secundo lucidum. Per illam partculam diaphani significatur corpus*

transpirens, quod est susceptivum lucis, sicut corpus terminatum est susceptivum coloris, aut docet D. Thomas ibidem lect. 14. Per hanc etiam particulam differt lux ab alijs qualitatibus, quæ licet sint actus, non sunt tamen actus diaphani.

645 Per illa denique verba secundum quod est diaphanum denotatur lucem per se primum esse actum diaphani, quamvis enim etiam corpus opacum reddat lucidum, non tamen illud reddit lucidum secundum quod est opacum, sed ratione superficie aliquam diaphaneitatem habentis. Vnde lux semper est actus diaphani reduplicative secundum quod est diaphanum.

646 Tertiò Dicendum est colorem sic opime a Philosopho diffiri lib. de Sensu & Sensato, cap. 4. *Color est extremitas perspicui in corpore terminata. Illa particula extremitas ponitur loco generis, quia per illum convenit color cum qualibet alia extremitate, & per ipsam particulam denotatur colorem esse ultimum terminum in tertia specie qualitatis, sicut figura est ultimus terminus quantitatis. Quæ de causa docet D. Thomas 1. part. quest. 85. art. 4. in corpore, impossibile esse idem corpus colorari pluribus coloribus, sicut impossibile est figurari pluribus figuris. sed quod tam color, quam figura sunt ultimi termini; in eodem autem subiecto non possunt duo simul ultimi termini*

mini reperi. Per illam particu-
lam perspicie immittit subjectum
lucis debere habere aliquam dia-
phaneitatem. Cùm enim lux, ut
suprà diximus, sit aliud diaphanum;
color autem ut etiam suprà adve-
timus, aliquid de luce participet;
necessarium est, quod subjectum
coloris sit diaphanum vel perspi-
cum.

647 Per ultimam parti-
culam in corpore terminato deno-
tatur subjectum lucis debere esse
corpus opacitate quadam affe-
ctum. Vnde experimur in speculo
imaginem cum suis coloribus in
illo se videntis non formari, nisi à
tergo speculum illud argento vi-
vo, vel alio simili opaco corpore
terminetur.

648 Contra hanc Dis-
finitionem Arguitur primum. Nam
extremum cuiuscumque rei est
ejusdem generis cum eo, cuius est
extremum; sed color non est ejus-
dem generis cum perspicuo, per-
picuum enim & corpus, ut poten-
tia & actus coraparantur: ergo
color non est *extremitas perspi-
ciui*.

649 Respondetur di-
stinguendo Majorem, extremum
intrinsecum est ejusdem generis
cum re cuius est *extremum*; con-
cedo Majorem, *extremum ex-
trinsecum*, nego Majorem, & con-
cessa Minore, distinguo Conse-
quens, non est *extremitas intrin-
seca perspicui*, concedo Conse-
quentiam, extrinseca, nego Con-

sequentiam. Licet enim quod est
intrinsecus terminus alicujus de-
beat esse in eodem genere cum
illo: qua de causa punctum, quod
est terminus intrinsecus quantita-
tis, ad ipsam quantitatem reduci-
tur; quod tamen est terminus ex-
trinsecus alicujus, non oportet
quod sit in eodem genere cum
illo: extrinsecum enim aut exter-
minis constat, non requirit ad
eius lineam, cui est extrinsecum,
pertinet; color autem est quid
extrinsecum perspicuo; vnde ex
eo, quod ad idem genus non per-
tinet, non infertur quod color
non sit *extremitas perspi-
ciui*.

650 Secundò contra
eamdem Definitionem Arguitur.
Si color esset *extremitas perspi-
ciui in corpore terminato*, nullum
corpus non terminatum haberet
colorem, nec corpus terminatum
colorem non haberet; hoc au-
tem est falsum: ergo & quod
color sit *extremitas perspicui in
corpore terminato*: Major consta-
re videtur. Minor autem quoad
primam partem sic probatur. Pri-
mo, Nam ignis habet colorem
flavum; & tamen non est corpus
terminatum, nec mixtum: ergo
non solum corpus terminatum col-
orem habet. Secundo, nam terra
quendam colorem habet, alias
videri non posset; & tamen non
est corpus terminatum, neque
mixtum: ergo &c.

651 Quoad secundam

Part.

partem probatur eadem Minor,
Quia pupilla oculi est quoddam mixtum, & consequenter corpus terminatum; & tamen non videatur; proindeque nullum colorem habet: ergo non omne corpus terminatum habet colorem.

652 Respondetns negando Minorem quoad utramque partem. Ad primam probationem primæ partis neganda est Major intellecta de igne purè elementari, hic enim nullum colorem habet, alijs astra supra illum existentia vel nullo modo à nobis viderentur, vel coloris, quo ignis putatur, apparerent. Quando autem appareat flavus, non est purus, sed permixtus.

653 Ad secundam probationem ejusdem primæ partis Minoris similiter respondetur negando Majorem, Tercia enim, si in sua puritate videretur, nullius coloris appareret; videretur autem vt lucidum terminatum, si luce efficeretur, vel vt corpus umbrosum & densum, si contra lucem esset, umbras enim faceret, ideoque vt luminosi impedimentum appareret;

654 Ad probationem Minoris quoad secundam partem responderetur distinguendo Majorem est quoddam mixtum opacitatem non habens, concedo Majorem, habens mixtam opacitatem, nego Majorem, & concessi Minorem, nego Consequenth. Non enim quodcumque corpus terminatum colorem habet,

sed illud tantum, quod aliquum habeat opacitatem; pupilla autem eti si sit corpus terminatum, opacitatem tamen non habet, sed est perfectè transparens, & ideo colorem non habet; proindeque non videtur.

ARTICVLVS II.

Quodnam sit objectum Auditus?

§. I.

Diffinitio Soni, qui est Objectum Auditus, expliatur.

655 **D**icendum est Objectum Auditus esse Sonum, qui sic ex Philosopho hic textu 85. diffinieatur: *Sonus est qualitas sensibilis ex forti percussione corporum sonorum, & resistentia medijs resoluteans.* Conclusio hæc est communis apud omnes Philosophos, que non aliter melius explicatur, quam singulas ejus particulas exponendo.

656 Per illam particulam *qualitas* convenit sonus cum alijs objectis sensuum externorum, quia omnia sunt qualitates ad tertiam speciem, ad passionem scilicet, vel passibilem qualitatem pertinentes. Illa particula ex forti percussione ideo ponitur vt noteatur, tria esse ad generationem soni necessaria, percussio, scilicet, percussum, & medium, quod ex tali percussione resultat. Hæc

autem tria non est necessarium esse tria supposita, & corpora, sed sufficit quod sit vnum, secundum diversas tamen realiter partes, ut constat in agitatione ventorum, & collisione fluctuum maris: impossibile quippe eit idem secundum idem se percutere.

657 Illa particula corporum sonorum ponitur ad notandum non qualibet corpora percussa posse sonum edere. Dux autem conditiones requirantur, ut corpora sint sonora, sive sonare potentia. Prima est, quod sint flexible, & dura. Secunda quod sint lenia, & uniformia, hoc eit quod una pars non supereminat alteri. Ratio virtusque conditionis est. Primæ quidem, Nam si corpora sint molliata facilièque cedentia, ut capilli, lana, & spengia, quamvis invicem colliduntur, tonum non efficiunt. Secundæ vero. Quia si superficies corporum non fuerint uniformes, ed una superemineat alteri aer inclusus inter ipsa, continuo, cum impetu, & concussione non frangitur, ac proinde nec sonus editur.

658 Per illam denique particulam & resiliens medijs reflectans denotatur, quod sonus in medio refracto subjectetur, non autem in corpore percutiente vel percusso. In eo ramque sonus subjectatur, ubi & motus concomitans ipsum sonum; motus autem concomitans sonum non in corporibus percutientibus hæc enim effectivè movent, non moventur, sed

in corpore medio, quo dicitur aer, ex percussione contracto recipiuntur. Quarè si quis verberaretur in vacuo, nullus tunc sonus edetur, eo quod aer, qui frangi, & collidi possit, non adesset.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

659 ARGVITVR primò

A contra traditam Soni Definitionem. Aristoteles enim citato loco definit sonum per motum perictum scilicet & percussiōnem; sed motus non est qualitas: ergo in Definitione Soni non bene qualitas ponitur.

660 Respondebis motum non ponit à Philescopo in Definitione Soni in sensu formalī, sed causalī, quia motus est causa Soni.

661 Contra est primò. Nam à motu locali tantum causatur ubi; sed sonus est motus localis: ergo ab illo tantum potest causari ubi; sed ubi non est qualitas: motus ergo non est qualitas etiam in sensu causalī.

662 Secundo. Quia motus sic productus vel esset qualitas prima, vel secunda, vel transiens, vel permanens? Sed non est aliqua hujusmodi qualitatum: ergo nulla. Minor quod primam partem est certa. Non enim est calor, frigus, siccitas, aut humiditas: ergo non est prima qualitas. Quoad ceteras vero partes sic probatur, Nam si esset

esset secunda qualitas, compone-
retur ex primis; ex primis autem
non componitur: ergo non est
qualitas secunda. Nec perma-
nens, *Quia* non durat nisi du-
rante motu, qui est transiens: ipsa
igitur non est permanens. Neque
transiens, *Est enim terminus mo-
tus*; motus autem in suo termino
cessat & quiescit: ergo non est qua-
litas transiens; ac proinde nec po-
test ad tertiam speciem qualitatis
pertinere, *quia* nec alterationem
causat, nec ab alteratione causa-
tur.

663 Respondetur Solutionem datam esse optimam, &
adsumptam ex D. Thoma loco
citato lect. 18. littera F. de Diffini-
tione vocis sic ice te: *Datur au-
tem hoc Diffinitio per causam: non
enim vox est percussio, sed Sonus
ex percussione causatus.*

664 Ad primam Im-
pugnationem responderetur distin-
guendo Majorem, à motu locali
audie accepto tantum causatur
vbi, concedo Majorem à motu
locali alteracioni conjuncto, nego
Majorem, & distinguo Minorem,
est motus localis nude sumptus,
nego Minorem, alteracione per-
mixtus, concedo Minorem, &
nego Corseque tiam: Quamvis
enim per motum localem præ-
cisè sumptum, *vbi* tantummodo
producatur, potest tamen illi al-
teracionis motus adjungi quo
pesit produci qualitas, quod in
motu Sonum causante contingit.
Quemadmodum motus Cœli ad

plures effectus sublunares requi-
ritur, qui tamen ab illo motu im-
mediatè non causantur, sed ab
alijs comitantibus actionibus pro-
ducuntur.

665 Ad secundam im-
pugnationem responderetur conce-
dendo Majorem quoad primam &
quartam partem, & negando Mi-
norem quoad easdem. Ad quar-
rum probationes dicendum est
præter illas quatuor primas qual-
itates, quas Philosophus 2. de Ge-
nerat. assignavit, dari etiam alias,
quæ sunt primæ: neque enim Phi-
losophus adæquatè ibi divisit pri-
mas qualitates, sed eas tantum,
quæ sibi invicem sunt contrarie,
quales sunt *Calor*, & *Frigiditas*,
Siccitas, & *Humiditas*. Præter
has autem dantur aliæ, quæ pos-
sunt primæ dici, ut *Lux*, & *diapha-
neitas*, quæ reperiuntur in Cœlo.
Quare ex eo, quod Sonus non sit
aliqua ex illis quatuor primis qua-
litatibus à Philosopho designatis,
non insertur quod non sit prima
qualitas.

666 Nec probatur non
esse qualitatem permanentem, hoc
est suas simul habentem partes.
Quamvis etiam possit transiens di-
ci, quatenus dependet à motu, qui
est transiens. Quæ Solatio desu-
mitur ex D. Thoma hic lect. 16.
sic dicente: *Sonus autem causatur
ex motu, & non habet esse fixum
& quiescens in subiecto, sed in
quadrâ immutatione consistit. Vbi
ex qua parte illi concedit causari
à motu, aliquam ipsi tribuit per-*
ma-

manentius: ex qua verò parte illi denegat esse fixum & quiescens, innuit esse facile transeantem, & quantum est ex se parum duran-tem.

667 **A**RGVITVR secun-dū. Quia ad Sonum non requiritur percussio corporum sonororum, quæ sint du-ra: ergo male per hoc Sonus defini-tur. Consequentia constat. Ante-cedens verò probatur *Tum* *Quia* quando rumpitur pannus, aut pa-pyrus, sit sonus; & tamen in illo ca-su dura corpora non se percu-tiunt: ergo ut Sonus generetur, non requiritur, quod dura corpo-ra percutiantur. *Tum* etiam, Nam quando virga aér verberatur, So-nus quidam, ut constat, editur; & tamen durum corpus non tan-gitur: ergo, &c. *Tum* præterea, Quoniam cùm castanea igni ap-plicatur, non modicus Sonus au-ditur; & tamen durum tunc cor-pus non percutitur: ergo. *Tum* vtrè, Siquidem quando tormentum bellicum dispioditur, ingens & horrendus sonus causetur; & ta-men non tangitur corpus durum: ergo. *Tum* denique, *Quia* quan-do nubes, & venti se collidant, magnus sit fragor & strepitus; & ta-men vēti & nubes non sunt corpo-ra dura, ut per se constat: ergo ut Sonus causetur, non requiri-tur, quod dura corpora percu-tiantur.

668 Confirmatur, *Quia* ad hoc ut Sonus causetur, non sufficit, quod percussio corpo-

rum sit fortis, sed requiriunt etiam, quod sit velox; hoc autem in Soni definitione non exprimi-tur: ergo tradita Soni Diffinitio est diminuta. Probatur Major ex Div. Thoma hic lect. 17. sic di-tente: *Et propter hoc videmus, quod si aliquis tardus motu tangat alterum, non facit Sonum, sed si percussio sit fortis & velox, tunc fit Sonus.*

669 Respondetur ad Ar-gumentum negando Antecedens. Ad cuius primam probationem dicendum est, quod quando scindi-tur pannus, aut papyrus, vel aliud hujusmodi, sit percussio aëris, eo quod cum impetu scindi-tur; sufficit autem quod aér per-cutiat, ut Sonus causetur, licet non fiat percussio ad aliquod cor-pus durum: quandeque enim aér nedum habet rationem medijs con-fracti, verumetiam corporis per-cussi. Quæ Solutio desumitur ex D. Thoma hic lect. 16. vbi, *Quan-do* (*inquit*) *aliquid velociter fer-tur in ipso aere, facit Sonum ex suo motu, quia ipse aér adhuc adunatus, se habet in ratione per-cussi, & non solum medijs.* Per quod constat ad alias Anteceden-tis probationes.

670 Ad Confirmatio-nem respondetur Concessa Majore, distinguendo Minorem, non exprimitur præcisè, concedo Mi-norem, non exprimitur, nec in-volvitur, nego Minorem, & Con-sequentiam. Quamvis enim in Diffinitione Soni non exprimatur

percussionem corporum debere esse velocē in alia tamen particula fortī sufficienter involvitur, & namque ipso, quod fortiter se percūtiant, resistēti aëri motus imprimitur, ut velociter extrudatur, proindeque sonus generetur.

671 INQVIRI etiam hic solet, Qualiter Echo, quæ est sonus reflexus, generetur?

672 Rēspōdetur ex Philosopho in hoc Libro; textu 80. sic dicente: Echo autem sit, cum ab aëre uno factō proper vas determinans, & prohibens diffundi, iterum aër repellitur, sicut sphēra. Quæ verba sic optimè explicat D. Thomas ibidem lectione 16. littera E.

673 Si autem continet de immuratione aëris apud generationem Soni, sicut de immutatione aquæ, cùm aliquid in aquam projicitur. Manifestum est enim, quod sunt quædam regyrationes in circuitu aquæ percussæ, quæ quidem circa locum percussionis sunt parvæ, & motus eius fortis. In remotis autem gyrationes sunt magnæ, & motus debilior. Tandem motus totius liter evanescit, & gyrationes cessant. Si autem antequād motus cesset, gyrationes ille aliquod obſtaculum inveniant, sit motus gyrationis in contrarium, & tantò vehementius, quantò propinquiūs fiant primæ percusionis. Sic igitur intelligendum est, quod ad percusionem corporum sonantium, aës in gyrum

moveatur, & sonus vndeque diffunditur. Et in vicino quidem gyrationes sunt minores, sed meatus fortior, vnde & sonus fortius percipitur. In remotis autem gyrationes sunt majores, & motus debilior, & sonus obscurius auditur. Tandem autem deficit totum.

674 Si autem antequād hujusmodi gyrationes deficiant, fiat reverberatio aëris, sic moti, & sonum deferentis ad aliquod corpus gyrationes revertentur in contrarium, & sic auditur sonus quasi ex adverso. Et hæc vocatur Echo. Quod præcipue sit, quando illud obſtans, ad quod repercutitur aëris motus, est aliquod corpus concavum, quasi quoddam vas determinans & concludens aërem in sua unitate, & ideo prohibens ipsum dividiri. Tunc enim ille aës sic unitus, & compactus, quia non potest viterius motum protendere, propter corpus obſtantis, percutit iterum aërem, à quo percutiebatur, & sit motus in contrarium. Sic accidit cùm aliquis projicit pilam, quæ hic sphēra dicitur, & inveniens obſtaculum, retrò reflit.

675 An autem Echo fiat, per hoc, quod idem specie, vel idem numero sonus revertatur? Rēspōdetur ex Div. Thoma citato loco, & Mag. Bañez in 1. p. quæst. 78. artic. 3. Dicit in ultimo, PP. Complut. Joanne à S. Thoma & alijs, quod Echo non efficiatur

rur per hoc , quād idem Sonus numero , sed idem specie revertatur. Et facilē ostenditur , *Tum* , Quia idem numero accidens non potest transire de subiecto in subiectum ; sed ille Sonus est accidens : ergo non revertitur idem numero. *Tum* etiam , Contingere namque potest , immò & perspē contingit , quād quando Echo auditur , prior & directus Sonus terminatus supponatur , ac proinde discontinuantur ; sed quod discontinuat ab altero , non est idem numero cum illo : ergo Sonus ille , qui revertitur , non potest esse idem numero cum priori.

676 Nec obest quād Sonus ille eodem modo articulatus audiatur , ac præcedens : quod impossibile apparet , si non esset idem numero.

677 Non (inquam) obest , Quamvis enim ille Sonus eamdeni referat articulationem , illam tamen articulatio non est eadem numero , sed specie. Quemadmodūm impresio à sigillo facta , tamen eadem lineamenta praesentent , non sunt tamen eadem numero , sed specie , ut per se constat.



ARTICVLVS III.

Quid sit Odor , qui est objectum Olfactus?

§. I.

Quibusdam suppositionis , quid sit Odor explicatur.

678 **S**upponendū est pri- mō , Odorem non esse substantiam , vt contra quosdam Antiquos docet Philosophus libr. de Sensu , & Sensato , cap. 5. & Div. Thomas ibidem lect. 12. Et constat manifesta ratione , Nam substantia nullius sensus est sensibile proprium , sed per accidentem tantum , vt diximus *Quaestione precedenti* , Articulo 2. sed Odor est objectum , & proprium sensibile Olfactus : ergo Odor non est substantia.

679 Secundō supponendum est , quod Odor est in genere accidentis , quod est qualitas. Et ratio est , *Tum* , quia alterat , & alteratur , quod est proprium qualitatis. *Tum* etiam , Quia in nullo alio genere potest reperiiri tale accidentis , vt discurrenti constabit : & consequenter Odor est qualitas. His ergo suppositis , sic communiter Odor diffinitur.

680 Odor est qualitas secunda ex temperantia primarum qualitatum resultans , siccitate dominante , & calore hinc.

midia decoquente. Illa particula qualitas ponitur loco generis, per illam enim convenit Odor cum objectis aliorum sensuum extenorium. Per illas verò particululas ex temperamento primarum qualitatum resultans denotatur, quod sit commixtio corporum habentium qualitates Elementorum, siccitatem nimirum & humiditatem, alias enim non resultabit Odor. Vnde Philosophus docet loco citato, Elementa in sua puritate manentia nullum habere Odorem, eò quod non sunt mixta. Si quando tamen aliquem videantur Odorem exhalare, ideo est, quia aliquid ipsis admiscetur. Per reliquas deinde particulas significatur, quod ut Odor generetur, debet prædominare & excedere Calor, & Siccitas. Vnde experientia constat Odores in illis tantum Regionibus generari, quæ calidiores suæ & sicciores.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

681 **A**RGVITVR primò contra primam Suppositionem, & primam particulam Definitionis. Odor enim est substantia; ergo non est qualitas. Probatur Antecedens primò, Quia fumalis evaporatione est substantia; sed Odor est fumalis evaporatione, ut docet Philosophus, libro de Sensu, & Sensato, lect. 5. per

hæc verba: *Odor vero fumalis evaporatione est, fumalis autem evaporatione ab igne.*

682 Secundò probatur antecedens. Quia sola substantia nutrit; sed quædam partes animalis; subtilem nimirum, & aëreæ odoribus nutriuntur, ut docet Galenus, 2. Aphorism. Odor igitur est substantia.

683 Respondetur negando Antecedens. At ejus primam probationem dicendum est, Odorem esse evaporationem non in sensu formalí, sed causalí. Quæ Solutio desumitur ex Div. Thomas loco citato sic Philosophum explicante: *Manifestum est autem, quod Odor est fumalis evaporatione, non quidam ita, quæ fumalis evaporatione sit ipsa essentia Odoris, hoc enim improbarum est secundo de Anima, longius enim diffunditur Odor, quam fumalis evaporatione: sed hoc dicitur, quia fumalis evaporatione est causa quod sensiatur Odor.*

684 Ad secundam probationem antecedentis neganda est Minor, est enim expressè contra Philosophum citato libro de Sensu & Sensato sic dicentem: *Quod quidem igitur non conserat ad nutrimentum odorabile secundum quod odorabile manifestum est.*

685 Est etiam contra Div. Thomam ibi lect. 14. sic Philosophum exponentem. *Dicit, quod in omnibus animalibus est aliquid locus in quo primo recipitur cibus, scilicet stomachus,*

ebus , unde derivatur ad singulas partes corporis. Quia verò anima plurima , respirando odorant , si consideremus ipsum odorabile , manifestum est quod sensitum organo circa cerebrum existente , ut supra dictum est. Ipse autem aer respiratus , cum quo Odor attrahitur vadit ad locum respirantium , id est ad pulmonem. Manifestum est autem , quod in animalibus , neque cerebrum , neque pulmo est locus recipiens cibum. Unde manifestum est , quod Odor non nutrit : confortat autem propter immurationem , quae est à calido , humido , & sicco , & propter delectationem , sicut & malus Odor corrumpt , ut supra dictum est.

AR G V ITVR secundò contra illam particulam secundam. Quia qualitas secunda non est productiva alterius secundæ qualitatis ; sed Odor alium producit Odorem : ergo Odor non est qualitas secunda. Major constat in colore , gravitate , & levitate , à quibus colorata , gravia , & levia non causantur. Minor autem probatur ex Philoso pho in hoc z. de Anima , textu 127. docente medium pati à sono , & ab odore , & aërem sic pati à reodorata , ut etiam ipse redoleat , quod experientia suadet : nam si corpus non odoriferum juxta odoriferum apponatur , fit odoriferum : & aëris per horum rosas & alijs odoriferis floribus constitutum transiens , optimè olet ; hoc autem

manifestum signum est Odorem alium Odorem causare posse : ergo vera est Minor.

687 Respondeatur primò , negando Majorem. Licet enim aliquæ secundæ qualitates non possint alias producere , hoc tamen omni secundæ qualitatæ non repugnat , ut constat in septe , & alijs similibus.

688 Secundò respondeatur distinguendo Majorem , nou est productiva alterius secundæ qualitatis immediate per ipsam , concedo Majorem , mediantebus primis qualitatibus , nego Majorē , & distinguo Minorem , producit alium Odorem immediate , nego Minorem , mediante colore & siccitate , concedo Minorem , & nego Consequentiam. Qualitas enim secundæ qualitates immediate per seiphas non possint alias producere , nullum tamen inconveniens est , quod mediantebus alijs qualitatibus primis , quæ activæ sunt , ut calor , & siccitas , alias producere valeant. Hoc autem in Odore contingit : cum enim exigat siccitatem & calorem prædominan tem , medio tali calore & siccitate , ut instrumento , potest aliud producere Odorem.

689 Tertiò respondeatur cum PP. Complutensibus negando in prædictis calibus aliquem produci Odorem ; sed predicta corpora fieri odorifera , quia exdem evaporationes odorifere quæ ab uno corpore exhalantur , intra poros alterius corporis recipiantur ,

tur, quod vel propè est, vel juxta peritiat.

690 **A**RGVITVR tertio contra illas partiales siccitatis dominante & calore humidum decoquente. Nam plura dantur odorifera, quæ tamen sunt humida, ut aquæ distillatae, & flos maris, qui permacti putatur, & vulgo dicitur *Ambar*: ergo male in Diffinitione Odoris ponitur, quod siccitas dominetur.

691 Confirmatur, Quia plura sunt optimi Odoris simul & seporis, ut mel, & vinum, & his similia; sed non minus requiritur ad saporem prædominium humidi, quam ad Odorem prædominium siccii, ut docet Philosoph. in hoc libro, textu 100. dicens: *Est autem odor siccii, sicut humidi sapor*: ergo ad Odorem non requiritur, quod siccum excedat humidum.

692 Respondetur ad Argumentum distinguendo Antecedens, quæ tamen sunt humida secundum quod sunt odorifera, nego Antecedens, secundum aliam rationem, concedo antecedens, & nego Consequentiam. Quamvis enim in uno eodemque subjecto pos int odoriferum, humidumque conjungi, secundum diversam tamen rationem. Nullum enim inconveniens est, quod in corpore humido aliquæ exhalationes imprimantur sic temperatae, & siccæ, vt odorem in se retineant, & medio calore redoleant: ad quod necessarium est, quod siccitas domi-

netur. Vnde contra Odoris Diffinitionem nil concluditur.

693 Ad Confirmationem similiter respondeatur, nihil esse odoriferum & sapidum secundum eamdem rationem, sed secundum longè diversam. Quæ Solutio desumitur ex Philosopho hic textu 95. dicens: *Est aurem sicut humor, hic quidem dulcis, ille vero amarus, sic & odoris sunt. Sed alia quidem habent proportionabiliter odorem, & humorem* (dico autem dulcem Odorem & dulcem humorum) *alia vero contrarium*.

694 Quem sic explicat Div. Thomas ibidem lect. 19. *Sciendum (inquit) est, quod quedam habeant proportionaliter odorem, & saporem, scilicet dulcem odorem, & dulcem saporem: quadam vero per contraria, scilicet suavem saporem, & non suavem odorem, vel converso. Cujus ratio est, Quia sapor consistit in humido aquo aliquatenus digesto; odor autem consistit in siccо aereо aliquatenus temperato. Contingit autem quandoque viramque substantiam scilicet subtilem aeream, & aqueam grossiorem, secundum debitam proportionem commixtam esse, & sic est suavitas saporis & odoris. Si vero sit debita proporsio in uno, & non in altero, erit in uno suavitas, & in alio non.*



ARTICVLVS IV.

*Quid sit Sapor, qui est Objectum
Gustus?*

§. I.

*Traditur, & explicatur Diffinitio
Saporis.*

595 **S**apor ex Philosopho, lib. de Sensu & Sentato; & D. Thoma ibidem, lec. 10. Est affectio, seu passio ex humido aquo, facta à secco terrestri, & calore decoquente, gustum alterante, & de potentia ad actum reducente. Illa particula passio ponitur loco generis, passio enim est qualitas tertiae speciei, quæ est passibilis qualitas, in quo convenit Gustus cum alijs sensibus externis, qui habent etiam pro objecto qualitatem. Illæ vero particulae ex humido aquo facta à secco terrestri ideo ponuntur, ut notetur, Saporem ad nutrimentum animalis pertinere; unde fundari non potest in secco igneo, vel humido aereo, per hæc enim non potest animal nutriti.

696 Illa autem particula calore decoquente significat Saporem principaliter fieri à calore, à frigore namque potius imperficitur, & crudescit. Vnde in Regionibus frigidis, & temporibus non calidis fructus non maturessunt; ubi autem calor illam consumit cruditatem, Sapor tem-

peratur. Oportet tamen aliquid frigoris remanere, non quidem ad humidum concoquendum, sed ad calorem temperandum, ne si nimium excedat, totum humidum consumat.

697 Illæ denique particulae gustum alterante & de potentia ad actum reducentem ponuntur ad notandum, quod Sapor distinguitur ab odore. Quæ explicatio est Div. Thome loco citato sic dicentis: *Sapor nihil est aliud, quam passio facta in humido aquo à calore secco, scilicet terrestri cum additione calidi, qua gustum secundum potentiam alterando, in actum reducit: quod quidem additur ad differentiam odoris, & quæ arundinam aliarum passionum, quæ causantur ab humido, & secco per actionem calidi; que tamen non sunt immutativa Gustus, sed aliorum sensuum.*

§. II.

*Argumenta solvuntur, & species
Saporum numerantur.*

698 **A**RGVITVR primò contra traditam Definitionem. Quia si Sapor potius humido, quam secco attrahetur, in omni Sapore prævaleret humidum secco: hoc autem est falsum: ergo tradita Saporis Definitione non est bona. Consequenter constat. Major videatur certa. Minos autem probatur primò,

Nam Philosophus non docet quod Sapor causatur ab humido in secco, sed potius à secco in humido; sed actio à dominante causatur: ergo non pravalet humidum secco, sed secum humido.

699 Secundò probatur Minor, Nam plures cibi valde aridi dantur, qui languoribus extrema humanitate contractis adhibentur; & tamen illi cibi quemdam Saporem habent, quamvis amarum, ut cineres, qui aridissimi sunt, hūusmodi tamen sapore non carentes: ergo ad Saporem non requiritur, quod humidum secco dominetur.

700 Respondetur negando Majorem. Aliud enim est quod saporosa plus habeant humiditatis, quam siccitatis, aliud vero quod Sapor potius ad siccitatem, quam ad humiditatem subsequatur. Potest enim in re valde siccari Sapor non ad siccitatem, sed ad partes alias, in quibus humiditas pravalet, consequutus, ad aliquos uēpē sapores, vel tenuiores partes ibi conclusas, quae sufficiemt reuineant humiditatem ad saporem. Saper ergo ad humiditatem consequitur, sive humiditas sit intensior, sive minus intensa, quam siccitas. Cujus manifestum est tignum, quod ad Sapores percipiendo, necessario requiritur, quod res sepida, vel aqua sit humida quale est vinum, & plures alii liquores, vel quod saiva, aut aliæ humectetur.

701 Ad primam proba-

tionem Minoris quaterus Solutio- ni tractat obstante potest responder explicando Philosophum, causatur à secco in humido modificativæ, & dispositivæ, concedo Mājorem, radicaliter nego Mājorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Quemvis enim secum excedat humidum radix tamen Saporis, & præbens materiam ad Saporem simpliciter requisitam, non est secum, sed humidum, ut constat ex dictis. Per quod etiam constat ad secundam Minoris probatio-nem.

702 **A**RGVITVR secun-dò contra eadem Definitionem. Est enim superflua rigitur non est bona. Probatur Antecedens. Quia explicat Saporem in genere entia vivo, ut denotat illa particula ex secco facta, & in genere intentionalis, ut innuunt illa verba gustum alterante, & de potentia ad actionem reducente; nihil autem potest, nisi superflue per duo simul genera definiri: ergo &c.

703 Respondetur distinguendo Minorem, per duo genera inordinatè se habentia, concedo Minorem, quorum unum fundet alterum, nego Minorem, & Consequentiam. Quod enim aliquid definiatur per duo genera ordinatè se habentia, ita ut unum propter fundat aliud apponatur, non viat Definitionem, neque superfluum facit; Sapor autem hic definiatur in genere naturali, & inten-

tionali, prout tamen genus intentionale in naturali fundatur ad illudque subsequitur.

704 INQUIRIES: Quot sint species Saperum? Ad quod breviter cum communi Sententia respondebit esse septem, nimurum Dulce, & Amarum, Pingue, Salsum, Acetosum, Austerum & Ponticum. Sic docet Philolophus *hic teatru 105.* & Div. Thom. ibidem *lect. 21.*

705 Probatur, quia homo inter omnia animalia est perfectissimi Gustus; sed homo praedictus tantum Saporum species Gustu percipit, nec aliae dantur, quæ ad ilias reduci nequacant: ergo species Saporum non sunt plures nec pauciores, quam septem enumerauit. Probatur Minor. Nam Dulcedinem experimur in melle, & Saccharo, Amaritudinem in felle, & absynthio, Pinguedinem in butyro, lechte, & adipe, sal um in sale & aqua maris, aceredinem in aceto & pomis immaturis, & oleis, acutitatem in raphanis, poditicum deinde adstringentem Saporem in malo citreo: ergo &c.

706 Observandum est autem primò inter hos Sapores dulcem & amarum esse extremitates pinguis autem & salsus sunt propè extremitati, eò quod pinguis proximè accedit ad dulcem, salsus vero proximè accedit ad amarum, duo alijs, nempe acetosum & austerum sunt semi medij. Ponticus denique, sive acutus, stypticus, vel adstringens, omnino dicitur medius.

707 Secundò observandum est ex D. Thoma lib. de Sensu & Sensato, lect. 11. predictas species non esse infimas, sed tantum subalternas. Saporum enim infinitæ species sunt propè modum infinitæ, & tantum dantur quod quotidie ab arte gulam irritante inventiuntur.

708 Nec obest si primæ dicas, Dulce, & amarum non esse extrema, Nam extrema sensibilia laedit sensum; at dulce, quantumvis sit intensus, non laedit sensum, sed delectat: ergo dulce & amarum non sunt extrema.

709 Secundò, nam illæ species Saporis sunt extremae, que magis accedunt ad prius extremitates oppositas qualitates; sed hoc non convenit dulci & amaro, sed magis acuto & pontico, sapor enim acutus causatur ex vehementi calido subili, ponticus vero ex vehementi frigido gresso, ut communiter docent Medici cum Galeno Lib. 4. simplicium: ergo dulce: & amarum non sunt extremae species Saporum.

710 Non, inquam, obest, Ad primam enim facile responderetur negando. Minorē, Sapor enim nimium dulcis potest, etiam sensum laedere, immo & frequenter laedit cum experientia constet nauseam generare. Quod si aliqui hanc nauseam non percipiunt, id est, quia Sapor ille dulcis valde intensus eorum gustui coaptatur, quædammodum non omnium animalium oculi possunt sine lascione

lucem Solis aspicere, cum tamen ab aquilarum acie valeant perfaciē cerni.

711 Ad secundū respondetur ex D. Thomā in hoc Libro lect. 22. sic dicente: Considerandum est autem circa has species, quād quāvis sapores causentur à calido & frigido, & humido, & siccō, & contraria sunt qua maximè distant; non tamen secundū maximum distantiam calidi & frigidī, & humidi, & siccī attenduntur contrarietas in speciebus saporum, sed secundū ordinem ad gustū prout natus est immutari à sapore, vel cum horrore, vel cum suavitate. Vnde non est necessarium quād dulce, & amarum sit maxime vel calidum, vel frigidum, vel humidum vel siccum: sed maxime se babeat in salti dispositio- ne, per quāp comparatur ad sensum Gustus. Contrarietas ergo, quae in saporibus reperitur penes frigidū, & calidum, humidum, & siccum, est contrarietas tantum subjectiva, materialis, & in esse entis, quae ad speciem saporis non attendit, sed quae à modo immutandi sensum desumitur; in ordine autem ad gustū immutandum magis extrema sunt dulce & amarum, quam calidum & frigidum.

*** *** ***

*** ***

ARTICVLVS V.

Quodnam sit objectum Tactus?

§. I.

Que sunt circa apud omnes prenotanūr, & tres Conclusiones statuuntur.

714 **S**Vpponendum est pri- mō vt certum apud omnes Objectum Tactus esse qualitatem tangibilem, vt calidum, & frigidum, molle, & durum, asperum, & lene, &c. experientia quippē cōpertū est hujusmodi nos qualitates percipere sensu Tactus.

713 Secundō supponendum eit, Sensum tactus, quia verē senit, requirere spēcē intentionālem sui objecti: & quia est valde naturalis, exposcere physicam alterationem propter conjunctiōnem qualitatū tangibilium, quae naturaliter sunt alteratiæ, nisi alteratio ipsa impeditatur, qualiter post diem iudicij impeditur, cef- fante motu cœli: à quo omnes alterations per se pendent. Vnde alteratio physica non essentialiter, sed connaturaliter tantum à Tactu requiriatur. Qua de causa docet D. Thom: in supplemento, quest. 86 arr. 3. quād in igne inferni non datur alteratio physica in corpora damnatorum, alias corrumpe- rentur, cūm tamen pena Tactus quemadmodum & aliorum sensuum acerrimè torqueantur.

His

714 His ergo suppositis,
Dubitatur primò, Quænam sint
tangibiles qualitates? Secundo, An
vt hinc tangibiles, debeant excede-
re in intensione eas, quibus ipsum
organum Tactus constituitur? Ter-
tiò, An debeant in ipso sensu tactus
inexistere, an in objecto, vel in
viroque remanere? Quartò, deni-
que, Quodnam sit medium, & or-
ganum Tactus?

715 Dicendum est ergo pri-
mo, qualitates primas, quales sunt
calidum, & frigidum, siccum, &
humidum esse per se primò tangi-
biles, secundas vero qualitates, vt
molle & durum, asperum & lene,
& alias hujusmodi esse tangi-
biles per se secundò, quamvis pro-
babile etiam sit apud aliquos Tho-
mistas tam secundas, quam pri-
mas qualitates per se primò tangi-
posse. Probatur hæc Conclusio.
Inter eamque, quæ per se attin-
gibilia sunt ab una potentia, quod
habet esse ab alio, ratione illius
attingitur, & illud, à quo habet
tale esse, est per se primò, sicut in
intellectu veritas me liata ratione
immediata veritatis attingitur; sed
secundæ qualitate, & contrarieta-
tes illarum respectu Tactus sunt
ratione primarum, earumque con-
trarietas: ergo primæ qualitates
sunt per se primò tangibiles, se-
cundæ vero per se secundò & ra-
tione primarum.

716 Dicendum est secun-
do, hujusmodi qualitates non con-
stituere objectum Tactus, nisi illas
excedant, quibus organum ipsius

Tactus constituitur. Conclusio hæc
est expressa Philosophi in hoc li-
bro textu 113. sic dicens: Cali-
dum & frigidum, aut durum, &
molle non sentimus, sed excellen-
tia, tamquam sensu velut medie-
tare quadam existente ejus, que
in sensibiliibus contrarietas. Et
propter hoc discernit sensibilitatem
medium enim discretivum est.

717 Quem sic explicat ibi
lectio 23 D.Thomas: Non enim
sentimus id, quod est calidum, aut
frigidum, durum aut molle secun-
dum illum modum, quo hic insunt
organo Tactus, sed sentimus ex-
cellentias tangibilium, quasi or-
gano Tactus constituto in aliqua
medietate inter contrarias tangi-
biles qualitates. Et propter hoc
organum Tactus discernit extre-
ma tangibilium, medium enim est
discretivum extremorum: po-
test enim pati ab utroque extre-
morum, eo quod dum comparatur
ad unum, habet in se rationem al-
terius, sicut repidum in compara-
tione ad calidum est frigidum, in
comparatione ad frigidum est ca-
lidum: unde medium patitur ab
utroque extremorum, cum sit utri-
que contrarium.

718 Probatur ratione ex
Philosopho & D.Thoma desumpta.
Sensorium enim Tactus, cum
sit corporeum, non potest non
constare illis primis qualitatibus,
calore nimirum & frigore, hemi-
ditate, & siccitate, & secundis, quæ
ad illas consequuntur, scilicet mol-
litie, & duritie, asperitate, & teni-

tate &c. quibus ipsum tangibile constat; sed intus existens prohibet extraneum, qua de causa omne sensorium est in potentia ad filium per quod objectum sensibile constituitur: ergo objectum tangibile debet in qua itatus Tactum superare, ut valeat ab illo sentiri.

719 *Di endum est tertius*, Sensem Tactus non sentire qualitates, quæ in ipso sunt ex vi temperamenti naturalis, nec quas recipit ex vi alteratiovis activæ naturalis quæ sunt in tangibili, sed illas tantum, quæ per aliquid medium dstant à sensu Tactus. Conclusio est communis, & probatur. Nam sensus Tactus eam tantum potest sentire qualitatem, quæ illi obijicitur; sed eo ipso, quod in sensu externo nequeat reflexio dari, ut supra monstravimus, nulla illi potest qualitas objici, quæ extra ipsum non existat: ergo nullo modo sentit eam, quæ ipsum realiter afficit. Probatur Minor, Quia si sensus externus posset percipere illud, quod ipsum sensum immediate & realiter afficit, nulla esset ratio, quare non posset suam sensationem percipere; sed hoc est posse reflectere: ergo eo ipso quod sensus externi non sunt reflexivi, nulla potest Tactui qualitas objici, quæ extra ipsum non existat.

720 *Confirmatur primo*, Nam ut supra etiam ostendimus, sensibile immediate positum supra sensum impedit sensationem; sed

predictæ qualitates sunt immediate sensui Tactus: ergo illas percipere & sentire non potest. Secundò Confirmatur. Quoniam ut diximus Conclusione precedenti, Sensus Tactus solum potest percipere qualitate excellentes, hoc est, illas, ex quibus ipse componitur, superantes; sed qualitates ex quibus ipse componitur, non sunt qualitates excellentes: ergo sensus Tactus qualitates, quæ in ipso immediate sunt, & ex quibus componitur, non cognoscit.

721 *Dicendum est quartò*; Carnem non esse organum Tactus, sed medium, organum vero Tactus esse nervum quedam, qui per totum corpus diffunditur, & ipsa carne contingit. Conclusio haec quoad primam partem est expressa Philosophi, & probatur primò ex ipso hīc textu 116. sic dicente: *Manifestum quod intus sic sensibilis sensitivum*. Sic enim utique accidit quod & in alijs. Apposita enim super sensorium non sentiunt. Super autem carnem posita sentiunt: quare medium Tactus est caro.

722 *Quem D. Thomas ibidem lect. 23. sic exponit: Manifestum est quod organum sensitivum in sensu Tactus sit intus. Sic enim accidit in hoc sensu sicut & in alijs. Non enim sentiunt animalia, sensibilia apposita super organum sensus. Sentient autem sensibilia posita super carnem. Quare manifestum est, quod caro non est organum sensus, sed medium.*

723 Secundò probatur ratione eadem prima pars Conclusio. Quia sensibile immediatè possum supra sensorium non sentitur, ut ex superioris dictis apparet; sed tangibilia immediatè posita supra carnem sentiuntur: ergo caro non est sensorium tangibile.

724 Tertiò probatur eadem pars altera ratione desumpta ex Philosopho loco citato *textu 109. & D.Thoma ibi lect. 22.* quæ sub hac forma proponitur. Nam si caro esset sensorium Tactus, & non medium, maximè quia simul ac tangibile applicatur carni, sentitur; sed hæc ratio nulla est: ergo caro non est sensorium Tactus, sed tantummodò medium. Major, & Consequentia constat. Minor autem probatur. Quia si nunc aliquis super carnem, pelliculam, vel subtile velum extendat, & talis pellicula, velumque tangatur, tangibile exemplo sentitur; & tamen certum omnino est illam pelliculam aut velum non esse sensorium Tactus: ergo ex eo, quod simulaque tangibile possum supra carnem sentiatur, non interfertur carnem esse sensorium tangibili.

725 Quoad secundam partem probatur Conclusio. Quia prædictus nervus habet conditiones requisitas, ne ipsi denegetur esse organum Tactus: ergo organum Tactus est in tali nervo. Consequentia constat. Antecedens vero probatur. *Tunc*, quia idem non est caro, quia hæc est immediata tangibili, tangibile autem non potest

esse immediatum sensorio Tactus, ut dicitur est; sed ille nervus non est immediatus tangibili: ergo. *Tunc* etiam, Quia ille nervus est terreus in ea mediocritate, quam exigit Tactus, ut communiter docent Medicis: ergo &c:

§. II.

Solvuntur Argumenta.

726 **A**RGVITVR primò contra primā Conclusionem. Nam omnes qualitates sunt per se primò tangibles: ergo falso asserimus qualitates primas esse tangibles per se primò, qualitates vero secundas per se secundò. Antecedens probatur primò, Quia ex eo probat D.Thomas. *1. p. quast. 78. artic. 5. ad 3. & 2. de Anima lect. 22.* dari Tactus specie diversis quia dantur plures contrarietates in qualitatibus tangibilibus, quarum una non reducitur ad aliam: ergo sentit Angelicus Doctor tam primas, quam secundas æquè esse & per se primò tangibles.

727 Secundò probatur Antecedens, Quia licet omnes coloris ex albi & nigri varia commixtione resulant, omnes tamen sunt per se primò visibles: ergo pariter licet omnes secundæ tangibles qualitates à primis oriuntur, non minus secundæ quam primæ erunt per se primò tangibles.

728 Tertiò, Quoniam si vivens aliquod sublunare immedia-

tē Cœlo applicareur, & sursum moveri vellet, resistentiā dari perciperet; & tamen in Cœlo nulla ex primis qualitatibus reperitur: ergo contingere potest quod sensus Tactus per se primū, non tamen à primis qualitatibus moveatur.

729 Quartō. Nam secundæ qualitates tangibles non sunt sensibile per accidens, nec communē, cùm à nullo aliorum exteriorū sensu attingantur: ergo sunt sensibiles per se proprieatēs; per se primū.

730 Respondeatur negando Antecedens. Ad cujus primam probationem dicendum est nō dari plures Tactus specie formalī, sed tantum materiali distinctos, & hoc est, quod iei intendit D. Thomas, sicut quod & Tactus distinguuntur non quoad se, sed quoad nos per illas diversas contrarietates primarum qualitatum, non quidem ratione sui, sed prout afferunt diversimodè primas, easque modificant: & ideo qualitates secundæ secundū quod tales sunt non specificant per se primū sensum Tactus.

731 Ad secundam probationem Antecedentis concessio Antecedenti, negando est Consequētia. Et ratio disparitatis est. Colores enim licet simpliciter different in esse entis, in ratione tamen movendi visuā simpliciter cōveniunt, omnes enim sunt susceptivi lucis, in quo peres magis & mindis tantum variantur, ac proinde per ordinem ad visum non essentialiter distinguuntur. Secundæ vero tangibles qualitates non solum in esse entis

dependent à primis, sed etiam in ratione tangibilis. Nam ratio quarē secundæ qualitates movent Tactum, est quia prius continent qualitates, ut constat ex dictis, & constabit etiam ex dicendis.

732 Ad tertiam probacionem dicendum est, quod in illo casu tale corpus sublunare, corpus Cœli non sentiret; ratione tamen impenetrabilitatis impediretur ne ascenderet, nos quia Cœlum sit durum, cùm nullam habeat sensibilem qualitatem, sed quia est impenetrabile, cùm sit intum.

733 Ad ultimam probationem respondeatur quod licet illæ qualitates non sint sensibile commune, neque per accidens, inde tamen non infertur quod sint sensibiles per se primū, possunt enim esse sensibiles per se secundū, ut dictū est.

734 **A** RGVITVR secundū contra secundam Conclusionem. Nam experientia constat, quod una manus sentit alteram minū, & pes pendet, quamvis ejusdem sint temperamenti: ergo non solum sentiri possunt qualitates excessivæ; sed etiales etiam, vel minores.

735 Confirmatur primū, Quia quilibet qualitas tangibilis, quantumcumqu remissa & tepida, non solum est per Tactum cognoscibilis, sed & de facto cognoscitur, cùm possit esse nociva, vel proficia animali; & si est nociva, causat dolorem, si verò proficia, voluptatem; sed nūlus Tactus habet qualitatem sic remissam, Tactus enim

et hinc debet habere vigorem, & determinatum temperamentum & gradum qualitatum: ergo si solum sentiri possent qualitates excellentes, qualitates remissa infra illum gradum nunquam à Tactu semperentur: hoc autem videtur absurdum experientiaeque contrarium: ergo & illud, ex quo sequitur.

736 Confirmatur secundò. Nam calor vehementer, cum sit agens naturale, secundum omnes gradus caloris, quos habet, agit: ergo Tactus, omnes illos percipit, cum naturaliter sentiat: ergo non solum excellentiores, sed etiam inferiores attingit.

737 Confirmatur tertio, & instatur Ratio à nobis pro Conclusione facta, id est namque probabimus sensum Tactus solum immutari à qualitate excellenti, quia est in potentia ad sensibile; quod est autem in potentia ad aliud, debet carere illo; sed haec Ratio nulla est: ergo &c. Probatur Minor, Ex illa enim sequitur quod sensus Tactus omni careat qualitate; hoc autem nulli non constat esse falsum: ergo &c.

738 Et urgetur, Qualitates enim secundæ non activæ, intentionales tantum possunt immutari potentiæ: ergo possunt percipi Tactu, quantumvis sint remissa, quemadmodum molles manus sentire potest molitudinem alterius manus minus molles.

739 Respondetur ad Argumentum distinguendo Antecedens, sentit alteram manum secun-

dum quod formuliter est ejus in temperamenti cum illa, neque Antecedens secundum alteram rationem concedo Antecedens, & Consequentiam. Quando enim dux manus, vel duo pedes ejus in temperamenti se tangunt, sentiuntur quidem, non tamen ratione illius qualitatis, in qua omnino convenienter, sed ratione illius, in quo unum ab altero exceditur.

740 Ad primam Confirmationem responderetur distinguendo Majorem, est cognoscibilis indirectè per Tactum, concedo Majorem, directè, neque Majorem, & omisa M'ncrè, neque Consequentiali. Dupliciter enim potest per Tactum qualitas tepida & remissa sentiri: indirectè scilicet & directè. Tunc indirectè cognoscitur, quando alteri apposita qualitati magis intensa conjungitur; sicut si calidum v. g. vt duo Tactui habentis calorem ut quatuor applicetur directè tunc calor ut duonon sentitur. Si autem illud calidum ut duo habeat oppositum frigus adjuvatum, illud frigus directè sentitur, & ratione illius minor etiam ille calor quatenus temperans frigidum sentiatur. Quod si nihil de frigido, vel de alijs qualitatibus temperantibus, vel à calore temperatis habuerit, minime sentietur; hoc tamen per accidentem erit.

741 Tunc autem qualitas directè à Tactu sentitur, quando Tactus habet similiam qualitatem in minori gradu, ut si habuerit ut calorem ut duo, directè sentire cas-

lorem ut quatuor: si vero habuerit calorem ut quatuor, non poterit directè sentire calorē ut duo quovis que ad calorem infra duo temperetur & remittatur. Quod si tangenda sentiendaque qualitas illa sit remissa, ut infra illam qualitas Tactus remitti nequeat, tunc illa non poterit directè, sed indirectè tantum sensu explicato sentiri.

742 Ad secundam Confirmationem respondeatur quod omnes illi gradus percipiuntur à sensu Tactus per modum vnius, & non vnum seorsim ab altero. Unde tantum percipit exuperationem & excessum. Idem autem non seorsim, sed per modum vnius sentitur, quia non seorsim, sed simul representantur.

744 Ad tertiam Confirmationem respondeatur ex D. Thomā 2. de Anima, lectione 23. assignante discrimen inter organum Tactus & aliorum sensuum exterritorum per huc verba: *Alier tamen accidit hoc (nemp̄ esse in potentia ad sensibile) circa Tactum & circa alijs sensus.* Nam in visu organum visus est in potentia ad album & nigrum denudatum à toto genere albi & nigri, est enim penitus carens colore. Sed organum & medium Tactus non potest denudari à toto genere calidi, & frigidi, humidi, & siccis componitur enim ex elementis, quorum ha sunt propriae qualitates. Sed sic si in potentia organum Tactus ad sua objecta, in quantum est medium inter contraria, medium enim est in poten-

tia ad extrema. Et propter hac quantas animal habet complexio- nem magis redditam ad medium, tan- to habet meliorem Tactum. Vnde homo inter omnia animalia est me- lioris Tactus, ut supra dictum est. Hęc D. Thomas: ex quibus facile constat quomodo debet ad Instantiam in forma responderi.

744 Ad illud vero, quo prædicta Instantia noboratur, respondeatur negando Antecedens, vel suppositum ejus, non est enim omnino certum dari secundas qualita- tes non activas. Tum quia mollia mollificant, & dura compriment, quamvis lentiori modo agant quād primae qualitates. Tum etiam, quia sufficit quod agant medijs qualita- tibus primis non solū introue- tibus similes sibi formas; sed etiam disponentibus ad medias illas qua- litates dependenter à primis pro- duendas. Tum denique, quia manus magis mollis non sentit miserem alterius mollitudinem directè, sed indirectè, ratione scilicet aspe- ritatis adjunctæ.

745 **A** RGVITVR tertio contra tertiam Conclusionem. Nam si sensus Tactus non sentit qualitates physicas in ipso à sensibili receptas, non videtur ad quid immutatio naturalis secundum exuperantium requira- tur; hoc autem est contra dicta ergo sensus Tactus sentire potest illas qualitates.

746 Confirmatur primo, Quoniam si nervus sensorius illas qualitates non sentiret, quantumvis vel

vel à Deo , vel ab Angelo inten-
fimo calore afficeretur , non senti-
ret ; sed hoc incredibile apparet :
ergo , &c.

745 Confirmatur secundò ,
siquidem febricitantes calorem
sentient , quo sensorij nervus affici-
tur , quo etiam gra iter molestan-
tur : ergo Tactus sentit qualitates ,
quibus afficitur .

746 Respondeatur illas qualiti-
tates non requiri ut sentiantur , sed
ut per illas sensus immutetur . Cùm
enim sensus Tactus sit valde mate-
rialis , necessariam est , quod illius
sensibile maximè ipsi appropin-
queret , ut possit intentionaliter
immutari , & sensatio fieri . Quem-
admodum in gultu saliva ponitur
non solum ad immutandum cibum
ut moveat , sed etiam secundùm
aliquos , ut gustus ad gustandum
intentionaliter immutetur .

747 Ad primam Confirmationem dicendum est , sensa-
tionem in eo casu (vt spē diximus) nullam fore , cd quod sensi-
bile immediatè positum supra sensum non facit sensationem . Neque
hoc inconveniens à Philosophis
reputatur , qui non ruiticorum
apprehensione moventur , sed sa-
pientum ratione ducuntur . In illo
autem casu dolor quidem , &
magistrus esset , non tamen , qđ
à sensibili immediatè posito supra
sensorium proveniret , sed à qua-
litate , quæ medium prius tan-
geret , sensumque intentionaliter
immutaret , ut sensus sentire
posset .

748 Ad secundam Con-
firmationem dicatur calorem le-
bris præcipue sentiri in ipso ter-
ore languidis , ubi immeditus ille
calor inheret . Sunt uis autē quin-
vis sit conjunctus tali nervo ab illo
tamen est distinguis ; unde num-
quam infertur , quod qualitas im-
mediae afficiens nervum sentia-
tur .

749 **A** RGUITVR quar-
to contra vitianam
Conciliacionem . Nam caro est sen-
sorium Tactus : ergo non nervus .
Probatur Antecedens primo ; illud
enim est sensorium Tactus quod
est maxime temperatum . sed ca-
ro , & cutis sunt maxime tem-
perata : ergo caro est sensorium
Tactus .

750 Secundò probatur
Antecedens . Quia si propter ali-
quam rationem caro non est sensi-
orium Tactus , maximè propter
illam , quād sāpē ex Philosopho
Inculcavimus , quia nimis ex op-
posito fieret , quod sensibile pos-
sum supra sensum facere sensatio-
nem ; sed hæc ratio nulla est ergo ,
&c. Probatur Minor . Experiencia
namque compertum est quod si
nervus ab omni prouersus carne de-
nudetur , sentit si pungatur : ergo
si nervus est sensorium , iam sensi-
bile positum supra sensum facit
sensationem ; hoc autem ut falsum
reputamus : ergo quod nervus sit
sensorium , ut falsum etiam repa-
tare debemus .

751 Tertiò probatur Ante-
cedens . Nam alicubi est Tactus ubi
nul-

nullus est nervus: ergo nervus non est sensorum Tactus Probatur Antecedens in cerde jecore, venis, & in tunicis ossium, ubi nullus est nervus: ergo, &c.

752 Respondeatur negando Antecedens. Ad cujus primam probationem dicendum est quod licet caro sit valde temperata, temperator est tamen nervus ille, secundum quod habet spiritus qualiter aeris & sustiles, quos cutis & caro non habent. Vei habet maiorem temperiem in ordine ad hoc, quod sit organum Tactus.

753 Ad secundam probationem dicendum est, quod Ratio illa, quam ex Philosopho desumpsumus, est optima. Ad impugnationem autem illius respondeatur ex dictis, quod si nervus a carne denudetur, non sentier, sicut ossa, vnguis,

gues, & capilli non sentiant. Quod si sentiat, quando purgatur, non sentiet ratione sui, sed ratione carnis adjunctar.

754 Ad tertiam probationem Antecedens respondeatur, negando, ubi non est caro & nervus, esse Tactum. Quarè si possibile esset, quod ossa nuda, & vngue pungentur, dolorem non sentirent, sicut capilli non sentiunt cum tendentur: si quando tamen dolor sentitur, id est, quia caro & nervi illis adjuncta commoventur. Ad illud quod dicitur de jecore, carde & venis, negandum est in illis non dari nervos, vt enim Anatomistæ experiuntur, vere dantur. Gratis tamen admissio, quod non dentur, idem tunc de illis est dicendum, quod modò diximus de ossibus, vnguis, & capillis.



QVÆ



QVÆSTIO VI.

DE SENSIBUS INTERNIS.

ARTICULUS I.

Quotuplex sit sensus internus?

§. I.

Existencia Sensus interni supponitur, & Conclusio statuitur.

755 IN hac Difficultate supponendum est tamquam certum dari Sensum internum realiter distinctum ab externis. Quæ Suppositio constat Tum ex Philosopho de Somno, & Vigilia cap. 2. & 3. de Anima, cœxiu 136. & Div. Thoma ibi lect. 3. & 1. part. quast. 78. artic. 4. & quast. de Anima, artic. 13: Tum etiam ratione. Sæpè enim experimur nos somniare; sed somnium non potest a sensibus externis provenire, nullam quippè tunc valent operationem exercere: nec ab intellectu qui in somniis est ligatus, & ad operandū impeditus ergo necessariū est, quod à Séu inter se proveniat; ac proinde quod detur sensus internus realiter distinctus ab externo. Hac ergo veritate supposita, Difficultas est, *Quotuplex sit sensus internus?*

756 Nostra Conclusio est Sensum internum esse quadruplicem, nempè Sensum communem, Imaginativam, vel Phantasiā, Aëtimativam, & Memoriam. Conclusio est communis, Et probatur ratione D. Thom. loco ex i.p. relato. Natura sicut abhorret superflua, ita non deficit in necessarijs; quapropter in animali tot interiores operationes sunt ponendæ; quot ad illius conservationem requiruntur. Ad conservationem autem animalis perfecti de quo est sermo primò requiritur non solum quod apprehendat objectum dum est præsens, sed etiam dum est absens, nam experientia constat animal ad inquirendum illud, quod est absens, sæpè moveri. Vnde necessarium est ad conservationē animi lis non solum quod species sensibiliū presentium percipiat, sed etiam quod eas retineat & conservet, ut in rem absentem moveri possit.

757 Secundò necessarium est ad conservationem animalis aliqua

M 2 quæ-

quærere & fugere, nec solum quia convenientia ipsi, vel disconvenientia, sicut ovis videns lupum venientem, fugit non propter indecentiam coloris vel figuræ, sed quia iniurie est naturæ ovis: & avis colligit paleas, nec quia paleæ sunt sensui delectabiles, sed quia ad midiscandum sunt utiles: ergo necessarium est, quod animal percipiat hujusmodi species insensatas, quæ id est insensatae vocantur, quia per sensus externos non percipiuntur.

758 Ex his colligit D. Thomas dari Sensus communem, qui ordinetur ad recipiendas species sensibilium praesentium, quæ à sensibus externis attinguntur.

759 Advertendum est tamen cum D. Thomæ loco proximæ citate ad i. quod hic Sensus interior non dicitur communis per prædicationem sicut genus, sed sicut communis radix, & principium exteriorum sensuum. Nec quia habeat pro objecto sensibile commune, ut contrapositum sensibili proprio: nam Sensus communis suum etiam habet sensibile proprium pro objecto; hoc autem est ipsum objectum sensuum exterorum, attatum tamen sub altiori & universaliore ratione. Quia de causa Sensus communis judicat, tam de objectis sensuum extenorum.

760 Deinde sequitur aliud sensus internum, qui dicitur Imaginativa, vel Phantasia, quæ prædictas species retinet, & se habet, ut

thesaurus formarum per sensus acceptarum. Hæc autem Imaginativa, vel Phantasia realiter à Sensu communi distinguitur. Et ratio est, Nam Sensus communis facilè percipit, cum ad præsentiam objecti, & immutationem sensum exteriū immutetur, Imaginativa autem, vel Phantasia facilè retinet, cum objectum etiam absens attingat; sed faciliè percipere, & facilè retinere sunt actus exigentes contraria dispositiores, proindeque diversas potentias: ergo. Prob. Min. Nam facilè percipere exigit prædominium in humido, facilè verò retinere postulat prædominium in sicco; vnde experimunt quod in corporibus humidis facilè sigilli figura imprimitur, & difficulter autem retinetur & in secis faciliter retinetur, & difficulter imprimitur.

761 Sequitur deinde Aestimativa, quæ apprehendit intentiones insensatas; v. g. utilis, & nocivæ, quas retinet & conservat, alias nulla efficit ratio quarè ovis lupos fugeat, & canibus adhæret.

762 Sequitur tandem Memoria, quæ conservativa & retentiva est hujusmodi intentionum quasi Thesaurus quidam. Cujus signum est (ut afferit loco citato Div. Thomas) quod p. incipium memorandi sit in animalibus ex aliqua hujusmodi intentione, puta quid est nocivum, vel conveniens. Et ipsaratio præteriti, quam attendit memoria inter hujusmodi intentiones compicitur.

763 Scientiam est extremum, quod Estimativa in homine vocatur Cogitativa & ratio particularis, quia per quamdam cognitionem & discursum percipit objecta per species sensatas: in brutis autem vocatur Estimativa, qua bruta absque aliqua collatione & discursu praedictas intentiones attingunt, sed eas solo naturæ instinctu cognoscunt.

764 Memoria etiam prout in homine vocatur Reminiscensia. Quia syllogizando & discurrendo habet memoriam præteriorum secundum conditiones individualem: in brutis vero appellatur Memoria tantum, quæ ad præterita subita tantum recordatione terminatur.

765 Ex dictis infertur hujusmodi: quatuor sensus internos realiter inter se distinguuntur. Quid constat. Tum, quia jubent dictiones specie actus, & distincta specificè objecta. Tum etiam, Nam diversitas specifica sensuum ex diversitate specifica organorum à posteriori desumitur; sed praedicti Sensus habent distincta realiter organa: ergo realiter distinguuntur. Major constat. Hac enim ratione supra probavimus Sensum communem realiter ab intelligentia distinguiri.

766 Minor autem probatur ex communii Doctrina, tam Philosophorum naturalium, quam Medicorum (quam expressè docet Gregor. Nissen. lib. 4. Phil. sophie, cap. 6. & 7. & Div. Damascen. lib.

2. de Fide Orthodoxa, cap. 17. vsque ad 20.) quatuor cellulas, aut ventriculos in cerebro pro quatuor praedictis Sensibus collegantibus, ita ut in anteriori parte cerebri sit quædam cellula, in qua Sensus communis residet, & in altera ipsi proxima imaginativa, seu Phantasia ponatur; in media vero parte cerebri Estimativa collocetur, in occipito denique, vel posteriore parte Memoria: ergo praedicti Sensus in diversis realiter organis subjectantur, proindeque realiter distinguuntur.

S. II.

Solvuntur Argumenta.

767 **A**R G VITVR primò. Sensus communis non datur in animali: ergo Sensus interior non sunt quatuor. Probatur Antecedens. Si daretur Sensus communis in animali, ad hoc daretur, ut tam de actibus, quam de objectis sensuum externorum judicaret, sed ad hoc Sensus communis non requiritur: ergo in animali non datur. Probatur Minor, Primo, quia quilibet sensus externus judicat (judicio saitem imperfecto) de suo objecto, & cognoscit distinctionem unius ab altero; v. g. visus cognoscit distinctionem albi à nigro, & auditus differentiam unius Soni ab alio. Similiter quilibet sensus externus habet judicium virtuale, & in exercitio sui actus, ut diximus supra. *Quæstione*

4. Art. 4. ergo Sensus communis necessarius non est ad judicandum de actibus & objectis sensuum extenorū.

768 Secundū probatur Minor. Si namque sensus communis judicaret de actibus, & objectis sensuum extenorū, vel judicaret per unam speciem, vel per plures; neutrum potest dicitur ergo nequit de actibus & objectis sensuum extenorū judicare. Probatur Minor pro prima parte. Nam si sensus communis judicaret de illis actibus & objecti per unicam tantum speciem, vel talis species causaretur ab illis objectis? Et hoc non. Quia ab objectis diversis non potest cauferi una species; sed objecta sensuum extenorū sunt diversa: ergo ab illis non potest cauferi una species. Vel causaretur à speciebus existentibus in sensibus extensis, quod verè affirmari non potest, Species enim sensuum extenorū sunt valde imperfectæ, & materiales, proindeque nequeunt producere speciem sic perfectā, quæ se sola objecta ipsum sensuum extenorū repræsentet: per unam igitur speciem non potest sensus communis de actibus, & objectis sensuum extenorū judicare.

769 Pro secunda etiam parte probatur eadem Minor. Vi enim sensus communis medijs pluribus species, de actibus & objectis sensuum extenorū judicaret, opertet, quod in ipso communis sensu simul & actualiter essent plu-

resolutus & species; hoc autem est impossibile, alias daretur æquivo-
catio in mente, qua de causa hoc
negat D. Thomas intellectui, 1. p.
quest. 85 art. 4. ergo sensus com-
munis nequit judicare de actibus
& objectis sensuum extenorū
medijs pluribus speciebus.

770 Respondeatur negando Antecedens. Ad cuius primā probationem dicendum est quod quilibet sensus externus, ut loco citato diximus, potest imperfecte & in exercicio de suo ipsius actu judicare: nequit tamen judicium ferre de actibus aliorum sensuum, nec inter eosum objecta discernere: vi-
sus quippe nequit judicare de ac-
tu Auditus, nec discernere inter
objectum illius, & alium sen-
suum. At verò sensus communi-
nis ad hoc ponitur, ut perfecte ju-
dicet non præcise de hoc, vel illo
actu, vel objecto, sed de omnibus
objectis & actibus sensuum extenorū
Cum autem hoc modo ju-
dicare nulli sensui extero competat, necessarius est alter internus,
qui illius esse nequit, quam com-
munis.

771 Ad secundam proba-
tionem Minoris concessa Minore
pro prima parte, negatur pro se-
unda. Ad eius probationem di-
cendum est, quod omnes illæ spe-
cies sunt inadæquatae in ordine ad
cognoscenda plura objecta, ad
cognoscenda scilicet objecta Visus,
auditu, gustu, &c. quæ quidem re-
spectu sensus communis sunt objec-
ta inadæquata, & conuenientia in-
ra-

ratione sensibili in cōmuni, quod est objectum specificatum cōmuni sensus. Hoc autem modo esse in eadem potentia cognoscitiva, nullum debet inconveniens reputari: nec oppositum docuit D. Thomas loco in Argumento relato.

772 Nec infertur dari æquivationem in mente: hæc enim tantum datur, quando simul sunt plures actus & species ad cognoscenda plura objecta ad æquatè distincta, & dispartata, & sub nulla ratione convenientia: quod docuit Angelicus Doctor ibidem per hæc verba: *Intellexus quidem potest multa intelligere per modum unius, non autem multa per modum multorum. Dico autem per modum unius, vel multorum, per unam, vel plures species intelligibiles.* Cū ergo species illæ non per modum multorum, sed per modus unius se habeant, ex eo, quod Sensus cōmuni per eas cognoscat, & discernat actus, & objecta sensuum externorum, non infertur dari æquivationem in mente.

773 **A** RGVI UVR secundum dò. Ratio, qua ex Div. Thomæ probavimus dari prædictos quatuor sensus, & esse inter se realiter distinctos, non est efficax: ergo vel non dantur tales sensus, vel aliunde oportet eorum existentiam demonstrari. Probatur Antecedens. Nam ratio probativa in hoc consistit, quod scilicet Sensus recipit species, sensatos, & Imaginativa illas retinet: Æstimativa verò, vel Cogitativa recipit

species insensatis, Memoria autem illas retinet & cōservat; sed ex hac ratione talium sensuum realis distinctio non infertur: ergo Ratio, quam ad id probandum adduximus, non est efficax. Probatur Minor primò, Nam eadem numero, & realiter potentia intellectiva recipit species intelligibiles, easque retineret, & conservaret: vnde docet Div. Thom. i. part. quest. 79. articul. 7. Memoriam, & intellectum realiter non distingui: ergo pariter idem realiter sensus poterit recipere species, sive sensatas sint, sive insensatae, easque conservare & retinere: ec proinde ratio, quam assumplimus ad probandum tales sensus esse realiter distinctos, non est efficax.

774 Secundo probatur eadem Minor, Nam ad recipiendum & retinendum species diversa organa non requiruntur, sed unum sufficere videtur; in eodem namq; organo potest esse una pars humida, & altera secca, vt idem realiter sensus possit prædictas species recipere, & retinere, *Ad rationem enim potentie passiva pertinet* (inquit Div. Thomas) *loco proximè citato cōservare, sicut, & recipere: ergo ex receptione, & retentione specierum, distinctio realis organorum non deducitur; proindeque realis distinctio sensuum non infertur.*

775 Respondeatur negando Antecedens: Ad cuius probationem nego Minorem. Ad primam probationem illius concessio Antecedenti,

neginda est Consequentia. Et ratio disparitatis desunitur ex doctrina, quam ibi adducit D. Thomas. Quia scilicet intellectus est magis universalis, cum habeat pro objecto communis imam entis rationem. Unde propter hanc universalitatem, & perfectionem idem realiter intellectus potest species recipere & retinere; & ideo intellectus qualiter recipit species ad intelligendum non distinguietur a Memoria intellectuali eius retinente & conservante, ut præteriorum recordetur. At vero potentia sensitiva, etiam interna, non sunt ita universales, & perfectæ: unde eadem realiter potentia sensitiva interior non potest simul illas species recipere, & retinere. Quare sicut haec Consequentia non tenet: *Idem realiter intellectus potest omnia subjecta sensuum externorum attingere: ergo idem sensus exterior valebit etiam omnia illa cognoscere;* Ita Consequentia, quæ nobis opponitur, non tenet: hoc autem non ob aliud, quam ob assignatam discriminis rationem.

776 Nec obest si dicas, quod licet hoc non possit competere sensui ex seipso, potest tamen illi convenire participativè ab intellectu. Quemadmodum discurrere, & entia rationis efformare, tametsi nulli sensui ex seipso possit convenire, in probabili tamen Sententia Thomistarum aliqui sunt Sensus externi, qui ratione conjunctionis cum intellectu, & per participationem ab ipso virtutemque possunt.

777 Non inquam, hoc obest. Primum, quia ut in Logica diximus Lib. 2. Quest. 2. Aartic. 1. §. 3. nullus sensus internus sed solus intellectus potest facere eas rationis, etiam ratione conjunctionis ad intellectum, propter rationes loco citato adductas, praesertim à numer. 176.

778 Secundum, Nam adhuc admissa illa Sententia, dicendum est juxta illam, quod discurrere circa singularia, & fabricare aliqua entia rationis, non est ita proprium intellectus, ac species recipere, & retinere; hec enim ipsi competit etiam maxima ejus universalitatem, & perfectionem; quod autem maxime perfectum est in aliqua ratione superiori, non potest, etiam participativè, inferiori competere.

+ 779 Tertio dici potest juxta rationem in Conclusione allatum, quod in rebus spiritualibus non experimur, recipere species, & illas retinere, ad principia diversa reduci: & ideo nullum apparet inconveniens, quod in eodem intellectu recipientur, & simul conserventur. In rebus autem corporalibus oppositum experimur: videmus enim humida facile recipere & difficulter retinere; secca vero facile retinere, difficulter que recipere. Cum autem sensus interni sint corporei, & in corporali organo subjectantur, sicut organa ad recipiendum, & retinendum species realiter distinguuntur, nimirum siccum & humidum; ita

Sensus, qui recipit tales species, realiter etiam distinguiri debet ab illo, qui retinet.

+ 780 Ad secundam probationem Minoris tripliciter etiam respondetur. Primo juxta modum dicti distinguendo Antecedens, ad recipientum & retinendum species spirituales diversa organa non requiruntur, concedo Antecedens ad recipientum & retinendum species corporales, nego Antecedens, & Consequentiam. Quamvis enim (ut dictum est) ad recipientias species spirituales, & illas retinendas unica poteris sufficiat, scilicet intellectus; ad recipientias tamen & retinendas species corporales non sufficit unus sensus, eodem quod organum recipiens petit excessum in humiditate, & organum retinens petit excessum in siccitate; ex his autem excessibus diversis & adversis non potest non realis sensuum diversitas argui. Nec Auctoritas D. Thomæ, quæ in Antecedenti includitur, nobis opponitur. Angelicus enim Doctor non loquitur ibi, ut ipsum legenti constabit, de potentia corporali, sed tantum spirituali, scilicet intellectu.

+ 781 Secundò respondeatur regando Antecedens. Siquidem ad recipientias species sensibiles requiritur excessus in humiditate, ad ipsas vero retirendas excessus in siccitate postulatur; excessus autem in humiditate & siccitate non potest eidem organo etiam secundum diversas partes convenire:

quia ex natura rei summa siccitas, & summa humiditas pertinet diversa realiter organa.

+ 782 Tertiò potest responderi admisso Antecedenti, negando Consequentiam, quæ minimè ex illo delectur. Eo namque ipso, quod unum organum habeat unam partem in humiditate excedentem, & alteram in siccitate superantem perinde se habet illa diversitas partium, ac si esset distinctio realis organorum.

+ 783 A RGVI VR tertio. Nullus sensus internus potest attingere objecta, quæ externi sensus non attingant: ergo non datur Axiomatis contingens objecta insensata, hoc est, ab externis sensibus non percepta; ac proinde non dantur quatuor Sensus interni. Probatur Antecedens. Nihil enim est in intellectu, quin prius fuerit in sensu, juxta communione illud Axioma: *Omnis nostra cognitio rerum habet a sensibus: ergo potiore ratione, Nihil poterit interior sensus attingere quod prius sensus exterior non attingerit.*

784 Respondeatur negando Antecedens. Ovis enim, ut experientia constat, percipit inimiciam lupi, & amicitiam canis, quas per sensus exteros non attingit. Ad probationem Antecedenti's distinguendum est Antecedens, vel explicandum Axioma, *Orum habet a sensibus, ita ut semper ab illis vel per se, vel per accidentem attingatur, concedo Antecedens, semper per se, nego Antecedens,*

dens, & Consequentiam. Non enim necessariò requiritur, quod quidquid est in intellectu, prius in sensu per se fuerit: intellectus enim attingit rerum esse tias, quas tamen sensus externi non attingunt. Quando autem dicitur quod *Omnis nostra cognitio ortus dicit a sensibus*, sic intelligi debet, quod primirum in speciebus sensuum exterorum essentia & quidditates rerum per accidens representantur, quatenus illae species cum talibus essentijs & quidditatibus materialiter conjunguntur. Quare objecta sensata per accidentis tantum & materialiter percipiuntur a sensibus externis, a internis vero formaliter. Ovis enim per sensus exter nos non cognoscit per se in cane vel in lupo nisi tantum colorē & figuram, in quibus, ut certum est, amicitia, aut inimicitia non consistit, sed per sensum internum, alias (vt supra diximus) nec lupos fugeret, nec canibus adhæreret.

785 **A**RGVITVR quartū ad ostendendum Sensus Communem realiter ab Imaginativa non distingui. Nam potentiae, quarum objecta formaliter non diversificantur, realiter non distinguuntur; sed objecta Sensus Communis & Imaginativæ formaliter non diversificantur: ergo Sensus Communis & Imaginativa realiter non distinguuntur. Consequentia est legitima. Major censat. Nam potentiae distinguuntur per objecta formaliter diver-

sa, vt supra monstrabimus *Quesit.*
2. Art. 3. Minor autem probatur, Quoniam objectum Sensus Communis & Imaginativæ est sensibile in communi: ergo formaliter non diversificantur.

+ 786 Haic Argumento posset aliquis respondere dioendo Sensus Communem & Imaginativam non habere idem objectum formaliter. Eò quod imaginativa non solum potest attingere objectum praesens, sed etiam potest terminari ad illud ut absens. Sensus vero Communis non potest attingere nisi objectum praesens. Nam Sensus Communis illa dumtaxat potest objecta percipere, quae a sensibus externis attinguntur; a sensibus autem externis non attinguntur nisi objecta praesentia. Vnde Sensus Communis, & Imaginativa realiter & essentialiter differunt, cum eorum objecta formaliter distinguantur.

+ 787 Displacet tamen haec Solutio, & ideo Rejicitur primum. Nam distinctio realis & essentialis potentiarum non potest in hoc præcisè consistere, quod una attingat objectum ut praesens & ut absens, alia vero attingat illud tantum ut praesens: ergo Solutio tradita non subsistit. Probatur Antecedens. Nam plures Thomistæ docent Notitiam intuitivam & abstractivam essentialiter non differre per hoc, quod illa tantum ab objectum praesens feratur, & haec ad objectum solummodo absens terminetur; sed si praesentia & ab-

sen-

sentia objecti sufficerent ad distin-
guendas realiter, essentialiterque
potentias sufficerent etiam ad hoc
modo actus distinguendos, proin-
deque per predictam præsentiam
& absentiam essentialiter notitia
intuitiva & abstractiva different:
ergo distinctio realis & essentialis
potentiarum non consistit in hoc
quod una ad objectum ut præsens
& ut absens, alia vero ad objectum
tantum ut præsens terminetur.

+ 718 Secundò Rejicitur,
Ea namque, quibus duo realiter &
essentialiter differunt, non possunt
virique simul, vel eorum alteri
convenire: quemadmodum quia
per rationale & irrationale homo
& equus essentialiter distinguun-
tur, non possunt homo & equus
esse simul rationales & irrationa-
les, nec illorum alteruter; sed
juxta traditam Solutionem, præ-
sentia & absentia objecti sufficit ad
realem & essentialiem differentiam
potentiarum: ergo attingere ob-
jectum præsens & ut absens nequit
simul duabus potentijs, vel alteri
convenire. Atqui in assignata So-
lutione assertur Imaginativa
posse terminari ad objectum præ-
sens & absens: ergo vel præsentia
& absentia potentias realiter &
essentialiter differre non facit, vel
Solutio contradictionem invol-
vit.

+ 789 Tertiò Rejicitur.
Nam licet aliqui Thomistæ judi-
cent Sensem Communem tantum
posse objectum præsens attingere,
oppositum tamen cum alijs etiam

D. Thomæ Discipulis probabilius
judicatus. Propter affinitatem
enim, quam habet organum Sensus
Communis cum organo Imagina-
tivæ, potest aliqua species in Imagi-
nativa reservata descedere ad
ipsum Sensem Communem, & me-
dia ipsa cognoscere objectum ab-
sens: ergo falsum est Sensem Com-
munem tantum posse attingere
objectum præsens. Probatur Ante-
cedens. Nam cognitionis Sensus
communis non est essentialiter ex-
perimentalis, hujusmodi quippe
cognitio est propria sensuum ex-
teriorum, qui propter suam im-
perfectionem non possunt nisi ob-
jectum præsens attingere: ergo
aliquando poterit Sensus Communi-
nis verbum producere, & objec-
tum absens attingere: ac per con-
sequens non distinguiatur ab Imagi-
nativa per hoc quod tantum possit
attingere objectum præsens. Pre-
dicta igitur Solutione in sua (si
quam habet) probabilitate relictæ.

+ 790 Respondetur ad
Argumentum negando Minorem.
Ad cujus probationem distinguo
Antecedens, est sensibile in com-
muni materialiter acceptum, con-
cedo Antecedens, formaliter sump-
tum, nro Antecedens, & Conse-
quentiam. Licet enim objectum
Sensus Communis, & Imaginati-
væ sit materialiter idem, sensibile
nimiliter in communi, formaliter
tamen & in ratione objecti distin-
guitur. Quæ formalis diversitas
desumitur ex majore perfectione,
qua Imaginativa attingit ipsum
obje-

objectum; siquidem Imagina iva potest circa singularia discurrere, & in Sententia valde in via D. Thomæ probabili aliqua entia rationis esformare, quod Sensui communis non competit. Hoc autem sufficit ut Imaginativa & Sensus communis essentialiter distinguantur, quamvis objectum virtusque sit materialiter idem. Quemadmodum licet objectum intellectus Angeli & hominis sit materialiter idem, formaliter tamen est diversum, ea quod perfectiori modo ab Angelo, quam ab homine attingitur: quæ diversitas quamvis ex parte intellectuum se habeat, refunduntur tamen in objectum, ipumque formaliter diversificati quod posset pluribus alijs exemplis declarari.

§. III.

*Examinatur An omnes predicti
Sensus in quavis Animali
inveniantur?*

791 PRO pleniore notitia hujus Articuli INQUIRES, An omnes Quatuor interni Sensus assignati in quo ibet animali inveniantur? Pro cuius decisione Notandum est primo Animalia esse in triplici differentia. Alia enim sunt imperfectissima, ut ostrea, & conchylia: alia minus imperfecta, ut apes, muscae, & fornicæ: alia tandem perfecta, ut homo, & equus.

792 Secundò Notandum est Phantasiam esse duplē;

aliam perfectam, quam Aristoteles & D. Thomas determinata vocant: aliam imperfectam, quam ipsi indeterminatam appellant. Hæc autem nonnullos habet gradum alia est imperfectior, alia minus imperfecta. His ergo suppositis, sit.

793 *Conclusio.* In animalibus imperfectissimis, qualia sunt (ut diximus) ostrea, & conchylia, tantum est quedam indeterminata Phantasia, adeoque imperfecta, ut non nisi in praesentia objecti moveantur, ac proinde in illis talis Phantasia à Communis Sensu præcè non differt. In animalibus vero imperfectis, qualia sunt (ut prænotavimus) muscae, apes, & fornicæ, Imaginativa & Phantasia, imperfecto tamen modo reperitur, & quoddam prudentiæ & Memoriæ genus. Animalia denique perfecta, qualia sunt homo, & equus, habent perfectam Phantasiam perfectamque Memoriam. Conclusio hæc quoad omnes partes est communis. Quoad primam autem probatione non indiget, quoniam experientia, & ad sensum patet.

794 Quoad secundam verò probatur. Si enim fornicæ aliquam Memoriam non haberent, ad foveam, ubi frumenta congregant, non redirent; atqui redeunt: ergo quondam Memoriam habent. Consequentia liquet. Major videtur certa, & Minor ipsa experientia comprobatur. Quod autem hæc Memoria non

fat

sit perfecta ipsa etiam experientia convincitur. Si enim semitæ illis interrumpantur, ad foveam iterum redire oblitiscentur: quod satis indicat perfectam illius Memoriam non habere.

795 Quoad tertiam denique partem probatur. Animal erim perfectum, ut homo, omnes filios sensus habet, ut sati probatum relinquitur §. I. Animalia verò non ita perfecta sicut homo, perfecta tamen, ut equi & similia, perfecta habere Memoriam docuit Augustinus Lib. 10. Confess. cap. 17. dicens: *Habent enim Memoriam & pecora & aves, alioquin non cubilia nidos esse repererent, non alia multa quibus assuecunt: neque enim & assuecere valerent ulti res ipsi nisi per Memoriam.* Idem docet Lib. 1. Musicæ, cap. 4. ubi, *Puto (inquit) te negare non posse, bestias habere Memoriam, Nam & nidos post annum revisunt hirundines, & de capillis verissime dicatum est:* (Vng. Georg. 3.)

*Atque ipsæ memores redeunt.
in testa capella.*

Et canis heroem dominum jam suis hominibus oblitum recognovisse prædicatur: quod exemplum ex Homeri Odyssæ desumptum.

796 Ratione etiam id ipsum manifestè convincitur. Nam Memoria dæservit conservacioni specierum in absentia sensibilium; sed in brutis in absentia à sensibilium species conservantur, v. ex D. Thoma §. I. mostrabimus: ergo in brutis perfecta Memoria reperiatur.

797 Sed contra primam & secundam partem Conclusionis objicies. Omnes Sensus interni sunt propriæ passiones animalis in communi; sed propria passio omni subiecto convenit: ergo omnes Sensus interni cuicunque animali etiam imperfecto convenient.

798 Respondeatur distinguendo Majorem, sunt passiones animalis in communi ut contrahibilis per differentiam perfectam, concedo Majorem, imperfectam, nego Majorem, & concessa Minore, nego Consequentiam. Aliquæ enim sunt perfectione quæ ad formam non consequuntur, nisi cum forma in statu perfecto reperitur. Quemadmodum lumen gloriæ; quod est propria passio gratiæ; & tamen ipsi gratiæ non convenit nisi quando est perfecta & consummata; quando felicet cum ipsa Dei visione conjugitur. Similiter quies in centro est propria passio corporum gravium; & tamen non semper ipsis actualiter convenit, sed dumtaxat quando ipsi centro conjuguntur. Pariformiter ergo dicimus in præsenti, quod omnes Sensus interni non consequuntur ad animal in communi, nisi quando tale animal per differentiam perfectiorum est contractum.

799 Contra tertiam autem partem Conclusionis sic insurges. Nam in brutis, et amissi animalia perfecta sint, non potest Memoria reperiiri: ergo quatuor praedicti Sensus non in omni animali perfecto inveniuntur. Probatur

Antecedens. Nam si bruta haberent Memoriam, possent supra suos actus in actu signato reflectere, quia reflectere nihil aliud est, quam recordari; sed bruta non possunt supra suos actus signatae reflectere, hoc enim est proprium hominis: ergo in brutis nequit Memoria dari.

800 Respondetur negando Antecedens. Ad cuius probationem dicendum est, quando recordatio est subita, materialis & imperfecta, signatam reflexionem supra actum non requirit; recordatio autem quæ brutis convenit, tantum est subita, materiali & imperfecta; mali enim, vel boni præteriti recordantur absque aliqua collatione vel discurrendo. In hoc enim homines à brutis distinguuntur, ut docet D.Thom. 1. 2. quest. 1. artic. 2. quod homines seipso ad finem movent. Ita vero (inquit) quæ ratione carent, tendunt in finem propter natualem inclinacionem, quasi ab alio mota, non autem à seipsis, cum non cognoscant rationem finis: & ideo nihil in finem ordinare possunt, sed solum in finem ab alio ordinantur. Unde bruta supra suos actus nequeant signatae reflectere.



Habent
memoriam
in sensib.
int. et
con-

ARTICVLVS II.

An Cogitativa, & Memoria hominis, qua in ipso Reminiscencia dicitur, discurrere possit?

§. I.

Quod est certum supponitur, & Conclusio stabilitur.

801 **D**IFFICVLTAS hæc pœne soluta manet ex dictis in Logica Libro 2. Quest. 2. Artic. 1. §. 3. Quia tamen hic etiam propriam sedem habet, ideo impresentiarum quoque illam, quamvis breviter attingemus. In qua supponendum est ut certum apud omnes quod Cogitativa & Memoria hominis secundum suam speciem considerata & ex meritis proprijs discurrere nequit. Si enim sub hac consideratione discurrere possent, secundum etiam quod in bruto sunt possent discurrere, ed quod tales Sensus eiusdem sunt rationis in omnibus; admitti autem non potest, quod brutorum Memoria & Cogitativa discurrant. Difficultas ergo est, An prædicti Sensus prout in homine sunt possint discurrere?

802 Nostra Conclusio est negativa. Et probatur. Nam discurrere & Propositiones efformare est proprium intellectus; sed quod est proprium intellectus non potest sensibus, etiam internis,

con-

convenire: ergo Memoria & Cogitativa adhuc prout in homine, non possunt discurrere & Propositiones efformare.

803 Respondebis ex Dicitur a Adversariis, quod licet sit proprium intellectus discurrere, & Propositiones efformare, non tamen est ita proprium, ut non possit Sensus interno aliqualiter convenire; licet autem Memoria & Cogitativa hominis non possint circa universalia discurrere, & Propositiones universales efformare, possunt tamen discurrere circa particulaaria, & formare Propositiones particulares. Vnde docet D. Thomas 1. p. quest. 78. artic. 4. in corpore, quod Cogitativa homini, quæ in brutorum & huminata vocatur, percipit intentiones inferiores per quamdam collationem; collatio autem sine aliquo discursu non datur. Et paulò inferius de hominis Reminiscentia loquens, quæ in irrationalibus Memoria dicatur, asserit, quod p. anteriorum recordatur quasi syllogisticè inquirendo, syllogisticæ autem inquisitiones non dantur, nisi Propositiones, discursusque fabricentur.

804 Sed contra est primò. Nam licet predicti Sensus possint materiales Propositiones efficere, & discursus materialiter efformare, quod admittimus, non tamen formaliter, quod negamus: ergo nulla est Solutio. Probatur Antecedens. Quia ut Sensus posset predictas Propositiones & Discursus formaliter efficere, necessarium

erat, quod id in que formaliter consistunt, agnoscere; hoc repugnat: ergo & quod forma iter tales Propositiones & Discursus efficiant. Probatur Minor, Nam id, in quo formaliter consistit Propositiones & Discursus est ens rationis; sed Sensus non potest cognoscere ens rationis: ergo. Probatur Minor. Tunc enim ens rationis cognoscitur, quando contingit id, quod non est ad modum entis; sed sensus nequit cognoscere id, quod non est, ad modum entis, siquidem ad hoc necessariò exposciatur, quod inter ens & negationem entis discernat, ac per consequens quod utrumque cognoscatur, quod est proprium intellectus, qui solus habet pro objecto rationem entis: ergo Sensus non potest quod non est ad modum entis agnoscere.

805 Secundò impugnatur predicta Solutio. Nam si Sensus posset formaliter illas Propositiones Discursusque formare, posset etiam in illo veritas & falsitas formalis reperiri; hec est falsum, & contra Angelicum Praeceptorem 1. p. quest. 16. artic. 2. dicentem, veritatem & falsitatem formalem consistere in conformitate vel disformitate intellectus cum re intellecta. Vnde (verba sunt S. Doctoris) conformitatem istam cognoscere, est cognoscere veritatem. Hoc autem nullo modo Sensus cognoscit. Ergo Sensus nullam potest formaliter Propositionem efficere. Discursumve formare.

§. II.

Solum suntur Argumenta.

806 **A**RGVITVR primò
Ex D. Thoma i. p.
quæst. 78. art. 4. sàpè citato, vbi
docet quod Cogitativa in homine
ad invenit intentione insensatas
per quandam collationem: & per
Reminiscientiam præteriorum re-
cordatur, quasi syllogisticè inqui-
rendo; sed vnum alteri conferre &
syllogisticè inquirere, est formales
Propositiones, Discursusque for-
mare: ergo juxta Angelicum Prä-
ceptorum tales Propositiones &
Discursus efficere, sensibus præ-
dictis non repugnat.

807 Respondetur ex-
pliando Angelicum Doctorem
juxta dicta, per quandam colla-
tionem, & quasi syllogisticè in-
quirendo materia iter, concedo
Majorem, formaliter, nego Ma-
jorem, & distinguo Minorem,
vnum alteri conferre, & syllogis-
ticè inquirere formaliter, est for-
ma es Propositiones, Discursusque
formare, conce o Minorem, vnum
alteri materialiter conferre, &
materialiter etiam inquirere, est in
prædicto sensu efficere Proposi-
tiones & Discursus, nego Minorem,
& Consequentiam. Quamvis enim
Cogitativa in homine vnum alteri
materialiter conferat, & Reminis-
centia in ipso materialiter etiam
syllogisticè inquirat; hoc tamen
non sufficit ad formales Proposi-

tiones, formalesque Discursus con-
ficiendos. A. hoc enim necessarium
erat, vt diximus, quod Cogitativa,
& Reminiscientia cognoscerent ens
rationis, in quo tam Propositio
formalis, quam formalis Discursus
consistunt; ens autem rationis Co-
gitativa & Reminiscientia non cog-
noscunt.

808 Quod autem hec
Solutio & Explicatio Angelici Prä-
ceptoris menti conformetur, ex
ipsis verbis, quæ nobis obser-
vuntur, sic probatur. Per quandam
(inquit) collationem: & quasi syl-
logisticè inquirendo. Vbi obser-
vandum est ly quandam, & ly quasi,
quæ sunt verba diminuentia, ut per
se conilit; ac si D. Thomas sentiret
Cogitativam posse formales Propo-
sitiones efficere, & Reminiscientiam
valere formales Discursus fabrica-
re, verba diminuentia non appo-
ne. et: ergo ideo particulas dimi-
nuentes apposuit, quia Cogitati-
vam & Reminiscientiam formales
Propositiones & Discursus effor-
mare non censuit.

809 **A**RGVITVR secun-
dò. Quamvis Cog-
itativa & Reminiscientia ex seipsi
non possint formales Proposi-
tiones & Discursus efficere, ex con-
junctione tamen ad intellectum id
possunt: ergo nulla est ratio quare
Cogitativa & Reminiscientia ne-
queunt singulares Propositiones &
Discursu efformare. Probatur An-
tecedens primò, Licet Accidens ex
seipso non possit producere sub-
stantiam, ex conjunctione tamen
ad

ad ipsam, illam præducere potest: ergo pariter, licet Cogitativa, & Reminiscentia non possint efficere formales Propositiones, & Discursus, ex conjunctione tamen ad intellectum optimè poterunt.

810 Secundo probatur Antecedens. Quamvis Præmissa naturalis non possit ex seipso in Conclusionem supernaturalem influere, potest tamen ut supernaturali Præmissa conjugitur: idem ergo quod prius.


811 Respondetur negando Antecedens. Ad cujus primam probationem cōcesso. Antecedenti, neganda est Consequentia. Disparitas est perspicua. Nam productio substantiæ non est extra sphærā accidentis propt̄ substantiæ ipse cōjugantur, est enim virtus substantiæ, & ad hoc à natura instituitur, ut substantia medio illo operetur. Ens verò rationis, quo Propositio formalis & formalis Discursus constituantur, non est intra sphærā Cogitativa & Reminiscentiæ, nec alterius Seni us externi, vel interni: & idē Propositio & discursus formalis ab illis non producitur, nihil enim extra suam sphærā operatur.

812 Ad secundam probationem Antecedentis concedendum est similiter Antecedens, negandaque Consequentia, propter similem disparitatis rationem. Præmissa enim naturalis elevatur à supernaturali, & ratione elevationis potest attingere Conclusionem supernaturalem, quin extrahatur à sua sphœra. Cogitativa autem, &

Reminiscentia non possunt Propositiones, Discursusque formales attingere, quin à sua sphœra extrahantur, necessarium est enim, quod ens rationis attingant, quod extra sphœram Cogitativa & Reminiscentiæ continetur.

813 A R G V ITVR tertio. Non repugnat quod supremum potentia inferioris attingat infimum potentia superiōris sed judicare, & discurrere circa vniuersalia est supremum potentia intellectivæ, circa particularia verò infimū ergo cogitativa & Reminiscentia possunt singulares Propositiones, Discursusque formare. Consequentia constat. Minor supponitur. Et Major probatur ex illo communi Proloquo ex Dionysio cap. 7. de Divinis Nominibus desumpto *Supremum infimi attingit infimum supremi.*

814 Respondetur distinguendo Majorem, si infimum potentia superioris intra sphærā potentia inferioris continetur, concedo Majorem; si non sit intra illius sphærā, nego Majorem, & omissa Minore, nego Consequentiam. Quando enim infimum potentia superioris continetur intra sphærā potentia inferioris, potest inferior potentia, vel ratione conjunctionis cuius superiori illud attingere, vel ad illud attingendum elevari: secus verò quando infimum supremi in superiore sphœra, ac supremum infimi collocatur, ut in præse[n]ti contingit, ut satis ex dictis constat.



LIBER TERTIVS DE ANIMA.

POSTQVAM in præcedentibus Libris de Anima Vegetativa, & Sensitiva tractavimus ab imperfectioribus ad perfectiora procedentes, superest, vt, eamdem sequentes methodum, in hoc tertio, & ultimo Libro de Anima rationali, quæ alias dignitate superat, differamus, quoniam sex Quæstionibus absolvemus. In prima de ipsa Anima rationali usque spiritualitate, & incorruptibilitate tractabimus. In secunda de illius potentijs, scilicet de Intellectu possibili & agente. In tertia de objecto intellectus possibilis. In quarta de speciebus intelligibiliibus. In quinta de intellectione. In Sexta censure de appetitu rerum cognoscentium. Sit ergo.

QUÆSTIO I.

DE ANIMA RATIONALI SECVNDA SE.

ARTICVLVS I.

Vtrum Anima rationalis sit pure spiritualis?

§. I. o eis finit
Statuitur Conclusio.

NO STRA Conclusio
nalem esse purè spiritualem. Con-

clusio est communis. Et probatur
primo ex Concilio Lateranensi
capit. Firmiter, ubi dicitur: Deus
ab inicio veramque similitudinem
creaturam corporalem, & spiri-
tualem, Angelicam scilicet, &
mundanam, deinde humanam quasi

ex spiritu, & corpore constitutam:
ergo Anima rationalis est purè spi-
ritualis.

3 Secundò probatur ratio-
ne ex Philosopho hic, textu 7. &
D. Thoma ibidem, lect. 7. desump-
ta. Nam potentia purè spiritualis
non potest nisi in forma purè spi-
rituali reperiri; sed intellectus est po-
tentia purè spiritualis; ergo Anima
rationalis quæ illius est forma non
potest non esse purè spiritualis.
Consequens constat. Major est
certa. Ratione 4. enim non potest
suam rationem extenderet; sed po-
tentia radicatur in forma: ergo si po-
tentia est purè spiritualis, non po-
test non spiritualis esse; & ipsa for-
ma. Minor autem probatur. Quia
potentia cognoscitiva, quæ non est
purè spiritualis, lreditur à vehe-
menti sensibili, vt diximus Libro
precedenti, quest. 4. art. 3. sed in-
tellectus non lreditur à vehe-
menti intelligibili, immo quod excellentio-
res sunt rationes quas attingit, &
habilius redditur ad inferiores
cognoscendas, vt experientia com-
probatur: ergo intellectus est po-
tentia purè spiritualis.

4 up Respondebis negando Ma-
jorem tertii Syllogismi universaliter
intellectam. Imaginativa namque
non lreditur à vehe-
menti ima-
ginabili; & tamen non est potentia
purè spiritualis; ergo ex eo, quod
intellectus à vehe-
menti intelligibili
non lreditur, quod sit purè spi-
ritualis non infertur.

5 Contra tamen est primò,
Nam doctrina, quam citato loco

tradidimus, universaliter probat
omnem potentiam sensitam lredi à
vehementi sensibili: ergo predicta
Propositio vera est, etiam universaliter intellecta.

6 Secundò, Quia potentia
cognoscitiva corporea est corrup-
tibilis; sed quod est corruptibile
non potest lrediti ab eo, cum quo est
improporionatum quale est vehe-
mens sensibile respectu sensus: er-
go, &c.

7 Tertiò, Nam dico etiam
& non cohaesio, quod Imaginati-
va à vehe-
menti imaginabili non
lreditur, hoc tamen per accidens
centingit, quia animum tale vehe-
mens imaginabile non reperitur,
sicut illud est, procedens ab
eo. Imaginativa lreditur, quemadmodum quilibet alter sensus
à vehe-
menti sensibili lreditur, &
corruptitur, vt loco citato pro-
bavimus. Atqui vehe-
mens intelligibile de facto datur, scilicet Deus,
et quo tamen potentia intellectiva
non lreditur, sed perficitur: ergo
ex hoc recte deducitur potentiam
intellectivam esse purè spiritualis.

8 Tertiò probatur Con-
clusio ratione Div. Thomæ in hoc
Libro, textu 4. lect. 7. quam sub
hac forma proponit: Omne, quid
est in potentia ad aliquid, & recep-
tivum ejus est, caret eo ad quod
est in potentia, & ejus est receptivum:
sicut pupilla, quæ est in po-
tentia ad colores, & receptiva co-
rum, sicut omni colore; sed in-
tellectus noster sic intelligit intelligibi-

lia, quod est potentia ad ea & suscep-
tivus eorum, sicut sensus sensibili-
um: ergo caret omnibus illis re-
bus, quas natura est intelligere. Cum
igitur intellectus noster natus sit
intelligere omnes res sensibiles, &
corporeas, oportet, quod careat
omni natura corporali sicut sensus
visus caret omni colore proper-
hoc, quod est cognoscitivus co-
loris. Si enim visus haberet, ali-
quem colorem, ille color prohibe-
ret videre alios colores: sicut in-
gua febricitantis, qua haberet ali-
quem humorem amarum, non potest
percipere dulcem saporem. Sic
etiam intellectus, si haberet ali-
quam naturam determinatam. Illa
natura connaturalis sibi prohiberet
ipsum a cognitione aliarum natu-
rum. Et hoc est quod dicit Philo-
sophus: Intus enim apparenſ probi-
batur cognoscere extraneum, &
obstrueret, id est impediet intellectu-
m, & quodammodo velabat, &
concludet ab inspectione aliorum.
Ergo intellectus noster est poten-
tia pure spiritualis. Ergo & Anima
nostra. Prima Consequentia ex
Ratione ab Angelico Preceptorē
facta manifeste concluditur. Se-
cunda vero ex prima clare infer-
tur. Potentia namque non potest
excedere naturam, a qua
profluit.



§. II.

Solvuntur Argumenta.

- 9. **A**RGVITVR primò ex
illo Genes. 2. For-
marvit igitur Dominus Deus homi-
nem de lato terra, & inspiravit in
faciem eius spiraculum vita. Sed
spiraculum in Sacra Pagina signifi-
cat rem corpoream, ut constat ex
illo Job 41. vbi dicitur: una (squa-
ma scilicet leviathan) tunc conju-
giatur, & ne spiraculum quidem
incedit per eas: ergo Anima ra-
tionalis est corporea; proindeque
non pure spiritualis.

10. Confirmatur ex illo Sau-
pientiae 2. vbi haec habentur: Cuius
erit corpus nostrum, & spiritus dif-
fundetur tempore molliis aëris. Sed
spiritus aëreus est corporeus: ergo
Anima nostra non est spiritualis,
sed corporea.

11. Respondeatur ad Ar-
gumentum concessa Majore, distin-
guendo Minorem, significat rem
corpoream aliquando, concedo
Min. semper, nego Min. & Conse-
quentiam. Quavis enim aliquando
spiraculum pro aëreo spiritu in
Scripturis Sacris usurpetur, frequē-
tius tamē pro puro spiritu sumitur,
ut sumi debet Genesis Testimonii,
quod obicitur. Tum quia ex ipso
contextu clare constat. Tum etiam,
quia textum illum cōmūniter SS.
Pati & Interpretes non de spiritu
aëreo sed de puro spiritu commen-
tantur, vt videre est apud ipso.

Ad

12 Ad Confirmationem respondeatur. Testimonium illud ex Persona impiorum adduci, ut constitut ex ipso Textu; & initio Capitis citati, quod sic incipit: *Dixerunt enim cogitantes apud se non recte.* Vnde adductis verbis nulla est fiducia adhibenda: quod etiam ex ipso textu deducitur. Nam inferiorius numer. 2. i. sic ait: *Hoc cogitaverunt, & erraverunt: ex cœcuris enim illos malitia eorum.*

13 **A**RGVITVR secundū. Si Anima rationalis esset pure spiritualis, ex illa & corpore nō fieret vnum per se, sed per accidens tantum; hoc autem non est dicendum: ergo non est pure spiritualis. Probatur Major, vel Sequela, Nam si esset pure spiritualis, esset per se subsistens, & in actu; sed quod advenit enti in actu accidentaliter advenit: ergo corpus adjungeretur ipsi in actu constitutæ: ac proinde ex illa, & corpore vnum tantum per accidens resultaret. **P**atet Consequentia. Ideò namque ex corpore, & albedine vnum tantum per accidens resultat, quia albedo advenit corpori in actu constituto: ergo pariter si corpus adjungetur Anime per se subsistenti, proindeque in actu constitutæ, ex illa & corpore non vnum per se, sed per accidens fieret.

14 Respondetur negando Majorem, vel sequelam. Ad cuius probationem concessa Majore, distinguenda est Minor, si etiam id, quod advenit, sit in actu, concedo Minorem, si vnum sit in actu, & al-

terum in potentia, nego Minorē & Consequentiam. Tunc enim illud, quod advenit enti in actu, accidentaliter advenit, quando vtrumque est in actu; quando autem vnum est in actu, & alterum in potentia, non advenit vnum alteri accidentaliter, ut constat in materia prima, quæ est potentia, & forma substantiali, quæ est actus: ex quarum coniunctione non vnum per accidens, sed per se & substantiale resultat. Quamvis ergo Anima rationalis sit pure spiritualis & actus per se subsistens (incompletè tamen, quia simul est forma corporis) ex unione illius ad materiam non resultat vnum per accidens, sed per se. In corpore vero, & albedine oppositum opposita de causa contingit, eo quod vtrumque est in actu.

15 **A**RGVITVR tertidū. Nam si propter aliquam rationem Anima rationalis esset pure spiritualis, maximè quia illius intellectus potest intelligere omne ens materiale & fieri illud in esse intelligibili, ut autem fiat illud, necessarium est, quod illo careat, intus enim existens prohibet extraneum; Sed hæc Ratio nulla est: ergo Anima rationalis non est pure spiritualis. Consequentia constat. Major continet Rationem, qua Conclusionem nostram ex D. Thoma probavimus.

16 Minor autem, in qua est difficultas, probatur primò in Sensu Tactus habente in se qualitates tangibles, ut supra vidi.

mus. *Quæst. 5. Artic. 5.* & tamen percipit similes qualitates: ergo quamvis intellectus intelligat omnes res materiales, poterit in se aliquam materialitatem habere.

17 Secundò, Nam potentia visiva est in potentia ad percipiendum diaphanum, & lucem; & tamen pupilla aliquam in se habet diaphaneitatem, & lucem: ergo, &c.

18 Tertiò, Quia Cognitativa apprehendit res corporeas, & singularium quidditates; & tamen ipsa est corporea & singularis: ergo.

19 Quartò, Ipse namque intellectus cognoscit rationem entis, accidentis, qualitatis, & spiritus; & tamen entis, accidentis, qualitatis, & spiritus habet rationem: idem ergo quod prius.

20 Ut huic Argumento respondeamus, Notandum est primum, quod licet quælibet res sit determinatae naturæ quantum ad suum esse naturale speciem, sive illa res spiritualis sit, sive corporea; quantum vero ad cognitionem, per quam unum potest fieri alia multa, est maxima latitudo. Quædam enim res ita sunt determinatae, ut minimè possint alia per cognitionem fieri, vt color v. g. qui non potest species aliorum colorum in seipso recipere; & consequenter, nec fieri alia per cognitionem. Quædam vero sunt quantum ad susceptionem specierum indeterminatae, quamvis in

seipso non possint aliquam determinationem non habere: vt Anima, qua est substantia, & intellectus, qui est accidens, cum tamen possint omnia alia fieri in esse intentionali.

21 Secundò Notandum est, quod ista indeterminatio habet quamdam latitudinem. Quælibet enim potentia corporalis, licet possit quædam alia cognoscere corpora; eo tamen ipso, quod sit potentia corporalis, sic est determinata, vt non possit fieri universalis per cognitionem universalium: quod tamen potest potentia intellectiva: qua de causa perspè docet Philosophus schism esse singularium, intellectum vero universalium. His igitur prænotatis.

22 Respondetur ad Argumentum concessa Majore, negando Minorem. Ad cujus primam probationem concessa Majore, distinguo Minorem, percipit similes qualitates, si sint excellentiores, concedo Minorem, aliter, nego Minor. & Consequentiam. Quamvis enim sensus Tactus (vt cum de illo egimus dicebamus) suas etiam habeat tangibiles qualitates, eò quod debet esse temperatus, & ad certam mediocritatem reductus; qualitates tamen, quas in tangibili percipit, necessariò debent eas, quas in seipso præhabet, superare; ac proinde illis carere. Vnde prima Minoris probatio non solùm nobis non nocet, sed potius retorquetur, & favet: Si enim se sus

Tactus omni caret qualitate, quam tangit: ergo intellectus omni caret materia, quam intelligit.

23 Ad secundam probationem Minoris concessa Majo-
re, distinguo Minorem, habet
quamdam diaphaneitatem, & lu-
cem determinatam quoad recep-
tionem specierum, nego Mino-
rem, indeterminatam, concedo
Minore, & nego Consequentiam.
Diaphaneitas enim, & lux non sunt
determinatae naturæ quoad recep-
tionem specierum & colorum: &
ideo quamvis in potentia visiva in-
veniantur, perceptionem diapha-
neitatis, lucis, & coloris non impe-
diunt; impedirent autem si essent
determinatae naturæ, ut color: qua-
liter contingit quando videtur per
vitrum videre: tunc enim ille de-
terminatus color perceptione alio-
rum constat impedire, cum faciat
omnes illos virides etiam appa-
rere.

24 Ad tertiam probatio-
nem Minoris similiter responde-
tur, quod quamvis cogitativa sit
corporea, non tamen impedit cogni-
tionem rerum singularium, eo
quod non est naturæ determinata,
sed indeterminata, ac proinde de-
terminabilis per species illarum, ut
eas participiat & cognoscat. Quod si
apprehendit quidditates singulares
(ut aliqui probabiliter docent) hoc
non habet ratione sui, sed ratione
intellectus, cui conjungitur.

25 Ad quartam probatio-
nem Minoris respondeatur etiam
ex dictis, intellectum esse indecer-

minatae naturæ, & potentis fieri
omnia in esse intelligibili. Vnde
quod in se sit spiritualis, ens, &
qualitas, non impedit, quod ens,
accidens, & qualitatem intel-
lagat.

26 **A**RGVITVR quarto.
Ex eo, quod intellectus ha-
bit in seipso speciem re-
presentativam quidditatis materia-
lis, non impeditur quod cognoscere
possit ipsum quidditatem materia-
lem: ergo quamvis in seipso habe-
ret talenm quidditatem materialem,
illam cognoscere posset: ac proinde
ex cognitione quidditatis materia-
lis non infertur, quod intellectus
debet materialitate carere. Secun-
da Cōsequētia infertur ex prima.
Prima vero probatur. Nam species
est vicaria objecti, & vices illius
gerens; sed intellectus non impe-
ditur per speciem objecti ab illius
cognitione: ergo nec per ipsum
objectum impediretur.

27 Respondeatur negando
Consequentiam. Ad cujus probatio-
nem concessa Maj. & Min. neganda
est Consequētia, quæ ex Præmis-
sis non infertur. Quamvis enim spe-
cies sit vicaria objecti & vices illius
gerat; aliter tamen constituitur ob-
jectum intelligibile per speciem, ac
est intelligibile per seipsum: per
speciem enim constituitur intelli-
gibile in actu secundo, per seipsum
autem solum est intelligibile in ac-
tu primo, præsentim quando est ob-
jectum materiale, quæ est illud,
de quo procedit Argumentum. Vnde
si intellectus in seipso materiale

quidditatem habet, vel esset materialis, talem quidditatem non cognosceret.

ARGVITVR quinto. Si anima nostra esset purè spiritualis, intellectus noster non esset pura potentia in linea intentionalis; sed intellectus est pura potentia in hac linea, est enim a qualibet per omnes species intelligibilis, sicut materia prima per omnes formas substantiales: ergo Anima rationalis non est purè spiritualis, Probatur Major. Nam quod est purè spirituale, & intimè vnitur intellectui ipsum constituit in actu; sed Anima nostra intimè vnitur nostro intellectui: ergo si illa est purè spiritualis, hic semper per illam est in actu intentionaliter constitutus, proindeque non est pura potentia. Minor, & utraque Consequentia constat. Major autem probatur in Angelō semper seipsum cognoscente, eo quod ejus substantia, quæ est purè spirituale, intellectui ilius semper est intimè præsens.

Respondetur negando Majorem. Ad cujus probacionem distinguo Majorem, quod est purè spirituale, & omnino à materia separatum, concedo Majeorem, quod est purè spirituale, materia vero conjunctum, nego Majorem, & distinguo Minorem, intimè vnitur nostro intellectui, & est materia pro hoc statu conjuncta, concedo Minorem, & materia separata, nego Minorem, & Consequentiam. Licet enim An-

ima nostra sit purè spiritualis, pro hoc tamen statu est unita materiæ: & ideo intellectus noster non potest in tali statu illam intelligere per propriam speciem, quamvis sit illi conjunctus. Quia de causa, ut infra videbimus, objectum proportionatum nostri intellectus pro hoc statu est quidditas rei materialis; Anima autem nostra, nec quidditas materialis est, nec species illius esse potest, ut constat.

ARTICVLVS II.

Vtrum Anima rationalis sit immortalis, & incorruptibilis?

s. I.

Explicatur Difficultas, & Catholicæ veritas autoritate, & ratione probatur.

PRO Tituli intelligentia Notandum est dupliciter posse aliquid esse immortale, & incorruptibile, intrinsecè nimirum, & extrinsecè. Illud est intrinsecè immortale, & incorruptibile, quod ex se nullas habet contrarias qualitates, aut principium aliquod ratione cuius tendat ad non esse: & hoc modo Angeli & corpora cœlestia sunt incorruptibilia, quia nihil in se habent, ratione cuius definire possint. Illud vero est immortale &

¶ incorruptile extrinsecè, quod à nullo exteriori agente destrui potest. Hoc autem modo solus Deus potest immortalis & incorruptibilis appellari. Præsens ergo Difficultas solum procedit de immortalitate, & incorruptibilitate intrinseca: certum est enim apud omnes nullam creaturam esse extrinsecè immortalem, cùm à Deo possit destrui, & in nihilum, ex quo fuit facta, reduci. Hoc supposito.

31 Nostra Conclusio est Animam rationalem esse immortalē & incorruptibilem. Conclusio est de Fide. Et probatur primò pluribus Sacrae Paginæ Testimonijs. Nam Matthæi cap. 22. adduxit Christus Dominus contra Saduceos negantes resurrectionem mortuorum illud Exodi 3. Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob. Num est Deus mortuorum, sed viventium: ergo Sancti illi Patres tunc vivebant; non ratione corporum, vt constat: ergo ratione Animarum; ac per consequens Anima rationalis non moritur, sed incorruptibilis est, & immortalis.

32 Ecclesiastæ cap. 12. dicitur: Revertitur pulvis in terram suam, unde erat, & spiritus redcat ad Deum, qui dedit illum. Et Sapientie 2. habetur: Deus creavit hominem inextirpabilem. Sed Anima, quæ ad Deum revertitur, & quæ extirpari non potest, non cor-

rumpitur: ergo &c.

33 Matthæi etiam cap. 10. Apostolis suis Christus Dominus: Nolite (inquit) timere eos, qui occidunt corpus, Animam autem non possunt occidere. Sed quod occidi non potest incorruptibile est, & immortale: ergo.

34 Hanc veritatem definiuit Ecclesia in Clement. i. de Summa Trinitate, & Fide Catholica. Et Concilium Lateranens.

3. Sfs. 8. Damnamus (inquit) & reprobamus omnes afferentes animam intelligentiam mortalem esse, & hoc in dubium vertentes: vim illa non solum vere per se, & essentialiter humani corporis forma existat, verum, & immortalis, quod manifeste constat ex Evangelio. Idem docent unanimiter SS.PP. & Scholastici Doctores, quos proinde inutile foret recensere.

35 Secundò probatur ratione. Nam Anima rationalis, vt diximus Articulo præcedenti, est omnino spiritualis, & per se subsistens: ergo incorruptibilis est, & immortalis. Probatur Consequentia. Quidquid enim corruptitur, vel corruptitur per se, vt equus, quando moritur, vel per accidens ad corruptionem alterius, vt destructo subjecto, omnia quæ sunt in illo, destruuntur; sed forma per se subsistens neutro ex his modis corrupti potest: ergo &c. Probatur Minor quoad primam partem. Eatenus enim aliiquid

quid per se corrumpitur, quatenus ab eo esse illius separatur, ut constat in corruptione omnium compositorum; sed à forma per se subsistenti non potest separari ipsa forma, ut per se constat, nec esse illius, esse enim immediatè, & per se convenient formæ per se subsistenti; quod autem convenient alicui per se & immediatè, non potest ab illo separari: ergo forma per se subsistens non potest per se corrumpi.

36 Quoad secundam etiam partem probatur Minor. Vnumquodque enim sicut habet esse, & fieri, sic habet & destruere; sed forma per se subsistens non habet esse & fieri ad esse alterius, alias per se esse & fieri non haberet: ergo forma per se subsistens non potest corrumpi per accidens, sive ad corruptionem alterius.

37 Confirmatur primò. Sicut ut aliquid generetur, necessarium est quod transeat de non esse ad esse in subiecto, à quo dependet; ita ut aliquid corrumpatur, necessarium est, quod transeat de esse ad non esse in subiecto, à quo pendebat: sicut enim generatio est transitus de non esse ad esse ex presupposito subiecto, ita corruptio est transitus de esse ad non esse, eodem subiecto remanente; sed forma per se subsistens, quamvis subiectum informet, à subiecto tamen non dependet: ergo nec potest per se generari, nec corrumpi.

38 Confirmatur secundo.

Nam ideo equus v.g. est corruptibilis per se, quia habet esse per se mediante forma, quæ est ab ipso separabili: & ideo forma equi est corruptibilis per accidens, quia per separationem sui ab ipso equo potest amittere esse existentia, quod participabat ab equo; sed forma per se subsistens non potest separari à se ipsa, ut per se constat, nec ab alio, à quo in suo esse dependeat, alias non esset per se subsistens; ergo nullo modo corrumpi potest.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

39 **A**RGVITVR primò aliquibus Sacræ Paginæ Testimonij, quibus insinuari videtur Animam rationalem esse mortalem. Nam Genes. 9. dicitur *Carnem cum sanguine non comedetis. Sanguinem enim Animalium vestrarum requiram de manu cunctarum bestiarum.* Et cap. 37. *Non interficiatis Animam ejus.* Ergo Anima sanguis est, vel ex sanguine constat, & interfici potest.

40 Job etiam cap. 14. *Lignum (inquit) habet spem: si præcissum fuerit, rursum virescit & ramæ ejus pullulant.* Si senuerit in terra radix ejus & in pulvere emortua fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet eam quasi cum primum plantatum est. *Homo vero cum mortuus fuerit atque consumptus,*

eus, ubi, queso, cfr. Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluvius uncuefactus arescat: sic homo cum dormierit, non resurget, donec alteratur cœlum, non evigilabit, nec consurget de somno suo. Ergo Anima rationalis non est immortalis.

41. Et Ecclesiastice 3. sic dicitur: *Vnus interitus est hominis, & jumentorum, & aquæ viriusque conditio: sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. Similiter spirant omnia, & nihil habet homo jumento amplius.* Sed jumenta non habent Animam immortalem: ergo nec homines.

42. Apostolus etiam Epist. i. ad Timotheum, cap. 6. *Beatus (inquit) & solus p̄sonis, Rex regum, & Dominus dominantium: qui solus habet immortalitatem, & tunc inhabitat inaccessibilem.* Ergo solus Deus est immortalis.

43. In sexta donique Synodo generali Actione 11. recitatur, & Actione 13. approbatur Epistola Sophronij, in qua dicitur: *Intellectualia (hoc est, Angeli, & Animæ rationales) nullatenus quidem miriuntur, neque corrumpuntur; non rāmen sunt immortalia per naturam, neque in efficiam incorruptibilem transiunt, sed gratiam eis largitu: est (Deus) a corruptione & morte eacercentem.*

44. Ad primum Testimonium facile respondetur nomine Anima in Scripturis Sacris frequenter vitam intelligi, vt constat ex illo Gen. 14. *Da mihi Animas,*

cetera tolle sibi. Ex illo Iean. 10. *Bonus P̄stor Animam suam dat pro ovibus suis.* Per quod constat ad secundum Testimonium.

45. Ad Tertium dicendum est, ex illo potius oppositum sequi. Si enim homo cum dormierit, non resurget, donec alteratur cœlum, non evigilavit, nec consurget de somno suo: ergo cum cœlum atriutum fuerit (hoc est, quando post diem judicij ad statu n° alterum immutetur, tu c enī, vt ait Petrus Apostolus Epist. 2. cap. 3. *Celi magno impe uirantur) homo evigilabit, & de suo somno consurget; proindeque omnino nō periret sed quoad Animam permanisit. Quod ipse Sanctus Job infra cap. 19. sic expressit: *In novissimo die de terra surrecturus sum: & rursum circumdabor pelle mea.**

46. Ad quartum responderetur, idēc Apostolum dicere solum Deum esse immortalē, quia solus Deus ex seipso est immortalis, & prima radix immortalitatis; non verò quia aliqua præter ipsum non sint etiam immortalia. Juxta illud Christi Domini Lucæ 18. *Quid me dicas bonum? Nemo bonus nisi solus Deus:* quod non dixit, quia nulla sit omnino bonitas præter Deum, sed quia solus Deus est prima radix omnis beatitatis.

47. Ad illud, quod ex 6. Synodo adducitur, respōdetur, idēc ibi dici intellectualia non esse immortalia per naturam, quia dependent à Deo tamquam ab extre-

trinsec^e causa potente illa per subtractionem concursu, destruere in nihilumque redigere, juxta illud Sapientie 11. Quomodo posse aliquid permanere, nisi in voluntate, aut quod à te vocatum non esset, conservaretur? Quando vero additur, quod intellectua ha-
bent immortalitatem à gratia, in-
telligi debet de gratia largè ac-
cepta, prout gratuita creationis,
& conservationis dona complecti-
tur; hoc autem non tollit quod
attentis eorum intrinsec^e prædi-
catis, incorruptibilia sunt, & im-
mortalia.

48 **A** RGVITVR secun-
dò. Forma, quæ ad
sui existentiam requirit determina-
tatas dispositiones, est corruptibili-
lis, illis enim deficientibus, defi-
cit; sed Anima rationalis est hu-
jusmodi: ergo est corruptibilis.
Probatur Minor. Nam forma, quæ
ex se non est determinata, requiri-
t determinatam materiam per
determinantes dispositiones, ut
existat; sed Anima rationalis
ex se non est determinata: er-
go requirit determinatas disposi-
tiones.

49 Respondetur distin-
guendo Majorem, quæ requirit de-
terminatas dispositiones ad sui exi-
istentiam absolutam, concedo Ma-
jorem, ad sui existentiam præcisè
in materia, nego Majorem, & di-
stinguo Minorem, requirit deter-
minatas dispositiones ut existat in
materia, concedo Minorem, ut
existat absolute, nego Minorem.

Cum enim Anima rationalis ex
una parte sit forma corporis, ut
existat in corpore & materia, dé-
terminatas exigunt dispositiones.
Cum verò ex alia parte sit spiritua-
lis & per se subsistens, vi Articulo
præcedenti monstrabimus, ut ab-
solutè existat, non dependet à cor-
pore & materia; quod autem ab-
solutè à corpore & materia non
dependet, non est corruptibile &
mortale.

50 **A** RGVITVR tertio.
Essē, vel existere
nulli creaturæ potest covenire
per se: ergo falsum est quod for-
ma per se subsistens sit etiam per se
existens. Sed quod per se non exi-
stit, corrupti potest: ergo ex eo,
quod Anima rationalis sit forma
per se subsistens, male probavimus
non esse corruptibilem, & morta-
lem. Cetera constare videntur. Ante-
cedens verò probatur primò.
Quia quod accidentaliter de ali-
quo prædicatur, per se illi non
competit; sed esse vel existere ac-
cidentaliter de qualibet creatura
prædicatur, cù nō sit propria illius
passio vel essentia, ut docet Div.
Thom. I. part. quest. 3. art. 4. er-
go, vel existere nulli creaturæ po-
test convenire per se.

51 Secundo probatur An-
tecedens. Quando enim aliquid ali-
cui per se competit, oppositum
ejus non potest illi, nec per se, nec
per accidens covenire; sed cuiilibet
creatüræ potest convenire non
esse: ergo nulli creaturæ potest
convenire esse per se.

52 Censimur. Nam si in aliquo sensu forma per se subsistenti posset convenire esse per se, maximè in quantum *ly per se* denotaret idem, ac immediate, aut non per aliud; hoc non sufficit: ergo &c. Probatur Minor, Quia forma convenit immediate materia & albedo quantitati; & tamen forma à materia, & albedo à quantitate separantur: ergo ex eo, quod esse formæ per se subsistenti immediate competit, non inferatur, quod ab ipsa separari non possit, ac proinde quod corrumpi non valeat.

53 Respondetur ad Argumentum distinguendo Antecedens, nulli creaturæ potest convenire per se perfectate simpliciter, concedo Antecedens, perfectate physica, nego Antecedens, & Consequentiam. Quamvis enim nulli creaturæ possit convenire per se perfectate simpliciter esse & existere, hoc enim modo esse & existere soli Deo competit, ut ipse inquit Exodi 3. *Ego sum qui sum;* esse tamen per se perfectate physica, & facta aliqua suppositione, aliqui etiam potest creaturæ competere, ita ut ab ipsa nequeat naturaliter separari. Et hoc modo convenit Angeo & Animæ rationali esse per se. Ex suppositione namque quod à Deo creentur, stando naturali cursui rerum, numquā potest ab ipsis existentia separari, eō quod nullum ip se habent principium, quo possint corrumpi.

54 Ad primam probatio-

nem Antecedentis respondetur distinguendo Majorem, per se non competit perfectate simpliciter, concedo Majorem, perfectate physica, nego Majorem, & Concessa minore, nego Consequentiam. Ad hoc enim ut esse, vel existere accidentaliter prædicabiliter de qualibet creatura dicatur, sufficit quod illi esse per se perfectate simpliciter non conveniat. Cum quo tamen sit quod illi conveniat per se perfectate physica, ut diximus; nec oppositum loco citato, nec alibi docuit D. Thomas. Per quod constat ad secundam probationem Antecedentis. Licet enim illud, cui convenit esse per se perfectate simpliciter, non possit concipi sub opposto prædicato, videlicet sub non esse; bend tamen illud, cui convenit esse per se perfectate tantum physica.

55 Ad Confirmationem respondetur distinguendo Majorem, denotaret idem, ac immediate immediate excludere formam, & actionem, concedo Majorem, immediate formam tantum excludente, nego Majorem, & distinguo Minorem, non sufficit, si immediatio formam tantum mediantem excludat, concedo Minorem, si excludat formam, & actionem, nego Minorem, & Consequentiam. Existentia enim convenit immediate formæ per se subsistenti, ita ut inter formam subsistentem per se, & existentiam, nec mediet alia forma, nec actio: per eamdem enim

enim actionem , per quam à Deo
creatur , vnitur existentia ; quan-
do autem aliqua eadem actione
causantur , eadem etiam destruun-
tur ; vnde non potest existentia
formæ per se subsistentis defice-
re , quin ipsa forma per se subsis-
tens , destruatur : hęc autem alio
modo destrui non potest , quia
Deo suspendente concursum , qua-
litate destrui posse non negamus .
Quando vero mediat actio inter
formam existentem , & ejus exi-
-cio oboe modum non auctorab-
eretur . C. ius solidis est , non
conveniens ut laicis in loco bcp
ritu . I. sicut esse in loco bcp
ritu .



that a number of cases of
localities, where timber
grows in abundance, may
be found in the state of
Michigan. The timber
is of great value, and
the lumber is well
adapted for building
houses, barns, and other
structures. The timber
is also used for
furniture, boxes, and
other articles. The
timber is very
valuable, and the
lumber is well
adapted for building
houses, barns, and other
structures. The timber
is also used for
furniture, boxes, and
other articles.

QVÆ-



QVÆSTIO II.

DE INTELLECTV POSSIBILI, & agente.

ARTICULUS I.

An detur intellectus agens, & rea iter distinguatur ab intellectu possibili.

§. I.

Supposita existentia intellectus possibilis, veraque pars Quæsti duplici Conclusioni re-solvitur.

56 **I**N hac difficultate vnum supponimus, & duo inquirimus. Supponimus dari intellectum possibilem, quo homo objecta intelligit. Dicitur autem possibilis, vel possibilis, quia patitur ab objectis recipiendo species intentionales ab ipsis. Quare sicut supra Libro precedenti Quæst. 4. Art. 1. diximus quod potentiae sensitivæ sunt passivæ quatenus recipiant specie, & simul sunt activæ, prout scilicet suas elicunt operationes; ita de intellectu possibili est dicendum, quod nimirum est potentia passiva, quatenus recipit species ab objecto, & activa secun-

dam quod elicit intellectionem. Difficultas ergo est, An prater intellectum possibilem, vel passibilem intellectus agens detur, & ab illo realiter distinguatur? Pro cuius decisione sic:

57 Prima Conclusio. In homine datur intellectus agens. Conclusio hæc est expressa Philosophi in hoc Libro textu 17. & D. Thomæ ibidem lett. 10. & 2. contra Gent. cap. 76. & 1.p. quest. 54. artic. 4. & quæst. 79. artic. 5. ubi contra Platonem ponentem idem seu formas rerum naturalium à materia separatas, sic discurrit: Sed quia Aristoteles non posuit formas rerum naturalium subsistere sine materia; forme autem in materia existentes non sunt intelligibiles actu, sequebatur, quod natura, seu forma rerum sensibilium, quas intelligimus, non essent intelligibiles actu. Nihil autem reducitur de

de potentia in actum, nisi per aliquod ens in actu; sicut sensus sic in actu per sensibile in actu. Oportet igitur ponere aliquam virtutem ex parte intellectus, qua faceret intelligibilia in actu per abstractionem specierum a conditionibus materialibus. Et hoc est necessitas ponendi intellectum agentem.

58 Deinde probatur ratione ex Philosopho, & D. Thoma desumpta. In quocumque enim genere, in quo datur potentia passiva, dari etiam debet potentia activa, quæ passivam reducat ad actu; sed intellectus noster possibilis est potentia passiva ad recipiendas species intentionales, ad illas enim ut pura potentia, & tamquam tabula rasa, in qua nihil est de pictu, comparatur: ergo dari debet potentia activa, quæ ipsum reducat ad actum, quam potentiam activam intellectum agentem appellamus.

59 Secunda Conclusio. Intellectus agens realiter distinguitur ab intellectu possibili. Conclusio etiam hæc est Philosophi hic tex- tu 18. & 19. & D. Thome 1. part. quest. 79. artic. 7. & alibi sèpè. Et probatur, Nam potentiaz habentes objecta formaliter diversa, & actus realiter distinctos, realiter distinguuntur, ut constat ex dictis in Libro p. accedenti Quest. 2. art. 3. sed hujusmodi suus intellectus agens, & possibilis: ergo realiter distinguuntur. Probatur Minor, Quia objectum formale intellectus agentis est objectum intelligibile

in potentia quod faciendum est intelligibile in actu, objectum vero intellectus possibilis est ipsum objectum ut jam factum intelligibile in actu: actus autem intellectus agentis est producere speciem intelligibilem per abstractionem a phantasmatibus, & actus intellectus possibilis est intelligere; sed esse intelligibile in potentia, & intelligibile in actu sunt objecta formaliter distincti; & producere speciem & intelligere sunt actus realiter diversi: ergo objecta intellectus possibilis, & agentis formaliter, actus vero realiter distinguuntur.

60 Confirmatur primò. Nam repugnat idem respectu ejusdem esse simul in actu & in potentia; sed intellectus agens est in actu respectu speciei intelligibilis, quam producit, Vnumquidque enim agit secundum quod est in actu; & intellectus possibilis est in potentia respectu ejusdem speciei, quam recipit, Vnumquidque enim recipie secundum quod est in potentia: ergo intellectus agens & possibilis realiter distinguuntur.

61 Confirmatur secundò. Quia ideo materia prima petit agens realiter ab ipsa distinctum, per quod de potentia ad actum reducatur, quia ipsa est pura potentia in ordine physico; sed intellectus possibilis est pura potentia in ordine intentionalis: ergo petit agens realiter ab ipso distinctum, ut per speciem intelligibilem actuatur. Sed hoc agens est intellectus agens:

agens: ergo necessarij concedendus est intellectus agens, realiter distinctus ab intellectu possibili.

S. II.

Salviorum Argumenta.

62 ARGVITVR primo contra primam Conclusionem. Si daretur in homine intellectus agens, in Anima etiam separata daretur; sed in Anima separata dari nequit: ergo in homine non datur intellectus agens. Major constat, Intellectus enim agens eo modo, quo à nobis ponitur, non minus est propria passio Animæ rationalis, quam intellectus; sed hic convenit Animæ Separatae: ergo si daretur in homine intellectus agens, Animæ etiam Separatae competet.

63 Minor autem probatur, Nam intellectus agens in Anima separata nullum potest actum habere: ergo in Anima separata non datur. Pater Consequentia: Potentia enim, qua ad nullum actum reducitur, est frustranea. Antecedens vero probatur, Quia actus proprij intellectus agentis sunt abstractere species à phantasmibus, & illustrare phantasmata; sed nullus ex his actibus potest Animæ Separatae competere: in illo namque sit: tu Anima non per species à phantasmibus abstractas, sed à Deo insuas intelligit: ergo intellectus agens in Anima separata nullus

lum potest actum habere.

64 Confirmatur, Nam in homine non datur sensus agens, ut docet Div. Thomas I. part. quest. 79. artic. 3. ad 1. & quest. unica de Spiritualibus creaturis, art. 10. ad 17. & nos cum ipso docuimus supra Quest. 4. artic. 1. Libri precedentijs: ergo nec datur intellectus agens. Probatur Consequentia, Sicut enim se habet sensus ad sensibilia, ita intellectus ad intelligibilia: ergo si in homine non datur sensus agens, ut potentia sensitiva attingat objecta sensibilia, nec dabatur intellectus agens, ut intellectus possibilis attingat objecta intelligibilia.

65 Respondetur ad Argumentum negando Minorem. Ad cuius probationem respondetur primo admissio Antece tēti, negando Consequentiam. Quia ut aliqua potentia non sit frustranea, sufficit, quod aliquando habuerit suum actum. Vnde quamvis intellectus agens in Anima separata nullius eliciat actum, non infertur esse frustraneum, quia illum elicuit quando erat corpori unitus.

66 Dices. Ex hac Solutione infertur, quod saltem in pueris, qui ante usum rationis deceperunt, intellectus agens erit frustaneus, quia talis intellectus nullum omnino habebit actum, nec quando fuit corpori unitus, nec quando erit ab illo separatus: ergo vel Solution nulla est, vel dicidebet in illis pueris non dari intellectum agentem.

67 Respondetur negando Sequelam, Quia intellectus agens quantum est ex se petebat reduci ad actum; per accidens autem tunc contingere, quod nullum actum haberet: ideoque non esset frustraneus intellectus agens.

68 Præterquam quod intellectus agens quia est passio Anima rationalis, pertinet ad integratem & decorum ipsius. Vnde quamvis in Anima separata nullum actum exerceat, inde tamen esse frustraneum non infertur. Quemadmodum potentia generativa, & risiva in Christo Domino non fuit in illo frustranea, quamvis numquam fuerit ad actum reducta, eò quod ad integratem naturæ pertinebat.

69 Secundò respondetur negando Antecedens. Ad cuius probationem respondeatur cum Div. Thoma, *Quæst. unica de Anima*, artic. 15. ad 9. quod intellectus agens etiam in Anima separata habet producere quamdam illustrationem, quatenus objecta per species infuses representata aliquatenus illustrat. Vnde actus in Argumento enumerati convenient in intellectui agenti ut coniuncto cum corpore, ipsi autem a corpore separato non convenit, nisi actus ex D. Thoma assignatus.

70 Ad Confirmationem respondetur ex D. Thoma *Quæst. modò citata*, artic. 4. ad 5. his verbis: *Dicendum, quod sensibile, cum sit quoddam particularre, non imprimit, nec in sensum,*

nec in medium speciem alterius generis: cum species in medio, & in sensu non sit nisi particularis. Intellectus autem possibilis recipit species alterius generis quam sint in imaginatione, cum intellectus possibilis recipiat species universales, & imaginatio non continet, nisi particulares. Et ideo in intelligibilibus indigemus intellectu agente, non autem in sensibilibus alia potentia activa.

71 Centra hanc tamen Solutionem obiecies. Ex illa namque sequitur, quod non sit necessarius intellectus agens, ut intellectus possibilis intelligat Angelos; Consequens autem est falsum: ergo Solution non videtur vera. Probatur Sequela. Nam Angeli, cum sint spirituales, possunt immittere intellectui possibili species omnino spirituales, medijs quibus cognoscantur: ergo ut illos intellectus possibilis intelligat, non requiritur intellectus agens ad producendas species, quamvis ut objecta materialia cognoscantur, necessarius sit ad illas producendas.

72 Respondeatur negando Sequelam. Ad cuius probationem distinguo Antecedens, medijs quibus cognoscantur cognitione quidativa, concedo Antecedens, connatiiva, nego Antecedens, & Consequentiam. In hac enim vita non intelligimus, nec intelligere possumus Angelos, nisi tantum connotative, & admodum rerum materialium. Vnde cum species, medijs quibus illos cog-

noscimus, primò & per se objecta materialia repræsentent; consequens est, quod ad illos cognoscendos necessarius sit intellectus agens, qui species producat.

75 **A**RGVIIIVR secundò. Ad producendas species spirituales, quæ in intellectu possibili subjectantur, intellectus agens non requiritur: ergo intellectus agens non datur. Consequens est. Antecedens vero probatur primò, Nam intellectus agens prædictas species producere nequit: ergo, &c. Probatur Antecedens, Nam species spirituales receptæ in intellectu possibili non evadunt similes intellectui agenti: ergo nequeunt ab intellectu agente, sed ab objecto produci. Patet Consequens, effectus enim ab illa causa producitur, cui evadit similis; vnumquodque enim intendit producere sibi simile; sed illæ species non intellectui agenti, sed objecto assimilantur: ergo nō ab intellectu agente, sed ab objecto producuntur.

74 Secundò probatur Antecedens, Nam sensus interni, v.g. Cogitative & Imaginativa, ratione conjunctionis ad intellectum possunt prædictas species producere; ergo ad illa producendas intellectus agens non requiritur. Probatur Antecedens, Nam in Sententia valde probabili, Cogitativa, & Imaginativa, ratione conjunctionis ad intellectum possunt circa singularia discurrere, & aliqua entia rationis efformare: ergo pariter sensus interni ratione ipsius con-

junctionis poterunt prædictas species producere.

75 Confirmatur & explicatur primò, quia ut diximus Lib. præced. Quest. 4. Artic. 1. à num. 422. objecta sensibilia agunt in sensus, quamvis sensus sint quodammodo spirituales, & producunt species aliqualiter immateriales: quod convenient prædictis objectis ex subordinatione ad corpora coelestia mota ab Angelo: ergo similiter ex tali subordinatione poterunt eadem objecta producere species spirituales in intellectu possibili, quin ad hoc necessarius sit intellectus agens.

76 Confirmatur & explicatur secundò. **A**biquid enim materiale & naturale, ex coniunctione ad aliud spirituale & supernaturale, potest instrumentaliter saltem, spirituale & supernaturale producere, ut constat in Sacramentis: ergo similiter sensus interni hominis ex coniunctione ad intellectum poterunt species spirituales producere: ac proinde ad hoc intellectus agens non exposcitur.

77 Respondeatur ad Argumentum negando Antecedens. Ad cuius primam probationem, negandum est etiam Antecedens. Ad probationem distingo Antecedens, non evadunt similes intellectui agenti in entitate, nego Antecedens, in representatione, concedo Antecedens, & sub eadem distinctione Consequentis, nego Consequentiam. Species entia ab intellectu agente producere evadunt similes

les ipsi in entitate, quatenus sicut intellectus agens est entitativè spiritualis, sic ipsæ species spirituales etiā sunt entitativè: repræsentativè autem objecto assimilantur, quia ut ipsum repræsentent producuntur.

78. Et quidem posse aliquid produci ab uno, quin illud, à quo producitur, repræsentet, non solum non inconvenit, sed & persæpè contingit, Tum in speciebus à Deo infusi, quæ non Deum, sed objecta ab ipso distincta repræsentant. Tum etiam in Imagine, quæ non repræsentat Pictorem, à quo efficiatur, sed prototypum, ad cuius similitudinem efformatur. Pariter ergo intellectus agens poterit producere species, quæ non repræsentent ipsum, sed objecta.

79. Ad secundam probationem Antecedentis negandum est Antecedens. Ad cuius probacionem, admissio Antecedenti, nego Consequentiam. Et ratio discrimini est, Nam in illa sententia, discurrere circa singularia, & aliqua entia rationis efformare, non est ita proprium intellectus, quod non possit, quamvis participativè & imperfectè, aliquibus etiam potentius interioribus convenire. Produce-re verò rem entitativè spiritualem est proprium agentis spiritualis. Quare producere species entitativè spirituales non potest convenire sensibus internis, etiam ex coniunctione ad intellectum, Quæ Solutio magis ex dicendis apparet.

80. Ad primam Con-

firmationem dicendum est, quod licet sensus, & species ipsi deservientes aliquem habeant immaterialitatis modum, simpliciter tamen loquendo, sunt materiales, & corporeæ. Vnde objecta materialia possunt participare virtutem à corpore cœlesti moto ab Angelo ad producendas tales species, medijs quibus agant in sensus. Species vero, quæ intellectui possibili deserviunt, ut in ipso recipiantur, sunt perfectè & entitativè spirituales: & ideo non objecta materialia, sed solus intellectus agens, qui entitativè spiritualis est, eas producere potest.

81. Ad secundam Confirmationem concessò antecedenti, neganda est Consequentia. Et ratio disparitatis est, Quia intellectus possibilis antequām habeat speciem, non est activus, sed potentia purè passiva, & tamquam tabula rasa. Vnde non potest communicare virtutem activam sensibus internis, ut producant instrumentali-ter species; ac proinde necessarius est intellectus agens ad illas producendas. Sacra menta vero recipiunt à Deo virtutem supernaturem ad causandam gratiam: & ideo dispar est ratio.

82. **A**RGVITVR tertio. Si enim daretur in homine intellectus agens, daretur etiam in Angelo; sed in Angelo non datur, ut expressè docet Div. Thomas, 1. part. quast. 54. art. 4. ergo non datur in homine. Probatur Sequela. Ex eo namque juxta

rationem nostræ Conclusionis, intellectus agens datur in homine, quia homo est in potentia ad intelligentum, proindeque dari debet aliquid agens, ratione cuius de potentia ad actum reducatur; sed etiam Angelus est in potentia ad intelligentum: ergo propter eamdem rationem debet dari intellectus agens in Angelo.

83 Confirmatur, Nam si intellectus agens daretur in homine, esset simpliciter perfectior & nobilior intellectu possibili; hoc autem videtur falsum: ergo non datur. Probatur Major, Quia principium activum simpliciter & absolute est perfectius quam passivum; sed intellectus agens, qualiter à nobis adstruitur, est pure activus, intellectus vero possibilis pure activus non est, cum recipiendo species, patiatur: ergo si intellectus agens daretur, simpliciter perfectior esset intellectu possibili.

84 Respondetur ad Argumentum negando Majorem. Ad cujus probationem dicendum est, non ideo præcisè nos probasse dari intellectum agentem in homine, quia intellectus possibilis est in potentia ad intellectionem; sed quia est in potentia ad intellectionem, & ad principium, nimirum ad speciem, à qua, & intellectu paritur intellectio. Quod provenit ex eo, quod intellectus humanus intelligit accipiendo species à rebus. Vnde indiget intellectu agente, qui tales species producat, ut intelligat; ab objectis

enim produci nequeant, vt supra probatum manet. At vero intellectus Angelicus, quamvis sit in potentia ad intellectionem; ad species tamen non est in potentia: quia non intelligit per species à rebus acceptas, sed à Deo tantum infusas: & ideo licet necessarius sit intellectus agens in homine, non tamen in Angelo.

85 Ad Confirmationem respondetur primo, concedendo Majorem, vel Sequelam, & negando Minorē. Nam intellectum agentem esse perfectiorem intellectu possibili, expressè docet Philosophus in hoc Libro textu 19. dicēs: *Semper honorabilius est agens paciente, & principium materia.* Quem explicat Div. Thomas ibidem lect. 10. per hæc verba: *Agens honorabilius est paciente, & principium activum materia: sed intellectus agens comparatur ad possibilem, sicut agens ad materialē.* ergo intellectus agens est nobilior possibili.

86 Secundū responderetur, quod licet intellectus agens sit secundum quid perfectior intellectu possibili (in quo sensu explicari debent Philosophus, & Div. Thomas) simpliciter tamen, & absolute perfectior est intellectus possibilis intellectu agente: quod sic facile ostenditur. Nam intellectus agens non est cognoscitus, bene tamen intellectus possibilis; sed potentia cognoscitiva, simpliciter perfectior est ea, quae non est cognoscitiva: ergo intellectus

possibilis simpliciter perfectior est intellectu agente. Major probatur, *Tum*. Quia potentia nequit esse cognoscitiva, nisi recipiat in se species ad intelligendum, ut experientia constat; sed intellectus agens non recipit species, sed eas tantum producit in intellectu possibili, in quo recipiuntur: ergo intellectus agens non est potentia cognoscitiva.

87 *Tum* etiam, Quia ex opposito sequeretur dari in hominē plures voluntates, Consequens autem est falsum: ergo illud etiam, ex que sequitur. Probatur Sequela. Nam *Div. Thomas*, 1. part. quest. 19. artic. 1. Probat demonstrativè à priori dari voluntatem in Deo, quia datur in ipso intellectus cognoscitivus: ergo si datur in Deo duplex intellectus cognoscitivus, scilicet intellectus agens, & possibilis, datur etiam in ipso duplex voluntas; & consequenter inefficax esset ratio *Div. Thomæ*, quorum neutrum est dicendum.

88 Tertio, & melius ad Confirmationem responderetur negando Majorem. Ad cuius probationem neganda est etiam Major absolute. Principium enim, quod simul est actiū & passivū, potest habere operationem simpliciter perfectōrem, quam principium pure actiū, præsertim si principium pure actiū principio activo simul, & passivo subserviat: quod in præsenti contingit. Intellectus enim possibilis est

simul actiū & passivū, illique intellectus agens inservit: actiū quidem, quia intelligit; passivū verò, quia recipit species: illi tandem subservit intellectus agens: ad hoc enim intellectus agens producit in intellectu possibili species, ut medijs illis possibilis intellectus intelligat.

89 Nec huic Solutioni obsunt Autoritates adductæ ex Philosopho, & Div. Thoma. Explicari namque debent, ut supra diximus, de excessu secundūm quid, quem intellectus agenti comparativè ad possibilem non negant: non verò de excessu simpliciter: intellectus enim possibilis simpliciter excedit intellectum agentem, propter modò adductam rationem.

90 **A** RGVITVR quartò. Si daretur intellectus agens ad producendas species spirituales, vel concurreret simul cum phantasmate, vel se solo ad illas producendas neutrum dici potest: ergo non datur. Major pro secunda parte constat, Quia phantasma aliquid habet operari circa species ab intellectu agente abstinentes: ergo intellectus agens se solo ad illas producendas non concurrit. Pro prima verò parte probatur. Quod enim est aliquid corporeū, nequit concurrere ad aliquid spirituale producendum; sed phantasma est aliquid corporeum, cum aliud non sit quam species materiales sensibus internis servientes, species autem, quas intellectus agens pre-

producit, sunt aliquid spirituale: ergo intellectus agens simul cum phantasmate ad illas producendas non concurrit.

91 Confirmatur. Nam inintelligibile appareat intellectum agentem abstrahere, & educere à phantasmatis materialibus species spirituales: ergo non datur intellectus agens ad hujusmodi species abstrahendas.

92 Respondeatur ad Argumentum, negando Minorem pro prima parte. Ad cujus probacionem distinguo Majorem, nequit concurrere principaliter ad aliquid spirituale producendum, cedendo Majorem, instrumentaliter, nego Majorem, & concessa Minore, distinguo Consequens distinctione Majoris, & nego Consequiam. Phantasma enim non concurrit principaliter, sed instrumentaliter tantum ad producendas illas species; quod autem aliquid corporeum instrumentaliter concurrat ad aliquid spirituale causandum, non repugnat.

93 Dices: Virtus spiritualis nequit recipi in subiecto corporeo; sed illa virtus est spiritualis, phantasma vero corporeum: ergo phantasma nequit illam virtutem ab intellectu agente recipere ad species illas spirituales etiam instrumentaliter producendas.

94 Respondeatur distinguendo Majorem, virtus spiritualis permanens, & completa nequit recipi in subiecto corporeo, con-

cedo Majorem, incompleta, & transiens, nego Majorem, & concessa Minore, nego. Consequiam distinctione Majoris. Quamvis enim virtus spiritualis permanens & completa, qualis est Angelus, nequeat recipi in subiecto corporeo si fuerit tamen transiens & incompleta; bene potest ut constat in qualitate spirituali, & supernaturali, qua Sacraenta corporea ad causandam gratiam elevantur, & in ipsis Sacramentis recipiuntur: & in Anima rationali, quæ spiritualis est; & tamen in corpore, cum sit iiiijs forma, subiectatur.

95 Ad Confirmationem respondeatur, quod si Adversarij inintelligibile appareat intellectum agentem abstrahere à phantasmatis materialibus species spirituales, quare ipsis inintelligibile etiā non appareat, ipsa objecta materialia producere tales species? Hoc autem inintelligibile ipsis non videretur, cum potius afferatur: ergo nec debet inintelligibile videri, species immateriales à corporeis phantasmatis causari.

96 Dicendum ergo est, quod licet phantasma corporea sint & materialia; quia tamen intellectus agens spiritualis est, potest ab ipsis species spirituales educere, & abstrahere quæ intellectui possibili naturam in universalis, & sine conditionibus individualibus representent.

97 Advertendum est tamen, hanc non esse physicam &

rigoresam educationem, *Tum*, Quia res spiritualis educit nequit de subiecto corporeo, Quia de causa in 1. *Physic. quest. 4. Art. 2.* diximus, quod quamvis Anima rationalis in materia prima recipiatur, ex illius tamen potentia non educitur. *Tum* etiam, Quia forma in illo subiecto recipitur, ex quo educitur; species autem illae non in phantasmate, sed in intellectu possibili recipiuntur; vnde non propriè educuntur ex phantasmate. Dicitur ergo intellectum agentem educere ex phantasmatis illas species in sensu explicato, quatenus nimirum virtute sua & virtute, quem ipsis phantasmatis præstat, producit illas species repræsentantes res in universalis, quamvisphantasmata illas in singulari tantum repræsentent.

98 **A** RGVITVR quinto contra secundam Conclusionem. Ex eo namque probavimus intellectum agentem realiter distingui ab intellectu possibili, quia intellectus agens est potentia activa, intellectus vero possibili passiva; sed hæc ratio nulla est: ergo intellectus agens & possibilis non distinguntur realiter. Probatur Minor. Nam idem realiter intellectus possibilis est potentia passiva recipiens species, & activa producens intellectiones: ergo ex eo, quod intellectus agens sit potentia activa, & possibilis passiva, malè inseritur realiter distinguiri.

tellectum possibilem respectu diversorum esse potentiam activam, & passivam, quod nullum est inconveniens. Est enim potentia activa respectu intellectuum, & passiva respectu specierum. Si autem intellectus agens realiter ab intellectu possibili non differret, idem intellectu possibilis respectu ejusdem, nimirum respectu specierum, esset potentia activa simul & passiva, quod repugnat.

100 Sed contra est.

Nam idem intellectus possibilis respectu ejusdem potest esse potentia passiva simul, & activa: ergo nulla est aliquid Solutio. Probatur Antecedens, *Tum* quia intellectus possibilis in seipso recipit intellectum, & speciem expressam; & item illas simul activè producit: ergo respectu ejusdem est potentia passiva simul & activa. *Tum* etiam, Quia ipse intellectus possibilis potest cognitionem naturæ universalis, ad directe cognoscendum singulare, activè producit species ipsum repræsentantes, & illas simul recipit: ergo respectu ejusdem est potentia activa simul & passiva.

101 Respondetur Solutionem datam esse optimam. Ad cuius impugnationem distinguendum est Antecedens, potest esse potentia passiva simul, & activa respectu ejusdem secundum diversam realiter rationem, concedo Antecedens, secundum eamdem, nego Antecedens, & Con-

sequentiam. Ad utramque probatum Antecedentis distincto Antecedenti distinctione data, neganda est Consequentia. Intellec-tus enim possibilis secundū quod est potentia activa intellectus, & specierum, realiter distinguitur à seipso secundū quod recipit ipsam intellectum, & species realiter distinguitur à seipso quatenus est potentia ipsarum receptiva: est enim potentia activa secundū quod involvit species impressas, passivā verò secundū suam entitatem nudè sumptam; intellectus autem nudè sumptus realiter distinguitur ab ipso intellectu per speciem impressam actuato. At verò respectu specierum, quæ in intellectu possibili ab intellectu agente causantur, nequit intellectus possibilis esse potentia activa: nam antecedenter ad species tantum est pura potentia passiva in genere intellectivo, ut constat ex supra dictis. Quare indiget intellectu agente realiter distincto ad ipsas producendas.



ARTICVLVS II.

Quomodo phantasma concurreat cum intellectu agente ad productionem specierum intelligibilium?

§. I.

Quibusdam suppositis Conclusio stabilitus.

102

QVAMVIS ex di-
ctis Articulo pre-
cedēti jam constet
quid in hac Difficultate sit dicen-
dum; pro illius tamen pleniora
notitia, seorsim hic etiam dis-
puranda. Supponendum est autem
primo intellectum agente esse
causam principalem specierum;
nulla est enim alia designabiliis
causa, quæ tales species principali-
ter producat. Secundò supponen-
dum est, phantasma aliquem concur-
sum habere ad producendas tales
species: si enim nullum haberet
concursum, eas à principio intellectu
agens causaret, & intellectus
possibilis eas reciperet cum ille sit
agens naturale, ac proinde agat in
quantum potest; hic verò ex se
dispositus sit ad qualibet species
intelligibiles recipiendas. His ergo
supponit.

103 *Nostra Conclusio* est,
phantasma concurrere cum intel-
lectu agente ad productionem
specierum intelligibilium non in-

ge-

genera causæ principialis, sed tantum instrumentalis. Conclusio est expressa D. Thoma pluribus in locis sed præcipue quæst. 10. de verit. artic. 6 ad 7. & 1. p. quæst. 84. artic. 4. ad 1. & quæst. 85. artic. 1. ad 3. & 3. p. quæst. 9. artic. 4. ad 2. & Quodlibet. 3. artic. 3. vbi sic ait: *Intellectus agens est principale agens, quod agit rerum similitudines in intellectu possibili. Phantasmata autem qua à rebus exterioribus ac ipiuntur, sunt quasi agentia instrumentalia.*

204 Probatur Conclusio quoad primam partem, nimirum quod phantasma effectivè concurredit ad productionem specierum. Cujuscumque enim specialis rationis in effectu repertæ debet designari alqua proxima effectiva causa, à qua producat; sed in specie intelligibili datur esse repræsentativum: ergo hujus esse repræsentativi aliqua debet causa effectiva proxima designari. At hæc non potest esse intellectus, sed phantasma: ergo phantasma effectivè concurredit ad productionem specierum; Cetera constant. Minor autem subsumpta probatur. Quia esse repræsentativum non continetur in intellectu, cùm ipse non sit repræsentativus phantasma verò est repræsentativum ut constat ergo causa proxima effectiva esse repræsentativi, quod repertur in specie, non est intellectus, sed phantasma.

205 Confirmatur, & explicatur. Intellectus enim non sit for-

maliter similis speciei, non est causa illius univoca, sed æquivoca; sed causa æquivoca determinari debet ab aliqua particulari causa, vt producat effectum; intellectus autem à nulla alia causa particulari, quam à phantasmate determinari potest ad producendas species intelligibiles: ergo esse repræsentativum speciei non à solo intellectu, sed ab ipso ut determinato per phantasma causatur. Probatur Minor ex D. Thoma hic textu 19. leđ. 10. Si enim (inquit) intelle'us agens haberet in se determinationem omnium intelligibilium, non indigeret intellectus possibilis phantasmibus, sed per solum intellectum ageniem reduceretur in actum omnium inelligibilium: & sic non compararetur ad intelligibilia, ut faciens ad factum, vt Philosophus bic dicit, sed ut existens ipsa intelligibilia.

206 Quoad secundam partem, scilicet, quod phantasma non principaliter, sed instrumentaliter tantum causet speciem, probatur etiam Conclusio. Nullus enim effectus potest excedere perfectionem suæ causæ principialis; sed species intelligibilis excedit perfectionem phantasmatis, nam species est immaterialis, phantasma verò corporeum: ergo phantasma non potest esse causa principialis speciei, sed tantum instrumentalis.



§. II.

Solvuntur Argumenta.

107 **A** RGVITVR primò. Nam si propter ali-

quam rationem phantasma instrumentaliter effectivè produceret speciem, maximè, quia phantasma continet representationem speciei, quam representationem intellectus agens non continet; sed hæc ratio nulla est: ergo phantasma non producit effectivè instrumentaliter speciem. Probatur minor primò. Quia posset phantasma determinare intellectum agentem per modum causæ exemplaris, ad cuius similitudinem agens operatur, qualiter imago externa determinat artificem ad alteram producendam; sed una imago effectivè non concurrit ad alteram: necessarium ergo non est, quod phantasma effectivè instrumentaliter concurrat ad productionem speciei.

108 Secundò probatur Minor, Nam etiam dici posset, quod phantasma in genere causæ materialis dispositivæ determinet intellectum possibilem ad recipiendam speciem: ergo non requiri tur quod phantasma effectivè concurrat.

109 Tertiò probatur Minor, nam aliter dici posset, quod per quamdam sympathiam in potentijs Animæ repartam posset determinari intellectus agens per phantasma representans species Pe- tri ad producendam speciem ho-

minis representativam: sicut ob eamdem sympathiam, supposita cognitione alicujus obiecti, determinatur voluntas ad amorem ipsius, quamvis nec voluntas sit cognoscitiva, nec objectum activè influat in volitionem.

110 Respondetur negando Minorem. Ad cujus primam probationem neganda est Major, quam exemplum de imagine non persuadet. Ideò namque necessarium non est, quod imago externa effectivè ad productionem alterius imaginis non concurrat, quia artifex in seipso habet sufficientia principia ad illam producendam: hoc autem in intellectu agente respectu speciei intelligibilis non contingit. Intellectus enim agens, ut diximus, vel nullo modo continet esse representativum speciei, vel, si continet, tantum continet per modum causæ æquiveccæ; causa autem æquivoca determinari debet ab aliqua causa proxima. Præterquamquod causa exemplaris tantum habet locum in illis agentibus, quæ per cognitionem operantur: Exemplar enim est illud, ad quod respiciens artifex operatur; intellectus autem agens non est cognoscitivus; unde nihil potest ad illum ut causa exemplaris comparari.

111 Ad secundam probationem Minoris neganda est etiā Major. Dispositio enim in illo subiecto recipitur, ex quo forma, ad quam disponit, educitur; Phantasma autem non recipitur in intellectu possibili, in quo species in-

reliigi biles subjectantur; ac proinde intellectum possibilem ad tales species non disponit. Quod si aliquid à phantasmate derivari dicatur, quod in intellectu possibili subjectetur, in ipsum, quod vitari interditur, absurdum inciditur: tunc enim phantasma respectu saltem illius, quod ab ipso in intellectum possibilem derivatur effectiva causa dicetur: ac proinde non inconvenit, quod sit etiam effectiva causa specierum.

112 Ad tertiam probationem Minoris neganda est similiter Major. Ideò namque voluntas non indiger concursu effectivo alterius cause, quia volitus nihil aliud est, quam inclinatio voluntatis in actu secundo, quæ sufficienter in ipsa voluntate continetur, quæ est inclinatio in actu primo. At verò intellectus agens, ut diximus, non est formaliter similis objecto: & consequenter ut producat illius similitudinem, quæ est species necessariū est, quod ab aliqua causa determinetur talem similitudinem continentem, quæ alia esse non potest, quam phantasma.

113 **A** RGVITVR secundò Nam vel phantasma effectivè produceret illam speciem media virtute corporea, vel media virtute spiritua; neutrum dici potest: ergo phantasma nequit illam speciem instrumentaliter effectivè causare. Probatur Minor. Quia virtus corporea insufficiens est ad rem spirituale, qualis est species producendam; virtus vero spiritua-

lis non potest in re corporē, quale est phantasma, subjectari: neutrum ergo dici potest.

114 Ad hoc Argumentum constat ex dictis, illam virtutem esse spiritualem, incompletam tamen; quod autem aliquid spirituale incompletum in subiecto corporeo recipiatur, inconveniens nullum est, ut patet in Anima rationali, quæ spiritualis est; & tamen recipitur in materia: in qualitate fluida supernaturali, quæ in Sacramentis corporeis recipitur: & in aliquo etiam spirituali, quo ignis materialis in eterni elevatur, ut damnatorum Animæ crucienter.

115 **A** RGVITVR tertio. Etenim phantasma instrumentaliter effectivè concurreret ad causandam prædictā speciem, quatenus est ens, vel quatenus est repræsentatio sui objecti; sed neutro ex his modis potest instrumentaliter effectivè concurrere. ergo phantasma non est causa instrumentalis effectiva speciei. Minor quoad primam partem probatur. Nam instrumentum ut cù cōtrarii Sententia diximus 2. *Physician Quæst. 5. Artic. 2.* debet habere aliquam prævia actionem ad effectum principalis agentis; sed phantasma secundum quod dicit rationem entis nullam potest habere præviā actionem in speciem, aut in intellectum possibilem, cùm tam species, quam intellectus sint aliquid spirituale, phantasma vero quid corporeum, corporeum autem in spirituale non agit; ergo phan-

phantasma secundum quod dicit rationem enis instrumentaliter effectivè ad producendam illam speciem non concurredit.

116 Quoad secundam etiam partem probatur Minor. Nam esse intentionale non potest aliquid physicè effectivè causare: quocircà communiter Thomistæ effectivam significationem non admittunt, eò quod significatio est de linea intentionali; sed illud esse representativum est esse intentionale: ergo phantasma ratione illius nequit effectivè producere speciem.

117 Respondetur negando Minorem quoad virumque partem. Et ad probationem illius quoad primam dicendum est, quod cum phantasma ex natura rei continuatur cum intellectu, hoc sufficit ad contactum virtutis: quemadmodum unio, quam habet Angelus cum loco, sufficit, ut ex loco corporeo, tanquam ex instrumento, ubi spirituale in Angelo resulet.

118 Ad probationem Minoris quoad secundam partem concessa Majore & Minore, di-

stinguendum est Consequens, nequit effectivè physicè producere speciem, transat, effectivè in sua linea, nego Consequentiam. Quavis enim objectum, medium, & signum non habent efficientiam in signatum, habent tamen efficientiam ad causandam speciem sibi similem, vel instrumentaliter, vel principaliter effectivè: omne quippe objectum ex seipso vim habet ad causandam speciem sui ipsius, ut constat in objectis sensuum exteriorum. Objectum ergo prout representativè inphantasmatem continetur, sufficientem virtutem habet ad producendam speciem intelligibilem, supposita elevatione intellectus agentis: in qua specie aliquid correspondet actioni proximæ phantasmatis, nempe determinatio ad tales naturam: & aliquid etiam elevationi correspondet, scilicet quod talis natura representetur in communi. Phantasma enim ex seipso naturam tantum prout in singulari representat, v. g. Petrum; species autem intelligibilis representat naturam ipsius in communi, nempe hominem, ab omnibus singularibus separatanam.





QVÆSTIO III,

DE OBJECTO INTELLECTUS possibilis.

ARTICULUS I.

Quodnam sit Objectum adæquatum & specificativum intellectus possibilis?

S. I.

Quibusdam prenotatis, Conclusio stabilitur.

119 PRO Tituli, & difficultatis intelligentia Notandum est cum Cajetano, 1. p. quæst. 12. art. 4. Objectum adæquatum potentiaz cognoscitivæ esse duplex *intensivum* videlicet & *extensivum*. Objectum *intensivum* illud dicitur, quod potentia proprijs viribus, & absque superadditione novæ virtutis potest attingere: qua de causa proportionarum etiam, & *materialium* appellatur, et quod proportionatur & commensuratur cum virtute potentiaz, & illam potest intentionaliter & connaturaliter immutare. Objectum vero *extensivum* illud appellatur, ad quod potest potentia sive proprijs, sive superadditis

viribus se extendere: & ideo terminarivm etiam solet dicti: quia nimirum est terminus adæquatus, ultra quæ capacitas & sphera potentiaz non transgreditur. In praesenti autem difficultate tantum loquimur de objecto extensivo, de intensivo namque vel proportionato Articulo sequenti tractabimus. Quibus prenotatis, sit.

120 Nostra Conclusio. Objectum adæquatum & specificativum nostri intellectus est ens in tota sua latitudine prout abstrahit à creato & increato, à substantia, & accidenti. Conclusio est communis intra Scholam D. Thomæ: quam docet ipse Angelicus Doct. pluribus in locis: sed præcipue 1. p. quæst. 79. art. 7. ubi sic ait: *Intellectus autem respicit suum objectum secundum communem rationem entis, et quod intellectus possibilis est, quo est omnia fieri:*

*unde secundum nullam differen-
tiam ens diversificatur differen-
tia intellectus possibilis.*

121 Deinde probatur hac efficacissima ratione: illud est ob-jectum ad æquatum, extensivum, & specificativum potentiarum, ad quod potentia vel proprijs, vel superad-ditis, virtibus se potest extendere, & ultra nos potest exire; sed intellec-tus noster vel propria, vel super-addita virtute ad ens in prædicta latitudine se extendit, & ultra non pertransit: ergo ens in assig-nata latitudine est obiectum ad æ-quatum, extensivum, & specificati-vum nostri intellectus. Minor, in qua sola posset esse aliqua difcul-ta, manifestè probatur, Quia nul-lum potest ens designari, quod intel-lectus noster, superaddita saltim virtute & elevatione, non attingat: nam medio lumine gloriæ cognos-cit & clare videt ipsum Deum; po-tens autem videre Deum, quodnam aliud obiectum videre non poter-it? ergo intellectus noster ad ens in tota sua latitudine se ex-tendit.

122 Confirmatur. Nulla po-tentia elevatur ad attingendum illud, quod extra sphærā sui ob-jecti specificativi continetur; sed intellectus noster elevatur ad clar-videndum Deum: ergo Deus clare visus intra obiectum specificativum nostri intellectus continetur; & consequenter quodiibet aliud ens eadī intra obiectum specificativum illius. Vtraque Consequentia con-stat. Minore est de Fide. Major au-

tem negari nequit. Ideò namque vi-sus non potest elevari ad percipiendum sonum, nec auditus ad colorem percipiendum, quia color extra sphærām objecti auditus, & sonus extra sphærām objecti vi-sus continetur: ergo ad id, quod ex-tra sphærām sui objecti specificati-vi continetur, nulla potentia ele-vatur.

§. II.

Soluntur Argumenta.

123 RGVITVR primū.

A

Si ens tota sua latitu-dine esset obiectum specificativum nostri intellectus, sequeretur, quod intellectus Angelicus, & humanus, & habitus Metaphysicæ inter se specificè non different; hoc est falsum: ergo ens in tota sua la-titudine non est obiectum speci-ficativum nostri intellectus. Pro-batur Sequela. Nam distinctio realis, & specifica potentiarum & habituum ab objecto speci-ficativo de umitur, ut supra di-ximus Lib. 2. Quest. 2. Art. 3. sed intellectus Angelicus, & habitus Metaphysicæ habent pro objecto specificativo ens in tota sua lati-tudine: ergo si intellectus huma-nus hoc idem specificatum ha-beret, ab intellectu Angelico & habitu Metaphysicæ specificè non differret.

124 Respondetur negan-do Sequelam. Ad cuius probatio-nem quantum attinet ad intellec-tum Angelicum & humanum res-pondendum est duplicitate juxta lo-

loco proximè citato à num. 276.
Primo, quod intellectus Angelicus
& humanus specie inter se non dif-
ferunt in ratione potentiaz, sed tan-
tum in ratione proprietatis: quia
nimisimū intellectus Angelicus, &
humanus ad distinctas specificè na-
turaz consequuntur; impossibile
autem est ad distinctas specie na-
turaz sequi, & specie non distin-
gui.

125 Sectundò respondeatur,
quod non solum specie differunt
in ratione proprietatis, sed etiam
in ratione potentiaz. Quamvis enim
objectum virtusque sit ens in tota
fua latitudine, quod materialiter
est idem, formaliter tamen est di-
versum: eo quod intellectus An-
gelicus cum maiore perfectione
essentiali attingit ens, quam intel-
lectus humanus; sicut omnes etiam
intellectus Angelici inter se specificè
distinguuntur, quia unus perfe-
sionis modo attingit ens ac alius.

126 Quantum vero atti-
net ad habituā Metaphysicā, di-
cendum est, intellectum cum ma-
jore universitate respicere ens
reale in tota sua latitudine, quam
habitū Metaphysicā: intellectus
enī noster respicit illud ens prout
non solum ad verum, sed etiam
prout ad falsum extenditur: ha-
bitus autem Metaphysicā respicit
ipsum ens prout ad verum præcisē
coarctatur: cū enim sit virtus in-
tellectualis, necessarium est, quod
ipsum respiciat prout dicit omni-
modam determinationem ad ve-
rum, quod sufficit, ut intellectus

humanus & habitus metaphysicæ
specificè diliguantur.

A RGVITVR secun-
dō. Si ens in pra-
dicta latitudine esset objectum spe-
cificativum nostri intellectus, se-
queretur, quod intellectus noster
haberet appetitum & inclinationem
naturalem ad attingendum ens su-
pernaturale; Consequens est im-
possibile in Sententia Thomista-
rum: ergo etiam Conclusio nostra,
ex qua infertur. probatur Sequela,
Nam potentia, quæ naturali appe-
titu ad aliquam rationem commu-
nem inclinatur, naturam etiam
haber appetitum ad omnia, quæ sub
illa communi ratione continentur;
sed intellectus noster naturaliter in
suum objectum specificativum in-
clinatur: ergo naturaliter etiam ad
illud inclinatur, quod sub illo con-
tinetur. Sed sub communi ratio-
ne entis ens supernaturale con-
tinetur: ad hoc igitur inclinatur.

Confirmatur. Ens rea-
le abstrahens à naturali & super-
naturali nequit esse specificativum
vnius specificè potentiaz: ergo nec
nostri intellectus. Consequentia
patet. Antecedens vero probatur.
Quia ens naturale exposcit poten-
ciam naturalem, supernaturale au-
tem potentiam supernaturalem, à
qua possit attingi; sed potentia na-
turalis & supernaturalis non pos-
sunt esse una specificè potentia:
ergo ens abstrahens à naturali,
& supernaturali vnius specificè
potentiaz specificativum esse ne-
quit.

129 Respondetur ad Argumentum, negando Sequentiam. Ad cujus probationem distinguo Majorem, habet etiam naturalem appetitum ad omnia, quæ sub illa communi ratione continentur, si proportionata sint, & proprijs viribus acquisibilia, concedo Majorem, si improportionata sint, & propria virtute attingi nequeant, nego Majorem, & concessa Minore, nego Consequentiam. Licet enim objectum specificativum nostri intellectus si ens abstrahens à naturali, & supernaturali, ad ipsumque intellectus naturaliter inclinetur, non idem ad attingendum ens etiam supernaturale naturaliter inclinatur: hoc enim est improportionatum cum nostro intellectu, & proprijs viribus attingi nequit. Ut autem sub objecto specificativo continetur, sufficit quod sibi per proprias vires, sive per elevationem attingi pos sit.

130 Ad Confirmationem negandum est Antecedens. Ad cujus probationem nego Majorem pro secunda parte. Quia in ordine supernaturali non datur, nec dari potest potentia supernaturalis, sicut nec substantia supernaturalis creata dari potest: quamvis habitus supernaturalis aliquando potentia nuncupetur, sed quod datur non ad facilius, sed ad simpliciter operandum in ordine supernaturali. Quarè ens in tota sua latitudine, ut abstrahit à naturali, & supernaturali est ob-

jectum specificativum nostri intellectus, quamvis ad attingendum ens supernaturale habitus supernaturalis requiratur.

131 ARGVITVR tertio.

A(& potest esse Replica contra præcedentem Solutionem) Intellectus noster non potest attingere ens supernaturale ergo objectum nostri intellectus non est ens abstrahens à naturali, & supernaturali. Consequen tia constat. Antecedens vero probatur. Quod enim excedit capacitem, & vires nostri intellectus ab ipso attingi non potest; sed ens supernaturale excedit capacitem, & vires nostri intellectus, eaterū enim supernaturale dicitur, quatenus supra illius vires elevatur: ergo ens supernaturale à nostro intellectu attingi non potest.

132 Confirmatur hoc, & explicatur. Quia intellectus noster est potentia naturalis: ergo debet habere pro objecto specificativo ens naturale. Probatur Consequentia. Quia inter potentiam, & ejus objectum specificativum debet servari proportio; sed inter ens naturale, quae is est potentia, & ens abstrahens à naturali, & supernaturali proportio nulla servatur: ergo intellectus noster non habet pro objecto specificativo ens propter abstractum à naturali, & supernaturali, sed ens præcisè naturale.

133 Respondeatur ad Argumentum distinguendo Antecedens,

non potest attingere ens supernaturale per proprias vires, concedo Antecedens, per supernaturalem virtutem elevantem, nego Antecedens, & Consequentiam. Ad probationem Antecedentis distinguo Majorem, ab ipso attingi non potest propria virtute, concedo Majorem, supernaturalem, & elevante, nego Majorem, & concessa Minore, nego Consequentiam. Quavis enim ens supernaturale excedat vires nostri intellectus, & ideo intellectus noster non possit propria virtute illud attingere; ex hoc tamen non infertur, quod media supernaturali virtute elevante, illud attingere nequeat; media autem tali virtute intellectus noster attingit illud: ac proinde intra latitudinem objecti ejus specificativi ens supernaturale continetur. Quare ex Argumento facto tantum colligitur quod ens supernaturale non sit objectum proportionatum nostri intellectus, quod libenter admittimus: non autem deducitur, quod non sit objectum ejus specificativum, quod negamus.

134 Ad Confirmationem & explicationem responderat concessio Antecedenti, distinguo Consequens, debet habere pro objecto ens naturale positivè, nego Consequentiam negativè, id est, non explicans supernaturalitatem naturalitati oppositam, concedo Consequeniam. Ad probationem Consequenæ distinguo Majorem debet dari proportionis virtutis, vel coaptationis,

tionis, concedo Majorem; determinatè virtutis, nego Ma'orem, & distinguo Minorem, nulla servatur proportio virtutis ad utrumque simul concedo Minorem, virtutis ad naturale, & essentia's coaptationis ad supernaturale, nego Minorem, & Consequentiam. Intellectus enim noster, quamvis sit potentia naturalis, inde tamen non infertur, quod debeat habere pro objecto specificativo ens naturale positivè, hoc est, illud tantum quod determinate est naturale; sed ens naturale negativè, id est, non explicans supernaturalitatem, illam tamen non excludens: cum enim possit per elevationem ens etiam supernaturale cognoscere; ad illud autem, quod extra sibi erat sui objecti specificativi, non possit elevari; hinc est, quod ens supernaturale nequeat ab objecto specificativo illius excludi.

135 Ad illud verò, quod dicitur de proprietate, qua servari debet inter potentiam, & objectum, dicendum est, hanc proportionem esse duplēm, virtutis numerum, & coaptationis essentialem. Prima datur, quando potentia propriæ virtuti relata potest attingere objectum: secunda vero tunc datur, quando illud nequit per proprias attingere, potest tamen ad attingendum illud per superiorē virutem elevari. Intellectus ergo noster ad ens naturale habet proportionem primam, ad supernaturale vero secundam.

136 **A**RGVITVR quarto. Intellectus noster pro hoc statu nequit attingere ens spirituale : ergo ens reale in tota sua latitudine non est objectum specificativum nostri intellectus. Consequentia constat. Antecedens vero probatur. Nam intellectus noster pro hoc statu illud tantum objectum potest attingere, quod potest transire per sensus; sed ens sp. rituale non potest transire per sensu, cum objectum sensus sit ens tantum materiae: ergo intellectus noster non potest pro hoc statu attingere ens spirituale.

137 Responetur negando absolute. Antecedens. Ad cujus probationem concessa Majore, distinguo minorem, ens spirituale quiditative, & per propriam speciem attractum non potest transire per sensum, concedo Minorem, connotative, & per speciem alienam cognitum non potest per sensus transire, nego Minorem & Consequentiam. Ens enim spirituale non cognoscitur a nobis pro hoc statu quiditative & per propriam speciem, sed connaturative per alienam, & ad modum rerum materialium. Vnde ticut res ipsas materialies non cognoscimus, nisi prius per sensus transeant, ita ens spirituale non attingimus, quin aliquatenus ipsum per sensus prænoscamus.

ARTICVLVS II.

Quodnam sit objectum proportionatum nostri intellectus?

§. I.

Trip' ex statu nostri intellectus prænoscatur, & triploz Conclusio stabilitur.

138 PRO decisione presentis Difficultatis notandum est intellectum posse considerari in triplici statu: in statu scilicet conjunctionis ad corpus, in statu separationis à corpore, & in statu secundum se, prout nimurum à predicto utique statu praescindit. Ut autem Difficultas clarius resolvatur, explicare oportet singulatim, quodnam sit objectum proportionatum nostri intellectus in quolibet horum statuum.

139 Dicendum est ergo primo, objectum proportionatum in nostri intellectus pro hoc statu conjunctionis ad corpus esse solam quidditatem materialē ut abstractam à conditionibus materialibus individuantibus. Conclusio haec est expressa Philosophi in hoc Libro, textu 8 & Div. Thomæ ibidem lect. 8 & 1. part. queſt. 8. 4. artic. 7.

140 Antequāta verò ratione probetur, notandum est nomine quidditatis materialis non

solum hic intelligi substantiam prædicamentalem, sed etiam esse illud, quod concipi potest per modum cuiusdam naturæ, & essentia: ac proinde ipsa quoque accidentia materialia, necnon, & singularitas ipsa per modum cuiusdam quidditatis possunt concipi. Hoc ergo supposito.

141 Probatur primò

Conclusio hac ratione. Illud est objectum proportionatum nostri intellectus pro hoc statu, quod redditur intelligibile in actu per operationem intellectus agentis abstrahens à phantasmatibus species; sed intellectus agens non versatur circa res spirituales, sed tantum materiales: ergo objectum proportionatum nostri intellectus pro hoc statu tantum est quidditas materialis.

142 Secundò probatur.

Nam objectum motivum alicuius potentiae debet esse omnino proportionatum cum activitate & immaterialitate potentiae; sed hæc enimmodi proportio datur in quidditate materiali, ut abstracta à conditionibus materiaibus, & individualibus: ergo quidditas sic abstracta est objectum motivum, & proportionatum nostri intellectus pro hoc statu. Major & Consequentia constat.

143 Minor autem probatur & explicatur. Nam cum intellectus noster ex una parte sit entitas spiritualis, ex alia vero pro hoc statu non sit à materia separatus,

sed potius ipsi conjunctus, objectum ejus proportionatum nequit esse entitas spiritualis omnino à materia separata, provt sic enim non proportionatur cum modo essendi potentiae. Nec etiam debet esse eis materiale, vt affectum omni materialitate, qua existit à parte rei: nec vt affectum conditionibus materialibus individualibus, hoc enim objectum non proportionatur cum spiritualitate potentiae: ergo objectum cum illa pro hoc statu proportionatum utramque hanc debet ratione adunare. Sed hoc in quidditate materiali abstracta reperitur: qua enim parte est entitas à materia non separata, converit cum intellectu in statu conjunctionis ad illam: & qua parte est derivata ab imperfectionibus conditionum materialium, & individualium, convenienter cum spiritualitate potentiae: ergo quidditas materialis est objectum proportionatum nostri intellectus pro hoc statu.

144 Dices, ex hac ratione sequi primò, quod etiam quidditates spirituales ut singularizantur sunt objectum proportionatum: Nam ut contracta per singularitatem, sunt quedammodo materiales.

145 Secundò videtur sequi, nostrum intellectum nō posse percipere singularia, cum ipsi non sint proportionata.

146 Respondeatur ad pri-
mum quod singularitas propor-
tionans objectum cum intellectu pro
hoc

hoc statu non est consequuta ad entitatem spiritualem , sed singularitas materializans est , quæ verè delimitur a materia contrahente , limitante , & imperficiente.

147 Ad secundum dicendum est , intellectum per se primò non percipere singularia , sed tantum per se secundò , & mediatè : quia cùm sint modificationes naturæ , natura ipsa percepita , moveatur intellectus ad percipiendum singulare , quod resideret in phantasia per reflexionem ad illam.

148 Quod si dixeris , ex hoc sequi , Angelum non posse percipere quidditates materiales , quia ex una parte sunt improprietatæ , & aliæ non se habent , vt modificationes quidditatum spiritualium.

149 Contra est , Quia cum intelligibilitas omnium rerum ex spiritualitate nascatur , natura absolute immaterialis nata est fieri omnia , quia caret materia , quæ est principium limitandi & contrahendi , ac proinde poterit Angelus omnia intelligere , quamvis quidditates materiales , eo quod sunt improprietatæ , non cognoscat per se primò , sed tantum per se secundò , & mediatè , cum objecto enim secundario proportio non requiritur.

150 Dicendum est secundo , objectum proportionatum noscitur intellectus pro statu separatio- nis à corpore esse quidditates spi-

rituales cum ipso in eodem gradu immaterialitatis convenientes , quales sunt animæ rationales separatae : non vero substantias Angelicas . Hæc etiam Conclusio est expressa D. Thomæ , 3.p. quæst. 11. art. 1. ad 2. quæst. 89: art. 2. dicentis : Cum fuerit (Anima) à corpore separata , intelliget non conver tendo se ad phantasmatum , sed ad ea , quæ sunt secundum se intelligibilia : unde seipsum per se ipsum intelliget . Est autem commune omni substantia separata , quod intelligat id , quod est supra se . Quid id , quod est infra se secundum modum sue substantie . Sic enim intelligitur aliquid secundum quod est in intelligenti gente . Est autem aliquid in altero per modum ejus , in quo est . Modus numeri substantia Anima corporea est infra modum substantia Angelica : sed est conformis modo aliarum formarum separatarum . Et ideo de alijs Animabus separatis perfectam cognitionem habet : de Angelis autem imperfectam , & deficientem , loquendo de cognitione naturali Anima separata . De cognitione autem glorie est aliaratio .

151 Deinde probatur ratione ex ipso Angelico Preceptore desumpta . Nam objectum proportionatum potentiaz cognoscitivæ & ipsa potentia debent in eodem immaterialitatis gradu convenire ; sed Anima rationalis separata , & intellectus separatus in eodem immaterialitatis gradu conveniunt , non vero substantia Angelica : ergo Anima rationalis

separata est objectum proportionatum intellectus separati, non verò substantia Angelica. Major supponitur. Minor autem est certa. Nam Anima separata cum sit vera forma corporis, non potest non dicere ordinem ad materiam, & intellectus separatus, cum sit proprietas Animæ, nequit habitudinem, quam Anima dicit ad corpus, non habere; sed substantia Angeli talenm ordinem non dicit: ergo Anima separata & intellectus separatus eundem habent inter se gradum immaterialitatis, non autem cum substantia Angeli.

151 Dices: Objectum proportionatum est etiam motivum, ut supra vidimus; sed Anima separata non est objectum motivum intellectus separati; pro illo namque statu non recipit species à rebus cognitis: ergo Anima separata non est objectum proportionatum intellectus separati.

153 Respondetur concesfa Majore, distinguendo Minorem, non est objectum motivum actu, concedo Minorem, aptitudine, nego Minorem, & Consequentiā. Ad rationem enim objecti proportionati, & motivi non requiritur, quod actu moveat potentiam illi imprimendo species, sed sufficit quod sit talis conditio-
nis, quod si potentia posset ab objecto recipere species, illas ab ipso reciperet: & hoc modo compa-
ratur Anima separata ad intellectum separatum: vnde habet rationem objecti proportionati,

& motivi respectu illius.

154 Dicendum est tertio, intellectum nostrum consideratum in statu secundum se præscindere ab objecto proportionato. Hanc etiam Conclusionem docet Div. Thom. i. part. quest. 14. art. 4. Et probatur, Quia potentia non determinat sibi objectum proportionatum, nisi prius habeat determinatum modum essendi; sed intellectus noster secundum se consideratus non habet determinatum modum essendi: ergo secundum se consideratus præscindit ab objecto proportionato Major constat. Potentia namque non attigit objectum, nisi peculiarem habeat essendi modum, sicut nulla causa operatur, nisi vt determinata, & singularis. Minor etiam est certa. Quia intellectus noster secundum se consideratus ab omni essendi modo præscindit: sub hac quippe ratione nec est conjunctus corpori, nec à corpore separatus: ergo secundum se nullum habet determinatum modum essendi.

155 Confirmatur, Quia po-
tentia non determinans aliquem
gradum immaterialitatis, nequit
determinare sibi objectum pro-
portionatum; sed intellectus no-
ster secundum se non determinat
aliquem gradum immaterialitatis:
ergo non determinat sibi ob-
jectum proportionatum, sed ab eo
præscindit. Major, & Consequen-
tia constant. Minor autem proba-
tur. Quia immaterialitatis gradus
non regulatur penes solam entita-
tem

tem potentiae, sed penes modum essendi illius; sed intellectus noster secundum se consideratus suam tantummodo dicit entitatem; ergo intellectus noster sic acceperus aliquem immaterialitatis gradum non determinat. Minor constat. Major autem probatur ex Div. Thoma, qui diversum assignans immaterialitatis gradum nostro intellectui dum eit cum Anima corpori unitus, ac dum est cum ipsa Anima à corpore separatus, ipsi secundum se sumpto nullum unquam determinatum gradum immaterialitatis assignat: ergo sentit intellectum nostrum secundum suam præcisè entitatem acceptum nullum habere determinatum gradum immaterialitatis.

156 Si autem cum aliquis velis dicere, objectum proportionatum cum nostro intellectu secundum se considerato esse quidditatem spiritualem abstrahentem à separatione à materia, & conjunctione cum ipsa, sicut ipse abstrahit intellectus secundum se consideratus; Nihil contra nostram Conclusionem dices, impropriè tamen id asseres. Quamvis enim objectum sic abstrahens virtutem intellectus non excedat, & propterea dici possit objectum proportionatum ipsius significare, & in actu primo; eo tamen ipso quod sit abstrahens, non potest esse objectum proportionatum exercitum, & in actu secundo: nam sicut exercitum intellectus, ut ab-

strahens non datur, sic exercitum non datur objectum, ut abstrahens. Quare objectum sic sumptum, nec proportionatum dicimus, nec nullum ipsi determinatum immaterialitatis gradum assignamus.

S. II.

Solvuntur Argumenta.

157 **A**RGVITVR primò contra primam & principalem Conclusionem. Si quidditas materialis esset objectum proportionatum nostri intellectus in hoc statu, quo magis materialis esset, eò esset magis proportionata, quemadmodum quia album est disaggregativum visus, quod aliquid fuerit magis album, eò erit magis disaggregativum; Consequens autem est fallitum, tantam enim potest materialitatem habere, ut nequeat ab intellectu per se primò, & immediate cognosci: ergo quidditas materialis non est objectum proportionatum nostri intellectus in hoc statu.

158 Respondeur negando Majorem, quam paritas implicita non convincit: Est enim disparitas manifesta. Nam album ideo præcisè disaggregat visum, quia est album; unde quod aliquid magis album fuerit, eò magis visum disaggregabit. Quidditas vero materialis non ideo proportionatur cum nostro intellectu pro hoc statu, quia est præcisè quidditas materialis, sed quia materialis est, &

immaterialis reddiur abstrahens à materia, & singularitate: aliter enim non datur proportio inter objectum, & nostrum intellectum pro hoc statu: siquidem pro hoc statu immaterialis est, & simul dependens à materia.

159 Dices: Ergo quidditas materialis, quæ magis abstraherit à materia, erit magis proportionata cum nostro intellectu pro hoc statu. Sed quidditas magis universales, ut *animal*, magis abstrahunt à materia singulari, quam quidditas minus universales, ut *homo*, magis enim à materia singulari removentur: ergo objectum proportionatum nostri intellectus pro hoc statu non est quævis quidditas materialis abstrahens à materia singulari, sed quidditas materialis magis universalis abstrahens à praedicta materia.

160 Respondetur distinguiendo Consequens, erit magis proportionata, majore illa ratione à materia de materiali se habente ad proportionem, concedo consequentiam, de formalis, nego Consequentiam. Cum enim potentia intellectiva, quemadmodum sensitiva, nata sit fieri plura, quæ inæqualia sunt in perfectione, pro ratione formalis proportionandi necessariò assignari debet aliqua ratio superior, in qua omnes species rerum, quæ inter se essentialiter differunt, in ordine intentionalis convenient. Quo circa excessus,

quem una species coloris dicit supra alteram de materiali omnino se habet ad objectum visus. Et excessus, quem unus Angelus dicit supra alium de materiali etiam se habet, nec impedit quod minus Angelus superior sit objectum proportionatum Angelii inferioris, ut in Materia de Angelis dici solet. Pariter ergo dicimus in præsenti, quod major recessus à materia de materiali, non verò de formalis se habet ad objectum proportionatum nostri intellectus pro hoc statu.

ARGVITVR secundum contra eamdem Concusionem. Ideò quidditas materialis est objectum proportionatum nostri intellectus pro hoc statu, quia intellectus noster in hoc statu suis relictus viribus potest illius perfectam cognitionem habere; sed suis etiam relictus viribus potest, saltem per discursum, habere perfectam cognitionem substantiæ spiritualis: ergo non minus quidditas spiritualis, quam materialis erit objectum proportionatum nostri intellectus pro hoc statu. Probatur Minor. Ideò namque per accidentia materialia perfectè quidditatem substantiæ materialis agnoscimus, quia accidentia materialia à substantia materiali dependent; sed quidditas materialis dependet à prima causa. & potest etiam à substantia spirituali dependere: ergo per quidditates

materiales possimus quidditates spiritualies agnoscere.

162 Confirmatur, Nam intellectus noster pro hoc statu perfectè cognoscit Animam rationalem, alias perfectè non cognosceret hominem; sed Anima rationalis, etiā prout est corpori unita, est perfectè spiritualis: ergo objectum proportionatum nostru*m* intellectus pro hoc statu non est sola quidditas materialis sed etiam spiritualis.

163 Respondetur ad Argumentum concessu*m* Majore, negando Minorem. Ad cuius probationem distinguo Majorem, quia dependent à substantia materiali tamquam effectus illius, adæquati, concedo Majorem, quia præcisè dependent, nego Majorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Nullus enim effensus creatus, nec omnes collectivè cum Deo adæquantur: & ideo ex illorum cognitione non possumus in perfectam Dei cognitionem devenir. Similiter si quidditas materialis à substantijs spiritualibus dependet, illarum perfectionem non æquaret, unde ex cognitione quidditatis materialis à substantijs spiritualibus dependentis, non valemus in illarum perfectam cognitionem manuduci. Accidentia vero materialia sunt effectus adæquati substantia materialis: & ideo possunt perfectè illius cognitioni deservire.

164 Ad Confirmationem responderetur distinguendo Majorem perfectè cognoscit Animam rationalem ut est corporea ut quo, &

forma corporis, concedo Majorem, ut spiritualis ut quod, & independens à corpore, nego Majorem & distinguo Minorem, est perfectè spiritualis, hoc est, in esse à corpore non dependens, concedo Minorem, in informare, nego Minorem, & Consequentiam. Eo namque ipso, quod Anima rationalis sit corporea ut quo & forma corporis, est quiditas materialis, hoc est materiam informans: quod sufficit ut prout sic sit objectum proportionatum nostri intellectus pro hoc statu, & tam ipsa, quam homo per ipsam constitutus perfectè à nobis cognoscatur. Angelus vero, & alias substantiae immateriales sunt omnino independentes à corpore: & ideo non possunt perfectè à nobis pro hoc statu cognosci. ¶ Cetera, quæ hic objici solent, constant ex dictis Articulis precedenti.

*** * ***

* *** * ***

* ***

ARTICVLVS III.

Quomodo singulare materiale sit à nostro intellectu cognoscibilis?

§. I.

Quibusdam suppositis, Conclusio stabilitur.

165 **P**RO intelligentia hujus Difficultatis Notandum est primò , singulare materiale posse considerari duplè citer : primò ut est quædam quidditas , suam enim habet quidditatem . Prout sic autem certum est posse directè ab intellectu cognosci , sicut alia quidditates directè ab illo cognoscuntur . Secundò prout modificat & singularizat naturam , eam contrahens , & exercitè sub conditionibus individualibus collocans . Sub hac autem ratione est difficultas , An directè , an verò reflexè tantum à nostro intellectu attingi possit .

166 Secundò Notandum est , cognitionem directam in hoc à reflexa distingui , quod illa directè tendit ad terminum vel objectum , sive immediatum , sive mediatum . Quare licet objectum mediátè ab intellectu , hoc est , media specie expressa cognoscatur , non ideo ab illo directè non attingitur . Cognitio autem reflexa est sicut motus ^{qui} tendens à termino à quo ad terminum ad quem ,

revertitur à termino ad quem ad terminum à quo . Vnde illa est cognitio reflexa , quæ à termino ad quem , videlicet ab specie expressa , vel ab ipsa intellectione revertitur , vel supra seipsum , vel supra ejus principia elicativa , nimirum supra speciem impressam , habitum , vel potentiam , vel species sensuum intellectui ministrantium . Cum enim species sensuum , ob suam materialitatem , in intellectu esse non possint , necessarium est , vt intellectus hujusmodi species attingat , quod ad sensus , in quibus recipiuntur , revertatur .

167 Denique Notandum est , non esse idem aliquid cognosci propriè & distinctè , ac cognosci directe . sicut enim extraneum proprio , & confusum distincto , sic directo indirectum tantum opponitur . Quarè ut propriè aliquid & distinctè cognoscatur , sufficit per aliquid non extraneum & non confusè congnosci . His igitur prænotatis ,

168 Duplex in hac Difficultate datur Sententia . Prima docet intellectum nostrum pro hoc statu directè cognoscere singulare materiale : quam tenet Scotus in 4. dist. 45. quest. 3. illiusque Discipuli Suarez Tomi 1. sua Metaph. Disput. 6. Sect. 6. num. 7. & Tom. 2. Summa Theolog. Tratt. 3. Lib. 4. Cap. 3. num. 5. & plu es alij . Secunda per oppositum tenet singulare materiale indirectè tantum & reflexè à nostro intellectu pro hoc statu cognosci ; quæ

que communis est inter Thomistæ.

169. Et merito quidem; Nam illam expresse docet D. Thomas cum Philosopho in hoc Libro ext. 10. tect. 8. & 1. p. quest. 86. art. 1. & quest. de Anima. Art. 20. ad 1. ex his, que secundo loco objecerat, ubi sic ait: *Dicendum quod Anima conjuncta corpori, per intellectum cognoscit singulare, non quidem directè, sed per quandam reflexionem, in quantum scilicet ex hoc, quod apprehendit suum intelligibile, reveritur ad considerandum suum actum, & speciem intelligibilem, qua est principium sua operationis, & ejus speciei originem: & sic venit in considerationem phantasmatum, & singularium, quorum sunt phantasmata.*

170. Deinde probatur ratione ex ipso Angelico Præceptore desumpta. Nam intellectus noster pro hoc statu intelligit objectum, illud à conditionibus individualibus & materialibus abstractendo, ad hoc enim intellectus agens exposcit, ut supra in hoc Libro Quest. 2. Art. 1. monstravimus; sed objectum sic abstractum est universalis: ergo universaliter tantum est, quod directè à nostro intellectu pro hoc statu cognoscitur: ac proinde singulare materiale indirectè solum & reflexè à nostro intellectu pro hoc statu attinigi potest.

171. Confirmatur, Quia ut docet Philosophus 1. Physic.

ext. 49. § 2. de Anima ext. 60. Sensus est singularium, intellectus verò universalium; sed sensus ita est singularium, ut non possit directè nisi ad singularia terminari: ergo intellectus ita est universalium, ut nequeat directè nisi universalis cognoscere, singulare autem reflexè & indirectè.

172. Quomodo verò fiat hæc reflexio, non modicam ingredit difficultatem. Varijs autem dicendi modis prætermisis, qui apud Mag. Bañez videri possunt in 1. p. quest. 86. art. 1. §. Sed iDifficultas est non parva.

173. Dicendum exstimo, quod postquam intellectus cognovit naturam universalis reflectitur super actuū, quo illam cognovit: & sic videt quod in illa natura universalis continentur singularia materialia: quod ut melius cognoscatur, revertitur ad phantasmatā, sive ad sensus internos, in quibus erant representata ipsa singularia: & his suppositis producit intellectus speciem impressam & expressam immediate & primariis representantem singulare materiale. Intellectus enim, ut docet D. Thomas 1. p. quest. 12. art. 9. ad 2. ex præconceptis species bus potest producere tertiam speciem. Videantur que diximus in Logica Lib. 2. Quest. 1. Art. 6. §. 3.

174. Quamvis autem talis species primario, immediate & distinctè singulare materiale representet, cognitio singularis est reter-

xa. *Tum*, quia supponit cognitionem naturae universalis. *Tum* etiam, quia supponit reversionem intellectus ad phantasmatum. Ex quo intetur, quod cognitio singularis est aliqualiter reflexa, non tamen rigorosè. Aliqualiter quidem, propter modo adductam rationem. Non vero rigorosè. Illa namque cognitio dicitur rigorosè reflexa, que habet pro objecto cognito ut *quid* alteram cognitionem, nempe directam; sed cognitio singularis materialis non habet pro objecto cognito ut *quid* cognitionem, qua prius natura universalis fuit cognita, sed ipsum singulare materiale, quod distingue per talen cognitionem attingitur: ergo cognitio singularis materialis non est rigorosè reflexa.

§. H.

Solvuntur Argumenta.

175 **A**RGVITVR primò. Species intelligibilis prius representat singulare materiale, quam universale: ergo singulare materiale directè & absque villa reflexione à nostro intellectu cognoscitur. Consequentia constat. Antecedens vero probatur. Quia effectus directè & per se representat suam causam; sed singularia materialia, que à phantasmatum attinguntur prout in speciebus sensibiliibus ipsi deservientibus representantur, sunt causa speciei intelligibilis, ut supra. *Quæst. 2. Art.*

2. docuimus: prius ergo species intelligibilis singulare materiale, quam universale repræsentat.

176 Confirmatur, Si namque intellectus noster per se, & absque aliqua reflexione singulare materiale non attingeret, inde fieret, quod à nulla potentia per se primò attingeretur: Consequens autem est falsum: ergo intellectus noster potest ab' que aliqua reflexione singulare materiale cognoscere. Probatur Sequela. Nulla enim potentia sensitiva attingit substantiam, sed illius tantum accidentia; sed singulare materiale est substantia: ergo si hanc intellectus noster per se, & absque aliqua reflexione non attingeret, à nulla potentia per se primò attingeretur.

177 Respondetur ad Argumentum negando Antecedens. Ad cuius probationem distinguo Majorem, directè, & per se representat suam causam instrumentalem, nego Majorem, suam causam principalem, sub distinguo Majorem, effectus in esse entitativo & naturali, concedo Majorem in esse representativo & intentionalis, nego Majorem, & distinguo Minorem, sunt causa instrumentalis, concedo Minorem, principalis, nego Minorem, & Consequentiā. Nam phantasmatum, & singularia materialia in eis representata non sunt causa principalis, sed tantum instrumentalis speciei intelligibilis, ut loco citato diximus; effectus autem non debet directè & per

per se repræsentare suam causam instrumentalem, sed tantum principalem. Quare ex Argumento facto ad summum inferri posset, quod species intelligibilis repræsentet intellectui agentem, & quo tanquam à causa principi productur, non autem phantasma, & quo tantum instrumentaliter causatur.

178 Sed tamen, ut diximus in subdistinctione Majoris, species intelligibilis principaliter ab intellectu agente causata potest considerari duplice: primò secundum suum esse naturale entitativum, & prævi sic directè & per se repræsentat intellectum agentem, sicut quilibet effectus est signum repræsentatib[us] sua causa. Secundò potest considerari secundum esse intentionale, prout scilicet date est à natura ut repræsenter objectum; sub hac autem ratione directè & per se repræsentat naturam univialem, non vero singularem.

179 Preterquod quod effectus ad aliquid representandum productus, non requiritur, quod causam, à qua producitur, repræsentet, sed illud, ad quod representandum est predicta: ut imago Regis non pictorem à quo productur, sed Regem, cui assimilatur, repræsentat. Quamvis ergo species intelligibilis principaliter à phantasmate productur, inde tamen non infertur, quod prius repræsentet ipsum phantasma, & singulare materiale, quam natu-

ram in communis, ad quam repræsentandum est productum.

180 + Ad Confirmationem respondetur primò negando Majorem. Ad cujus probatipnem distinguo Majorem, nulla potentia sensitiva ex meritis proprijs attingit substantiam, concedo Majorem, prout est cum intellectu conjuncta, nego Majorem, & concessa Minore, nego Consequentiam. Licet enim potentia sensitiva ex meritis proprijs non possit attingere substantiam, ut conjuncta tamen cum intellectu possit. Quemadmodum licet calor secundum se non possit producere nisi calorem, ut conjunctus tam en cùm feminina possit producere lac & sanguinem: Et ut supra vidimus Lib. 2. Quest. 6. Art. 2. licet sensus interni secundum se non possint formales Propositiones efficere, Discursusque formare; aliqui tamen eorum prout in homine reperiuntur, bene possunt, juxta probabilem Sententiam Thomistarum. Idem parvissimenter dicendum est in nostro casu.

+ 181 Secundò respondetur concedendo Majorem vel Sequelam, & negando Minorem. Licet enim nulla detur potentia, à qua directè & per se illa substantia attingatur, hoc tamen nullum debet inconveniens reputari. Plura enim sunt, quæ à nulla potentia directè pro hoc statu attingi possunt: siquidem Anima nostra, intellectus, & intellectio pro hoc

hoc statu directe & per se cognoscunt. Nullum ergo inconveniens est, quod singulare materiale a nulla potentia directe & per se pro hoc statu attingat.

182 Tertio respondeatur, quod licet singulare materiale non attingatur directe ab intellectu, per se tamen id est distincte & secundum sui propria praedicata ab ipso cognoscitur. Species enim predictarum, supposita reflexione intellectus, immediatè & distinctè singulare materiale representant.

183 ARVITVR secunda dō. Ars & Prudentia, quae sunt habitus intellectus, directe circa aliquod singulare versantur: Prudentia enim datur, ut haec singularis operatio hic & nunc cum debitiss circumstantijs elicatur: & Ars dominicatoria respicit domum vt in singulari faciendam: ergo intellectus etiam, in quo resident tales habitus, debet aliquod singulare respicere.

184 Confirmatur. Quia intellectus practicus directe versatur circa singulare: ergo intellectus speculativus potest directe circa singulare materiale versari. Consequentia conitat à paritate rationis. Antecedens vero probatur. Quia intellectus practicus distat & imperat quod haec operatio externa in singulari elicatur prius attingendo naturam universalem, concedo Antecedens, illam non prius quam singularem attingendo, nego Antecedens & Consequentiam. Intellectus enim practicus & speculativus non sunt duo realiter in-

cedenti, negando Consequentiam, quæ ex illo non infertur. Cum enim intellectus sit magis universalis, quam habitus in illo residentes, ex eo, quod habitus intellectuales directe attingant aliquod singulare, non bene inde deducitur, quod intellectus etiam directe circa aliquod singulare versetur. Quemadmodum licet objectum primariam habitus scientifici Logice sit ens rationis, non arguitur, quod ens rationis sit enim objectum primarium intellectus. Namvis igitur admittamus Arten & Prudentiam versari directe circa aliquid singulare, non ex hoc concedere cogimur, intellectum etiam directe circa aliquod singulare versari.

185 Secundò responderetur negando Antecedens. Ars enim, & Prudentia licet respiciant operationem singularem respiciunt tamen illam vt directam per regulas universales. Vnde primò, & per se, directeque non circa singulare, sed circa universale versantur.

186 Ad Confirmationem respondetur negando Antecedens. Ad cuius probationem distinguo Antecedens, dictat & imperat quod haec operatio externa in singulari elicatur prius attingendo naturam universalem, concedo Antecedens, illam non prius quam singularem attingendo, nego Antecedens & Consequentiam. Intellectus enim practicus & speculativus non sunt duo realiter in-

intellectus. Quæ sicut objectum intellectus speculativi est yni ersat, ita etiam objectum intellectus practici. Unde utrumque directè ad naturam univ ersalem terminatur. Quando autem intellectus ut practicus attingit aliquid particolare, attingit illud per quam est applicationem & reflexionem ministerio intuitus sensitiva.

188 Quæ solutio desumitur ex D. Thoma 1. p. quæst. 86. art. 1. ad 2. Quod sic precedebat: Intellectus practicus dirigit ad agendum; sed actus sunt circa singularia: ergo cognoscit singularia. Cui Argumento sic respondet:

189 Ad secundum dicendum, quod electio particularis operabilis est quasi Conclusio syllogismi intellectus practici, ut dicitur in 7. Ethic. Ex universali autem propositione directe non potest concludi singularis nisi mediante aliqua singulari propositione si simpliciter. Unde universalis ratio intellectus practici non movere nisi mediante particulari apprehensione sensitivo particuli ut dicitur in 3. de Anima. Idem docet 2. 2. quæst. 47. art. 3. ad 2.

190 EX DICTIS. Infertur primò contra Durandum in

dist. 8. quæst. 7. si g

gulare materiale non esse primum cognitum à nostro intellectu pro hoc statu. Cognitio enim singularis materialis supponit, ut diximus, cognitionem naturæ universalis; unde prius debet universale quam singulare cognosci.

191 Secundò infertur contra Scotum in 1. dist. 2. quæst. 3. & dist. 45. quæst. 3. quod necessitas intellectus nostri ut ad phantasmata convertatur, ad peccatum originalis nos reducitur. Tum, quia Adamus antequam in peccatum haberetur, per conversionem ad phantasmata intelligebat, accipiendo species à sensibilibus, ut docet D. Thomas 1. p. quæst. 34. artic. 2. Tum etiam, Quia Christus Dominus, in quo nullum peccatum fuit, necepsit, per Scientiam naturalem acquisitam intelligebat conversione ad phantasmata, ut docet D. Thomas 3. p. quæst. 9. artic. 4. Immò per Scientiam i. dicam & inferso iesi posuerit intelligere non convertendo se ad phantasmata, intelligere etamen potuit, se ad phantasmata convertendo ut ex ipso Angelico Precepto deducunt. Tercioglieadēm 3. p. quæst. 11. artic. 2.



QVÆSTIO IV.

DE SPECIEBUS INTELLIGIBILIBVS

ARTICULUS I.

Vtrum Species impressæ necessariae sint ad cognoscendum?

§. I.

Supposito quid nomine speciei impressæ, & expressæ intelligatur, Conclusio statabitur.

192 **P**RO intelligentia Difficultatis notandum est speciem impressam nihil aliud esse, quam similitudinem objecti ex parte potentie se tenentem ipsamque ad cognoscendum adjuvantem: speciem verò expressam esse terminata à potentia productum, quia aliquando idolum, aliquando verò verbum appellatur, seque habet ex parte objecti actu ipsum, & quasi in speculo representans. Præsens ergo Difficultas tantum procedit de specie impressa, nam de expressa inferius est agendum. Quo supposito,

193 Dicendum est, spe-

ciam impressam necessariam esse ad cognoscendum. Conclusio est expressa Philosophi in hoc Lib. textu 67. & 58. & Angelici Praceptoris ibidem. Quibus communiter Theologi & Philosophi tam intra, quam extra Scholam D. Thomæ subscribunt.

194 Probatur primò hac Ratione. Intellectus enim (& idem proportionabiliter de qualibet alia potentia cognoscitiva dicatur) ex se est intrinsecè indifferens ad hoc objectum potius quam illud cognoscendum: ergo ut hoc potius quam illud intelligat, ab aliquo intrinsecè determinari debet. Sed hoc nihil aliud esse potest, quam species impressa: ergo hæc necessario requiritur, ut intellectus intelligat.

195 Respondebis primò ad hoc ut intellectus hoc potius objectum intelligat, quam illud, spe-

speciem impressam non requiri, sed sufficere concursus prævium Dei illum determinantem, & voluntatem ad exercitium actus movementem.

196 Hæc tamen Solutio nulla est, idèque rejeicitur. Quia concursus prævius Dei, & motio voluntatis virtutem adæquatam in potentia ad operandum præsupponunt, neque enim se habent, ut virtutem tribuentes, sed ut virtutem ad operationem applicantes; atqui intellectus absque specie impressa sufficientem virtutem non habet ad intelligendum, ut ex dicendis infra Art. 3. constabit: ergo ut intellectus hoc potius objectum intelligat quam illud, concursus prævius, & motio voluntatis non sufficit, sed necessariò species impressa requiritur.

197 Secundò respondebis, posse intellectum determinari ad intelligendum hoc objectum potius, quam illud à sensu externo, vel interno: eo namque ipso, quod sensatio circa hoc, & non circa illud objectum supponatur, sufficienter ad hoc, & non illud intelligendum potentia intellectiva determinata videtur.

198 Sed nec ista Solutio placet, & vna cum præcedenti repellitur. Ex illa namque sequitur, quod intellectus non sit potentia ætiva simul & passiva, sed dumtaxat activa; hoc autem est falsum, ut supra vidimus in hoc Libro, quæst. 2. artic. 1. ergo ut intellectus determinetur ad intelli-

gendum hoc objectum potius quam illud species impressa necessariò requiritur. Sequela probatur. Quia non aliter potest percipi, quod intellectus sit potentia passiva, quam per hoc, quod ab objectis, quæ intelligit patiatur; ab ipsis autem pari nequit, nisi speciem illorum impressam in seipso recipiat: si hanc ergo non recipit, non est potentia passiva, sed dumtaxat activa.

199 Secundò probatur Conclusio. Quod est pura & nuda potentia in aliquo genere, nullam potest operationem elicere, nisi per aliquam formam actuatur; sed intellectus est pura potentia in genere intellectivo, nam ut docet Philosophus est tamquam tabula rasa, in qua nihil est depictum: ergo ut intelligat, necessariò requirit aliquam formam. Sed hæc alia esse non potest, quam species impressa: ergo species impressa necessariò ad intelligendum exposcitur.

200 Confirmatur. Ideò namque materia prima se sola nequit ad aliquam physicam operationem concurrere, quia in genere physico est pura, & nuda potentia; sed intellectus in genere intellectivo est etiam pura potentia: ergo sine forma ipsi intrinsecè superaddita intelligere nequit; hæc autem forma est species impressa: ergo, &c.

201 Vigetur. Ideò materia prima non potest recipere existentiam, quin priùs recipiat

formam, quia existentia est actus ultimus, forma vero est actus primus, actus autem ultimus necessariò debet præsuponere primum; sed intellectio est actus ultimus, species vero impressa est actus primus: ergo prius species impressa in intellectu recipitur, quam ab ipso intellectio eliciatur.

202. Tertiò probatur Conclusio. Nam ut objectum intelligatur, necessarium est quod intra intellectum collocetur, si quidem intelligere est intus legere, & percipere: sed nisi species impressa datur, objectum intra intellectum non collocatur: ergo ad intelligendum species impressa necessariò requiritur. Major constat, Objectum enim ad extra existens & nullo modo vnitum intellectui; non potest ab ipso percipi: ergo ut percipiatur, necessarium est, quod intra ipsum collocetur. Minor autem probatur. Quia objectum prout ad extra existens non potest in intellectu recipi, materiale enim in spirituali non recipiatur, prout vero in specie impressa, quæ (ut infra videbimus) est formalis illius similitudo, continetur, ab omni materia denudatur: ergo si species impressa non datur, objectum in intellectu non ponitur.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

203. ARGVITVR primò. Si darentur species impressæ in intellectu, darentur etiam in sensibus, tam internis, quam externis; sed in ipsis non dantur: ergo nec in intellectu requiruntur. Major supponit. Minor autem pro prima parte sic probatur. Nam ideo juxta primam rationem species impressa in intellectu requiritur, quia intellectus de se est indifferens ad attingendum hoc & illud objectum, quæ indifferenter non potest tolli, nisi per speciem impressam; sed ad auferendam indifferenter sensum interiorum species impressa non requiritur: ergo in sensibus internis species impressa non datur. Probatur Minor, Quia sensus interni sufficienter determinantur per externos, ut haec potius, quam illa objecta attingant: ergo ut determinentur, species impressa non requiritur.

204. Quoad secundam probatur eadem Minor principalis. Tum, quia sensus externi, ut supra vidi mus lib. 2. quæst. 4. art. 6. non possunt attingere objectum, nisi physice & realiter præsens: ergo per præsentiam objecti sufficienter determinatur; preindeque ad hoc species impressa non requiritur.

205. Tum etiam, Quia sensus externi sunt potentiae mate-

riales: ergo sufficientem unionem habent cum objectis, dummodo hæc ipsis sensibus proximè localiter applicentur; ac proinde species impressa non requiritur. Patet hæc Consequentia, Quia ut in ultima ratione dicebamus, species impressa ad hoc exposcitur, ut objectum immediate cum potentia conjugatur: ergo.

206 Respondetur, negando Minorem, quoad utramque partem. Ad cujus probationem, quoad primam negandum est Antecedens. Non enim quælibet applicatio sufficit ad hoc ut potentia cognoscitiva, quales sunt sensus interni, hoc potius attingat objectum, quam illud, sed requiri urquod applicatio sit per aliquid intrinsecum contentivum attingentia: nam potentia passiva, ut supra diximus, ut activa constituantur, aliquam intrinsecam formam exposcit. Tunc autem sufficiet extrinseca applicatio (ut tacita præcludatur Objectio) quando potentia non fuerit passiva, sed operationem in actu primo præcontinens, qualis est voluntas, & appetitus sensitivus.

205 R^d primam probationem Minoris quoad secundam partem concessu Antecedenti, neganda est Consequentia. Quamvis enim sensus externi non possint attingere objectum, nisi physicè & realiter præfens; non tamen determinantur ad illud attingendum per ipsum, ut extra existens, sed ab ipso ut intrinsecè vniò cum potentia,

qua vno non fit aliter quam per speciem impressam intrinsecè in sensu exterio receptam. Quarè ex illa probatione ad sumnum inferuntur, quod in sensibus externis non datur species expressa vel idolum; quod tamen species impressa non detur, non colligitur.

208 Ad secundam probationem ejusdem partis distinguo Antecedens, sunt potentiae materiales omnino, nego Antecedens, non nihil immaterialitatis habentes, concedo Antecedens, & nego utramque Consequentiam. Ad probationem, distinguo Antecedens, ut objectum immediate cum potentia conjugatur in esse intentionali, concedo Antecedens, in esse naturali, nego Antecedens, & Consequentiam: Nam sensus externi, cum sint potentiae cognoscitivæ, non sunt totaliter in materia immersi, sed aliqualiter supra materiæ conditiones elevati; ac proinde attingunt sua objecta non in esse naturali physice, & materialiter sumpto, sed supra materiæ conditiones tecumque elevato. Quarè non sufficit, quod ut objectum sensus externi ab ipso attingatur, eidumtaxat proximè localiter applicetur.

209 **A**RGVITVR secundo. Si darentur prædictæ species, dari possent duo accidentia solo numero distincta, & contraria in gradibus intensitat^e eodem objecto; utrumque repugnat: ergo prædictæ species non dantur. Probatus Sequela,

quoad primam partem. Contingere namque potest immo & per se perte contingit; quod duo alba solo numero distincta videantur, & consequenter eorum species intentionale in sensu & in intellectu juxta nostram sententiam recipiuntur; sed huiusmodi species solo numero sunt distinctae, sicut earum objecta: ergo si datur praedicta species, duo accidentia solo numero distincta possunt recipi in eodem subiecto.

210 Quid secundam partem probatur etiam equula. Non enim minus evenire potest, quod album v. g. & nigrum imitant species sui & tam in visu, quam in intellectu species veriusque recipiantur; sed hujusmodi species non minus sunt intensae, quam ipsum album & nigrum: ergo duas qualitates contrariae in gradibus intensis possunt simul in eodem subiecto reperi.

211 Respondetur negando. Seque lam quoad vitramque partem. Ad probationem illius quoad primam dicendum est, quod si lequamur de speciebus intelligibili bus representantibus primo, & directe duo illa individua ejusdem speciei, tales species differunt specie in esse representatio. Et quod via illarum specierum representat unum individuum secundum unam rationem, & alia representat alium secundum alteram: si autem specificè, & essentialiter non differunt, idem quod representantur per unam, essentialiter

per alteram representaretur, ut diximus in 2. de Generat. quæst. 3. artic. 2. §. 6. nnn. 213. Quare respectu specierum intelligibilium non sequitur, quod duo accidentia solo numero distincta in eodem subiecto recipiantur.

212 Si vero de speciebus, que in sensibus recipiuntur, fiat sermo, responderi potest prius non secui, quod duo accidentia solo distincta numero recipiantur in eodem subiecto secundum eandem partem: quia cum organa sensuum sint corpora & extensa, unum illorum accidetum in una, & aliud in alia eiusdem organi parte recipitur; quod autem in diversis partibus ejusdem subiecti duo accidentia solo distincta numero recipiantur, nullum inconveniens censeretur.

213 Secundò dici potest, quod licet illæ species duplices alii solo numero differunt materialiter, quatenus scilicet representant duo individua, quæ in eadem specie convenient, formaliter tamen consideratae differunt species. Et ratiō est manifesta. Si enim illæ species formaliter, & specificè non different, quidquid forma iter representatur per unam, formaliter etiam representaretur per alteram; hoc autem non contingit, ut constat; unde species illæ formaliter sumptæ non numero tantum, sed specificè etiam distinguuntur. Videatur Mag. Bailez in 1. part. quæst. 76. in Commentario, Artizuli

secundi, vbi varias Solutiones Argumento facto traditas refert, & refellit.

214 Ad probationem secundæ partis Sequelæ dicendum est, illas species albi & nigri, nec in esse phýlico, nec in esse repræsentat vo contrariari. Non quidem in esse phýlico: secundum enim hoc esse, nec in sensu, nec in intellectu recipiuntur; prout indeque, ut sic non contrariantur. Nec in esse repræsentativo: Ad hoc quippe necessarium erat quod denominarent potentiam albam, & nigrum; quod tamen sic non contingit. Vnde ex eo, quod duo species intentionales recipiantur in sensu, & in intellectu, non sequitur, quod duo contraria in gradibus intensis in eadem subjecto possint dari.

215 Et quidem si quidquam Argumento facto convinceretur, convinceretur utique posse naturaliter dari duo accidentia solo numero distincta, & duo contraria summe intensa in eadem parte subjecti, sicut eorum species naturaliter dantur; hoc autem ipsi Contrarij non admittunt: ergo ex Argumento facto neutrum absurdum infertur.

216 Notandum est autem, quod quando in Conclusione afferimus, necessariam esse superaditionem speciei, ut intellectus intelligat, tantum loquimur quando objectum non est proxime intelligibile per seipsum: si enim illud immateriale sit, ac proinde per seipsum intelligibile,

species ab ipso distincta non requiritur. Quia de causa Beati vident D̄cum sine superadita specie, & Angeli per suam substantiam se cognoscunt.

ARTICVLVS II.

Quomodo species intelligibilis representativa subjecta

§. I.

Difficultas explicatur, & Conclusio stabilitur.

217 **I**N Hac Difficultate aliquid, ut certum ex præcedenti supponimus, & aliud in dubium revocamus. Supponimus enim speciem impressam aliquo modo repræsentare objectum: dubitamus autem qualiter illud repræsentet? An virtualiter, sicut semen repræsentat principium, à quo deciditur. An formaliter, ut filius repræsentat patrem, à quo generatur? In qua Difficultate *Prima* Sententia docet speciem impressam tantum repræsentare virtualiter objectum: quam tenent Suarez, & plures alij extra Scholam D. Thomæ. *Secunda*, & communis inter Thomistas docet illud repræsentare formaliter: & hæc sit.

218 **N**ostra Conclusio. Probatur primò ex Philosopho a PP. Complutensiis hic relato 2. de *Animâ*, cap. 12. dicente. Quod si ictus impresso annulo ferreo,

aūt aureo in cera, non manet ibi materia ferri, vel auri, nec maneat similitudo nulli; ita quando objectum sensibile immitit species impressam sui ad sensum, tunc sensus recipit speciem & similitudinem objecti absque materia; sed in agro impressa ab annulo est illius similitudo formalis: ergo species impressa juxta Philosophum est formalis similitudo objecti.

219 Secundò probatur ex Div. Thoma, 3. contra Gent. cap. 49. Ratione secunda sic dicente: *Similitudo intelligibilis, per quam intelligitur aliquid secundum suam substantiam oportet quod sit eiusdem species, vel magis species ejus.* Ergo iuxta Angelicum Praeceptorem species impressa est ipsa quidditas objecti in esse intentionalis: ergo debet habere maximam unitatem cum illo in maxima similitudine fundatam; haec autem non est virtualis, sed formalis: ergo species impressa est formalis similitudo objecti.

220 Tertiò probatur Conclusio ratione. Illud ad quod aliqua res per se primò est instituta, debet ipsi formaliter convenire; sed species impressa ad hoc per se primò est instituta, ut objectum formaliter representet: ergo species impressa non virtualiter, sed formaliter representat objectum. Major, & Consequentia constant. Minor autem probatur. Nam eadem accidenti formaliter convenit esse

potentiam proximam operandi, quia per se primò est institutum, ut substantiae in operando deserviat; sed species impressae ad nil sunt aliud institutum, ut objectum representent: ergo representare objectum, formaliter illis convenit.

221 Quartò probatur alia ratione. Nam productio creativa speciei expressæ, sive verbi est quadam vitalis generatio non in esse naturali, sed in esse intentionalis, in qua verbum procedit, ut genitum. & ut filius: ergo debet esse ejusdem naturæ, & quidditatis cum principio, à quo vitaliter in esse intentionalis procedit. Sed verbum in omnium Sententia est similitudo formalis & expressa objecti: ergo debet alicuius principio provenire, quod sit ejusdem objecti similitudo formalis impressa. At potentia intellectiva non est formaliter similis objecto, benè vero species impressa: ergo species impressa est formalis representatione objecti.

222 Antecedens, in quo tantum est difficultas, probatur primò ex communi illo Prologo: *Ab objecto, & potentia paritur notitia:* ergo productio speciei expressæ, sive verbi est quadam vitalis generatio.

223 Secundò probatur Antecedens. Quia vitalis generatio juxta omnes: *Est origo viventis à vivente à principio coniuncto in similitudinem nature;* sed productio verbi hujusmodi:

di : ergo productio verbi est quædam vitalis generatio. Probatur Minor , Quia verbum ut potè procedens per actionem intrinsecè vitalem , est terminus intrinsecè vitalis procedens à principio intrinsecè conjuncto , nimis ab objecto mediante specie impressa unita cum intellectu , estque in eodem subjecto cum verbo , ejusdemque naturæ cum objecto , eo quod proceditur formaliter illi simile: ergo processio verbi est quædam vitalis intentionalis generatio.

224 Denique probatur Antecedens. Ideò namque , juxta communem Sententiam Theologorum , processio Verbi divini est perfectissima generatio nedum in esse intentionalis , verum etiam in esse naturalis , quia processio per intellectum ex vi sua linea habet assimilare terminum in natura saltem secundum esse intentionale : si hoc enim productio per intellectum non haberet , processio Verbi divini generatio non esset ; quemadmodum processio per voluntatem , nec in divinis generatio est , quia ex sua ratione non habet assimilare terminum in natura: ergo processio verbi creati est generatio.



§. II.

*Solvuntur Argumenta.*225 **A** RGVITVR primò

contra hanc ultimam Rationem . Ex eo namque quod productio creata verbi sit quædam vitalis generatio tantum sequitur , quod verbum sit similitudo formalis causæ principalis , scilicet objecti , non verò speciei impressæ , quæ est illius virtus proxima agendi , & fecundandi potentiam per modum semenis ipsius objecti : ergo ultima Ratio nostræ Conclusionis nil concludit. Probatur Antecedens. Nam ex eo quod Petrus v.g. procedat à Paulo , ut filius naturalis , non inferatur , quod evadat similis semini , sed Paulo ; sed species impressa est , semen objecti : ergo ex eo quod productio creata verbi sit quædam generatio , non deducitur quod verbum sit similis speciei impressæ , sed objecta.

226 Respondetur negando Antecedens , quod paritas adducta non convincit . Species enim impressa non dicitur semen objecti , quia cum proprietate sit tale : sed quia sicut in generatione naturali principium , nisi medio semine non concurrit , ita nec objectum , nisi media specie. In hec tamen datur maxima differentia . Nam objectum antecedenter ad speciem impressam ex se non erat adæquatè con-

stitutum in ratione principiis influxivi, per speciem autem ad ordinem intentionalem transferatur, & in ratione principiis constituitur. Vnde in ratione principiis non ponit in numero species cum objecto, sed se habent ut forma, & id, cuius est forma. Quare quod est formaliter simile objecto necessarium est, quod speciei illius impressa sit etiam formaliter simile. In generatione vero naturali semen, & principium generandi ponunt in numero, quia generans non constituitur in ratione principiis generandi per semen, sed antecedenter ad illud per suam formam naturalem supponitur adaequatae constituta.

227

ARGVITVR secundum contra eamdem Rationem. Species impressa, & expressa non possunt esse eiusdem naturae in esse representativo: ergo ex eo quod processio speciei expressa sive verbi sit quedam generatio, & talis species sit formaliter similis objecto, non infertur, quod species impressa sit etiam illi formaliter similis. Consequentia constat. Antecedens vero probatur primo. Transiens, & permanens non sunt idem; sed species expressa est transiens, impressa vero permanens; ergo non possunt esse eiusdem naturae in esse representativo.

228 Secundum probatur Antecedens. Species impressa & expressa in esse entitativo specificè diffe-

runt, juxta communem Sententiam: ergo etiam in esse representativo. Patet Consequentia. Quando enim unum ab altero specificè secundum inadæquatam rationem distinguitur, non potest ab illo secundum aliam inadæquatam rationem non distingui: ergo si in esse entitativo specificè differunt, etiam in esse representativo.

229 Respondet negando Antecedens. Ad primam probationem distinguo Majorem non sunt idem facta reduplicatione supra permanens & transiens concedo Majorem, aliter nego Majorem, & concessa Minore, nego Consequentiam. Quamvis enim species impressa & expressa secundum quod illa est permanens, & hæc transiens non sint idem, secundum verò quod utrumque objectum representat, idem sunt, diversitate illa permanentia, & transiens de materiali omnino ad representativam se habente. Et manifestè in Sententia contraria docente speciem expressam esse formaliter in illudinem objecti; & tamen objectum est permanens, & species expressa transiens: esse ergo transiens aut permanens, de materiali omnino & impertinenter se habet ad representandum.

230 Ad secundam probationem Antecedenti concessio Antecedenti neganda est Consequentia. Ad cujus probationem distinguo Antecedens, non potest secundum aliam inadæquatam rationem non distingui, si utrumque ad eamdem

dem lineam attinet. cōcedo An-
tecedens, si ad diversam, nego An-
tecedens, & Consequentiam. Solu-
tio constat ex modō dicti. Esse
enim entitativum & esse repræsen-
tativum ad diversas lineas per-
tinent, ita ut esse entitativum de
materiali & præsuppositivē se habeat
ad esse repræsentativum. Quia mad-
modūm in accenti ratio essendi
de materiali se habet ad rationem
operandi. Et retorquetur Argu-
mentum in specie expressa, quæ
est accidens; & tamen, in Senten-
tia contraria, objectum, quod
est substantia, formaliter repræ-
sentat.

231 Dicet: Si species im-
pressa est formalis similitudo ob-
jecti, non potest non illud in actu
secundo repræsentare; hoc au-
tem nequit dici, alias species ex-
pressa omnino superflueret, ut con-
stat: ergo non est formalis simili-
tudo objecti. Probatur Major. Nam
quod actualiter & formaliter est
alteri simile, non potest non illud
actualiter repræsentare; ergo si
species impressa est formalis simili-
tudo objecti non poterit non
repræsentare illud in actu secun-
dō.

232 Respondetur negan-
do Minorem. Ad cujus probatio-
nem distinguo Antecedens, quod
est formaliter alteri simile forma-
litate cadēte supra terminum actus,
concedo Antecedens, supra prin-
cipium, nego Antecedens, & Con-
sequentialiam. Quavis enim species
impressa sit formaliter similis obje-

cto, illud tamen in actu secundo
non repræsentat, eo quod consti-
tuuit intellectum in ratione prin-
cipii proximè ad aquate intellecti-
vū, ut in actu autem secundo objec-
tum repræsentet, necessarium est;
quod intellectus intellectiōnem
elicit, & speciem expressam pro-
ducat, vel si illam non produ-
cit, ut in visione beata contingit,
cum objecto saltem intellectu se-
vniat.

233 Et quidem Argumentum
patitur manifestam instantiam
in quolibet principio effectivo: In
caore v. g. per quem formaliter
constituitur principium calefaci-
tū; & tamen in actu secundo
non constituitur calefaciens, nisi
addatur calefactio. Pariter ergo
in praesenti dī currunt.

234 **A** RGVITVR tertīo
contra Conclusionem. Habitus intellectus concurred-
rant ad productionem verbi quod
est formaliter simile objecti; & ta-
men ipsi non sunt formales, sed
virtuales tantum similitudines ob-
jectorum: ergo idem dicit poterit
de speciebus impressis. ¶ Confir-
matur. Nam essentia divina per
modum speciei impressæ intelle-
ctibus Beatorum unita, ipsis repræ-
sentat creaturem; & tamen eas non
formaliter, sed causaliter tantum
repræsentat: ergo &c.

235 Respondetur ad Ar-
gumentum concessa Majore & Mi-
nore, negando Consequentialia. Dis-
paria est, Quia species per se pri-
mo instituuntur à natura, ut re-
præ-

præsentent; unde hoc ipsis debet formaliter convenire. Habitus autem non ad hoc sunt instituti; quare necessarium non est quod repræsentatio formalis illis conveniat. Ad Confirmationem concessis Præmissis negamus Consequentiam. Disparitas est Nam creaturæ non sunt objectum primario repræsentatum per essentiam divinam gerentem munus speciei impressæ; sed ipsa divina essentia. Per speciem autem impressam objectum primarium formaliter repræsentatur, secundarium vero sufficit quod virtualiter seu causaliter repræsentetur.

ARTICVLVS III.

Vtrum species impressa concurrat effectivè ad cognitionem?

§. I.

Statuitur Conclusio.

236 **D**icendum est omnem species impressam concurrens effectivè ad cognitionem. Conclusio est Philosophi 2. de Anima. textu 60. & D. Thomæ 1. p. quest. 56. artic. 1. & quest. 85. artic. 2. & quest. 2. de Verit. artic. 6. sic dicentes: *Quilibet actio sequitur conditionem forma agentis, qua est principium actionis, sicut calefactio mensuratur secundum modum caloris, similitudo autem cogniti, qua informatur potentia cognoscitiva est principium*

cognitionis secundum actum, sicut calor calefactionis. Sed calor effectivè concurrit ad calefactionem: ergo species impressa effectivè etiam concurrit ad cognitionem.

237 Ratione autem probatur primò. Quia ut in Logica diximus Lib. 7. Quest. 2. Artic. 2. ideò Præmissæ effecti è concurrunt ad Conclusionem, quia determinat intellectum effectivè ad illam concurrentem; sed species impressa determinat intellectum ad cognitionem, quam elicit effectivè: ergo species impressa effectivè concurrit ad cognitionem.

238 Secundò probatur. Nam quod se habet ut forma ad aliquam operationem, effectivè concurrit ad illam, *Vnumquodque enim operatur secundum quod est in actu: quod intelligentum est de actu formæ; sed species impressa se habet ut forma intellectus ad intellectionem, ut vidimus Articulo precedentì: ergo effectivè concurrit ad illam.*

239 Tertio. Nam iuxta commune Proloquium, *Ab objecto & potentia paritur notitia; sed sine efficientia non paritur: ergo notitia vel cognitio effectivè ab objecto producitur. Sed non ab objecto ut extra intellectum existente: ergo ab ipso per sui speciem impressam eundem intellectum informantem.*

240 Quartò. Principium, cui si imilaritur terminus actionis, effectivè ad illum terminum concurrit, causa enim efficiens inten-

dit præducere terminum, & esse-
tum sibi similem; sed terminus
productus per intellectionem, qui
est species expressa sive verbum,
assimilatus speciei impressæ, quæ
est principium: ergo species im-
pressa effectivè concurredit ad expres-
sam; proindeque ad intellectio-
nem, media qua species expressa
producitur.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

241 **A**RGVITVR primò. Si species impressa
se haberet ut actus & forma effec-
tivè concurrens ad intellectionem,
perfectius principaliusque ad illam,
quam intellectus, ipse concurredet;
hoc autem est falsum: ergo & illud,
ex quo sequitur. Probatur Sequen-
ta. Forma enim & actus perfectius
principaliusque concurredit, quam
illud, cuius est actus & forma: qua-
de causa forma principalius con-
curredit ad agendum quam materia,
& calor aquæ calidæ quam aqua:
ergo &c.

242 Respondetur negan-
do Sequelam. Ad probationem di-
stinguo Antecedens, principalius
concurrit, si ad operationem sub-
jecti, cuius est forma & actus non
ordinetur, concedo Antecedens, si
ordinetur, nego Antecedens, &
Consequentiam. Quando enim for-
ma non ordinatur ad operationem
subjecti, in quo recipitur, perfe-
tius concurredit ad operationem for-

ma quam subjectum, ut constat in
exemplis in Argumento adductis:
Forma namque perfectius ad ope-
rationem concurredit, quam mate-
ria, & calor aquæ calidæ, quam
aqua, quia nec forma ad opera-
tionem materiæ, nec calor ad aquæ
operationem ordinatur. Quando
vero forma & actus ordinatur ad
operationem subjecti in quo reci-
pitur, tunc forma subjecto ipsi
deservit; ac proinde non forma,
sed subjectum est quod principa-
lius operatur, ut constat in calore
ignis, qui se habet, ut forma &
actus respectu ignis, cum tamen ad
calefactionem principalius con-
curredit ignis, quam calor: Quamvis
ergo species impressa habeat, ut
forma & actus respectu intellectus,
inde tamen non colligitur princi-
palius quam ipse concurredit ad in-
tellectionem.

243 **A**RGVITVR secun-
dò. Si species im-
pressa concurredit effectivè ad in-
tellectionem, sequeretur, quod
Deus non posset vñiri mentibus
Beatorum per modum speciei im-
pressæ; hoc est falsum & contra
sententiam omnium Thomistarum:
ergo species impressa effectivè ad
intellectionem non concurredit. Pro-
batur Sequela, Nam de ratione
speciei impressæ, eo ipso, quod
efficienter concurredit ad intellec-
tionem; est intellectum infor-
mare eique inhærere; hoc au-
tem repugnat Deo: ergo si species
impressa effectivè concurredit ad
intellectionem, sequeretur Deum
non

non posse vniuersitatem intellectus Beatorum per modum speciei impressae. Probatur Major. Eo namque ipso, quod effectivè concurreat ad intellectu[m] in t[er]r[is] vnam principium adæquatum intellectu[m]: ergo debet ipsum informare, eique inhaerere.

244 Respondeatur negando sequelam. Ad cujus probationem distinguo Majorem de ratione speciei impressæ, quæ est addens, est intellectum informare, eique inhaerere concesso Majorem, de ratione speciei, quæ est substantia, nego Majorem; & concessa Minore, nego Consequentiam. Species enim impressa, quæ est substantia, per seipsum habens rationem speciei impressæ, non debet intellectum informare, nec ipsi inhaerere, sed præcisamente tenet ex parte objecti intellectum determinans & ejus virtutem comprehens non tamen ex parte intellectus se tenendo, & informando. Vnde bene potest Deus absque imperfectione informationis, per modum speciei impressæ mentibus Beatorum vniuersitatem.

245 Et quidem hoc Argumentum à pluribus ex Contrarijs debet solvi, qui l[et]cet negent speciem impressam effectivè concurreat ad intellectu[m], defendunt tamen concurreat in genere causæ formalis & semel nobiscum assertunt Deum posse per modum speciei impressæ mentibus Beatorum vniuersitatem genus causæ efficientis longius distat ab imperfectione, quam genus causæ formalis.

is: ergo si concurrente specie impressa ad intellectu[m] in genere causæ efficientis, non potest Deus vniuersitatem intellectu[m] per modum speciei impressæ, concurrente in genere causa formalis, minus poterit. Quidquid ergo Contrarij huic Argumento respondebit, erint a fortiori. Solutio illius, quod opponunt.

246 Dices. Quia lumen gloriae concurrit effectivè ad intellectu[m], nequid Deus Beatus vniuersitati lumen gloriae: ergo pariter si species impressa concurrit effectivè ad intellectu[m], non poterit vniuersitati species impressa.

247 Respondeatur negando causalem. Non enim ideo Deus non potest suppleri lumen gloriae, quia hoc ad intellectu[m] effectivè concurreat, sed quia est qualitas, de cuius ratione est informare & inhaerere, & se habet ex parte intellectus ipsum elevans in ordine supernaturali: quorum neutrum in specie impressa contingit. Vnde potest Deus vniuersitati species impressa, non tamen vniuersitati lumen gloriae.

ARGVITVR tertio. Effectus vitalis nequit effectivè, praesertim principaliter à causa non vitali, prevenire; sed intellectus est vitalis, species vero impressa non est vitalis: ergo intellectus nequit effectivè a specie impressa provenire. Major & Consequentia constant. Minor autem certa videtur, Non enim appa-

apparet quomodo species impressa sit vitalis.

249 Respondetur negando Minorem. Nam species impressa sufficientem habet vitalitatem, ut possit intellectionem principaliiter effectivè causare. *Tum* quia intrinsecè determinat potentiam vitalem, scilicet intellectum ad producendum intellectionem. *Tum* etiam quia à potentia vitali, nimirum ab intellectu agente producitur. Si autem de speciebus impressis, quæ sensibus deservunt, fiat sermo, idem dicimus, *Tum*, quia determinat potentiam vitalem. *Tum* etiam, quia non causantur ab objectis secundum se sumptis, sed ut subordinantur corporibus cœlestibus ob Angelos motis; quod satis superque est ut sint vitales.

250 **A**RGVITVR quartò Si species impressa effectivè concurreret ad intellectionem, sequeretur primò, quod idem numero effectus à duplice causa totali, & adæquata procederet; hoc est falsum, & contra ea, quæ diximus 2. *Physic.* *Quæst.* 5. *Art.* 3. ergo &c. Probatur Sequela, Quia species impressa, & intellectus essent causa totales intellec-tionis: ergo &c.

251 Secundò sequeretur, quod substantia esset immediate operativa; hoc etiam est contra dicta *eadem Lib. Quæst.* 3. *Artic.* 2. ergo. Probatur Sequela. Nam substantia Angeli per seipsum gerit manus speciei iæ pres-

ſæ, ut communiter docent Thomistæ: ergo si species impressa effectivè concurrit ad intellectionem, substantia immediatè effectivè concurreret.

252 Respondetur negando Sequelam. Ad cuius probationem distinguo Antecedens, essent causæ totales totalitate effectus, concedo Antecedens, totalitate causæ, nego Antecedens & Consequentiam. Quamvis enim intellectus, & species impressa sint causæ totales totalitate effectus, nimirum intellectionis, eo quod tota intellectio, cu sit indivisibilis tam intellectui, quæ speciei impressæ correspōdet; nō sunt tamen causæ totales totalitate causa, sed partiales. Et ratio est manifesta. Quia scilicet nec intellectus sine specie impressa, nec species impressa sine intellectu potest producere intellectionem. Quod autem idem numero effectus à duplice causa partiali procedat, non repugnat.

253 Ad secundum respondetur negando etiam Sequela. Ad cuius probationem concessio Antecedenti, distinguendum est Consequens, esset immidiatè operativa intentionaliter, concedo Consequentiam; physicè, nego Consequentiam. Ut enim loco citato diximus, nullum est inconveniens, quod substantia sit immediatè operativa intentionaliter: ex hoc enim non colligitur, quod substantia ab operatione specificetur, vel illi subordinetur, sed potius quod operatio subordinetur substan-

stantiae, & specificetur à substantia. Si autem physicè immediatè operaretur, subordinaretur operationi, ab eaque specificaretur, quod repugnat.

ARTICVLVS VI.

An ex intellectu & specie intelligibili fiat vnum per identitatem?

§. I.

Quibusdam suppositis, Conclusio stabilitur.

254 **S**upponendum est primum, ex intellectu, & specie intelligibili fieri aliqualiter vnum. Sicut enim habens naturam lapidis v. g. est naturaliter lapis, ita intellectus habens naturam ejusdem lapidis in esse representativo, non potest non esse lapis in talij esse. Difficultas autem est, An non solum in esse representativo, & intentionali fiat intellectus idem cum specie, sed etiam fiat vnum cum illa per identitatem?

255 Secundò supponendum est, in ipsa specie posse considerari duplex esse. naturale scilicet & intentionale. Certum est autem apud omnes intellectum non identificari cum specie secundum esse naturale & entitatibus speciei: sed est dubium an possit identificari cum ipsa secundum esse intelligibile, & intentionale?

256 Tertiò supponendum

est, speciem intelligibilem non esse idem realiter per identitatem cum objecto: quod licet non sit certum apud omnes; à nobis tamen ut certum judicatur. *Tum*, quia species est similitudo & imago objecti; similitudo autem, & imago non potest esse idem per identitatem cum eo, cuius est imago & similitudo, sicut signum non potest esse idem identicè cum signato. *Tum* etiam Nam quæ inter se realiter distinguuntur, non possunt identificari in uno tertio (altissimo Trinitatis Mysterio secluso) natura autem intellectus, & objecti realiter distinguuntur: unde non possunt realiter identificari in uno tertio. *Tum* denique. Quia effectus efficienter ab aliqua causa productus nequit cum tali causa identificari, alia idem (quod redngnat) posset à se ipso dependere; species autem intelligibles effectivè causantur ab objectis: cum ipsis ergo identificari non possunt. His ergo suppositis.

257 *Prima* sententia docet ex intellectu & specie intelligibili fieri vnum per identitatem. Quam tenent: PP. Complutenses hic Disput. 18. Quæst. 4. & PP. Salmant. Tom. 1. in 1. p. Tract. 3. de Scientia Dei. Disp. 2. Dub. 2. pro se referentes Capreolum Cajetanum, Ferrariensem, & alios. *Secunda*, & communis sententia est negativa, quam tuerit illustrissimus Godoy. Tomo 1. in 1. p. Disp. 22. §. 3. quam & nos libenter amplectimur.

258 Probatur primo ex

& quæst. 53. art. 1. ad 2. & quæst. 85. art. 2. ad 2. & alibi sepe.

D. Thoma in 1. dist. 35. quæst. 1. art. 1. ad 3. sic dicente: *Oportet quod hac species, que est intellectus in actu, persicat intellectum in potentia, ex quorum coniunctione efficitur unum perfectum, quod est intellectus in actu, sicut ex materia, & corpore efficitur unum, quod est huius habens operationes humanas. Vnde sicut Anima non est aliud ab homine; ita intellectum in actu non est aliud ab intellectu intelligenti actu, sed idem: non tamen ita quod species illæ fiat substantia intellectus, vel pars ejus, nisi formalis, sicut nec Anima sit corpus. Ex quibus verbis tale argumentum efformatur.*

Juxta Angelicum Praeceptorem, sicut ex Anima & corpore efficitur unus homo, ita ex specie & intellectu efficitur unum; sed ex Anima & corpore non sit unus homo per identitatem, sed tantum per compositionem: ergo nec ex specie & intellectu.

259 Probatur etiam ex verbis quæ citato loco immediate subiungit: *Si ergo (inquit) est aliquis intellectus, sicut divinus, qui ad nihil est in potentia, sed est totum actus, & semper in actu, iunc intellectum ab intellectu nullo modo differt re in eo, sed consideratione tantum. Ergo juxta mentem D. Thomæ ex solo intellectu divino, & re intellectu potest fieri unum per identitatem. Idem docet 3. contra Gent. cap. 51. & 1. part. quæst. 14. art. 2. in corpore;*

260 Secundò probatur Conclusio hac satis efficaciter ratione. Nam species impressa sive in esse entis, sive in esse intelligibili, realiter est distincta ab intellectu antequam illi vniatur: ergo etiam post unionem realiter ab illo distinguitur. Antecedens constat, si enim antequam intellectui vniatur, realiter ab intellectu non distinguatur, pro illo priori daretur intellectus, & non daretur: daretur quidem, ut supponitur: non datur vero; impossibile namque est, quod intellectus detur sine eo, quod ab illo realiter non distinguatur.

261 Consequentia autem, in qua est difficultas probatur primo, Nam quæ semel realiter sunt distincta, semper realiter distinguuntur, nisi unum totaliter in alterum convertatur; sed totalis conversio unius in alterum naturaliter implicat: ergo si species impressa realiter est distincta ab intellectu antequam illi vniatur, etiam post unionem realiter ab illo distinguatur.

262 Secundò probatur consequentia, Nam ne post illam unionem remanent prædicata essentialia constitutiva speciei impressæ, & intellectus. Vel non remanent? Si Primum asseratur ergo remanent etiam prædicata distinctiva, constitutiva enim & distinctivum idem sunt. Si dicatur vero secundum: ergo repugnat intellectio.

260. Patet Consequentia, Etenim non manentibus principijs, à quibus intellectio essentialiter dependet, repugnat intellectio; sed intellectio essentialiter ab specie impressa & intellectu dependet: ergo specie impressa, & intellectu non manentibus, intellectio repugnat.

263 Tertiò. Nam quæ possunt realiter separari, non possunt realiter non distingi; sed species intelligibilis potest realiter ab intellectu separari: ergo non potest ab illo realiter nos distinguiri. Major constat, Non enim minus in intelligibile est, quod idem à seipso realiter separatur, quam quod idem à seipso realiter producatur; sed idem nequit realiter à seipso produci: ergo idem à seipso nequit realiter separari. Minor autem non minus certa videtur. Intellectus enim naturaliter potest sine specie lapidis existere: ergo species lapidis potest ab intellectu separari.


264 Denique probatur Consequentia. Nam nō solum illud, quod educitur, sed etiā illud, quod coeducitur de potentia subjecti, à subjecto ipso distinguitur, quemadmodum non solum productum, sed etiam comproductum, realiter à causa producente distinguitur; sed Auctores contrariæ Sententiaz docēt speciem intelligibilem in esse entis de potentia intellectus educi, in esse verò intelligibili coeduci: ergo secundum utramque rationem debet realiter ab intellectu distingui.

265 Tertiò probatur Conclusion. Si ex intellectu & specie in-

telligibili fieri et vnum per identitatem, intellctus Beati identificatur cum Deo in tali esse; hoc repugnat: ergo & quod ex intellectu & specie intelligibili fiat vnum per identitatem. Major constat, Nam in Sententia omnium Thomistarum 1. p. quæst. 12. art. 2. essentia divina vnitur mentibus Beatorum per modum speciei impressæ: ergo si ex specie impressa & intellectu fieret vnu per identitatem, intellectus Beati idemviscaretur cum Deo in tali esse.

266 Minor autem non minus certa videtur. Ideo namque intellectus Beati non potest identificari cum Deo in esse entis, quia Deus in hoc esse est infinitus, & increatus, intellectus autem Beati creatus & finitus; sed Deus etiam in esse intelligibili increatus est, & infinitus: ergo repugnat quod intellectus Beati fiat vnu cū Deo in esse intelligibili.

267 Confirmatur, Impletat quod creatura in a iquo vero esse & reali sit Deus; sed si identificaretur cum illo inesse intelligibili, in aliquo vero esse, & reali esset Deus, siquidem esse intelligibile non est aliquid factum: ergo repugnat quod intellectus creatus fiat idem cum Deo, in esse intelligibili.



§. II.

Solvuntur Argumenta.

268 **A**RGVITVR primò ex Philosopho in hoc libro, textu 37. & 38. dicente Animam esse quodammodo omnia intelligibilia, & sensibilia, quia omnia potest cognoscere per sensum & intellectum; sed hoc verificari non potest, nisi intellectus fiat unum per identitatem cum re cognita: ergo, &c. Probatur Minor, Nam si non fieret unum per identitatem cum re cognita, res cognita tantum conveniret intellectui, vel per informationem, vel per inherentiam; sed hic modus convenienti non sufficit, vt intellectus dicatur fieri rem intellectam: ergo. Probatur Minor. Quia forma convenit materia per informationem, & calor convenit igni per inherientiam; & tamen, nec materia dicitur forma, nec ignis dicitur calor: ergo vt unum verè dicatur aliud fieri, non sufficit convenientia per informationem, nec per inherientiam.

269 Respondeatur concessa Majoore, negando Minorem. Ad eujus probationem concessa Majoore de specie creata (species enim increata informationem, vel inherientiam non exposcit) distinguo Minorem non sufficit, vt intellectus dicatur fieri rem intellectam idemcè, concedo Minorem, causaliter formaliter, nego Minorem, & Conse-

quentiam. Nam ut aliquid dicatur aliud quodammodo, sufficit convenientia per informationem, vel per inherientiam: siquidem ut ex Div. Thomas vidimus loco relato, ex i. Sent. *Anima non est aliud ab homine*, & consequenter Anima aliqualiter est homo; & tamen Anima non convenit per identitatem, sed tantum per informationem: unde ut aliquid quedammodo fiat aliud, non requiritur convenientia sū illo per identitatem, sed sufficit convenientia per informationem. Nec aliam convenientiam inteadit Div. Thomas inter intellectum, & rem intellectam, vt constat ex ejus verbis: *Sicut Anima (inquit) non est aliud ab homine, ita intellectum in actu non est aliud ab intellectu intelligenti actu, sed idem: non tamen ita quod species illa fiat substantia intellectus, vel pars ejus nisi formalis, sicut nec materia fit corpus.*

270 **A**RGVITVR secundò ex Commentatore in hoc 3. de Anima Commento 5. dicente, quod Ex intellectu, & intelligibili sit magis unum quā ex materia, & forma. Sed ex materia & forma sit vnu per compositionem: ergo ex intellectu, & intelligibili sit vnum per identitatem. Patet Consequentia. Non enim apparet quomodo aliter possit fieri magis vnum.

271 Respondeatur primò, negando in hoc Auctoritatē Averrois tamquam manifeste oppositam D. Thomae, vt constat ex ipso locis vbi supra relatis.

272 Secundū potest dici modum vniōnis speciei cum intellectu esse majorem quā ex materia & forma permīssivē, non tamen positivē, hoc est, quōd licet implicet dari vniōnem formæ cum materia per identitatem, non tamen repugnat intellectum per idemitatem vniiri cum specie, qualiter essentia divina per modum speciei cum intellectu divino per idemitatem vnitur: Et qualiter in Sententia asserente potentias Animæ realiter ab ipsa Anima non distingui (quod fortassis Averroës judicavit) & in Angelo seipsum per suam substantiam intelligente contingit. Cum enim substantia Angeli sit intelligens activē, quando seipsum cognoscit verificatur, quōd intellectum, & intelligens sunt idem: non tamen ita vt omnis species positivē exigat vniiri per identitatem cum intellectu.

273 Quæ Solutio desumitur, ex Div. Thoma loco citato, ex 1. Sentent. sic dicente: *Sciendum est ergo quod in omni intellectu aliquiliter est idem intelligens & intellectum & in quibusdam etiam aliquiliter differt. In aliis vero sunt omnino idem.* Juxta mentem igitur Div. Thomæ identitas speciei intelligibilis, sive rei intellectæ cum intellectu non positivē in omni intelligente requiritur, sed permīssivē tantum expōscitur.

274 Tertiū potest responde i dicendo Doctrinam Cōmentatoris veram esse si major illa vni-

tas non ex parte substractorum, sed ex parte formæ intelligatur: siquidem in hoc sensu eadem omnino forma est, nimis rūm species impreffsa qua intellectus constituitur proximè poterit intelligere, & qua res intellecta constituitur proximè potens intelligi. Et hoc modo explicat Commentatorem Ferrarensis, 1. contra Gent. cap. 44. Sic autem intellectum, & rem intellectam esse idem non negamus; sed quōd ex substracto vniusque, vt in secunda Solutione diximus, fiat vnum, quod percipere non valemus.

275 **A** R G VITVR tertio. Species in esse intelligibili altiori modo vnitur, quā forma naturalis in esse naturali, vt docet D. Thom. 1. p. q. 50. art. 2. ad 2. vbi: *Forma (inquit) intelligibilis est in intellectu secundum ipsam rationem forme;* Sed forma naturalis in esse physico vnitur informativē, aut inhæsi ē: ergo forma intentionalis in esse intelligibili vniiri debet idemtice.

276 Respondetur concessa Majore & Minore, negando Consequentiam, quæ minimè infertur ex Præmissis. Quōd epim altiori modo species in esse intelligibili vniatur cum intellectu, quā vniiri forma materiæ, vel subjecto in esse naturali, non probat debere vniiri per idemtitatem; nam potest vniiri per terminationem perficiendo, & complendo intellectum ad intelligendum, quin inhæreat, qualiter essentia divina vnitur intellectibus Beatorum.

277 Et quidem ex illo alteri modo vnionis idemtitatem intellectus cum re intellecta non inferri manifestè deducitur ex D. Thoma in 4. Sent. dist. 49. quest. 2. art. 1. ad 10. quod ita procedebat: *In rebus separatis à materia idem est intelligens & quod intelligitur, ut patet in 3. de Anima. Sed Deus est maximè à materia separatus: cum ergo in intellectus, qui est creatus, non possit ad hoc pertinere, ut fiat essent à in-creata, non poterit esse, quod intellectus Deum per essentiam videt.*

278 Cui Argumento respondens, posquam dixit, quod quando substantia separata intelligit se, quod omnino idem est intelligens, & intellectum, hæc subjungit: Secundum autem quod intelligit res alias, intellectum in actu sit unum cum intellectu in actu, in quantum forma intellecti sit forma intellectus in quantum est intellectus in actu, non quod sit ipsam esse invenientia intellectus, ut Avicena probat in 6. de Naturalibus, quia essentia intellectus manet una subduabus formis secundum quod intelligit res duas successivè ad modum, quo materia prima manet, una sub diversis formis. Vnde etiam Commentator in 3. de Anima comparat intellectum possibilem quantum ad hoc materiae prima: & sic nullo modo sequitur, quod intellectus noster videns Deum, fiat ipsa essentia divina, sed quod ipsa essentia divina comparatur

ad ipsum quasi perfectio & forma. Ergo juxta Angelicum Præceptorem ex illo alteri modo, quo species cù intellectu vnitur, idemtitas illius cum intellectu non infertur.

279 **A**RGVITVR quartu. Si species secundum se non peteret vniiri per idemtitatem, peteret vniiri per informationem; sed species secundum se non petit vniiri per informationem: ergo petit vniiri per identitatem. Probatur Minor. Si species secundum se peteret vniiri per informationem, nil posset vniiri per modum speciei, nisi informaret; loc autem est falsum, vt constat in essentia divina per modum speciei mentibus Beatorum vnitæ, & in essentia Angelorum quando seipsum intelligit: ergo species secundum se non petit vniiri per informationem.

280 Confirmatur. Nam cum objectum sit principium specificativum intellectionis, si non idemtificaretur cum intellectu, nunquam intellectus esset principium sufficiens & proximè potens ad intellectionem, hoc autem non est dicendum: ergo objectum media specie identificatur cum intellectu.

281 Respondetur ad Argumentum negando Majorem, remanet enim alter modus vnionis, per modum scilicet objectivè determinantis intellectum absque informatione, vel identitate, qualiter species potest vniiri; quamvis si

fit accidentis, postulet ut accidentis inhærere.

282 Ad Confirmationem dicendum est, quod cum species & intellectus concurrant ad intellectionem ut causæ partiales, quælibet in suo ordine est adæquata, & habet quidquid ad eliciendam intellectionem exposcit, invicem se coadjuvando, taliter quod intellectus adjuvet speciem ad vitalitatem actus, species vero adjuvet intellectum ad atomam determinationem objecti.

283 **A**RGVITVR quinto. Intelligens lapidem habet in se quidditatem lapidis: ergo intelligendo lapidem fit identice in esse intelligibili lapis. Probatur Consequentia. Quod enim in esse naturali habet quidditatem hominis, vel lapidis fit identice homo, vel lapis: ergo pariter habens in esse intelligibili quidditatem lapidis, fit identice in esse intelligibili lapis.

284 Respondetur concessio Antecedenti, negando Consequentiam. Ad cujus probationem concedendum est etiam Antecedens, & neganda Consequentia. Ratio autem disparitatis est. Nam homo in concreto idem est realiter, & substantialiter, ac habens hominis quidditatem: & ideo per identitatem de illo prædicatur. Quiditas autem hominis, propter in specie intelligibili continetur, substantialiter, & per identitatem intellectui non communicatur, sed accidentaliter tantum, & per re-

lem objectivam determinationem: ac proinde non prædicatur per identitatem homo in esse intelligibili de intellectu habente in se formam, in qua intelligibiliter continentur.

285 Et instatur. Si enim de intelligente hominem prædicatur esse identice hominem, de intelligente etiam quidditatem hominis in abstracto prædicabitur esse identice non hominem in concreto, sed humanitatem in abstracto: & tamen de habente quidditatem hominis non prædicatur identice humanitas, hæc enim prædicatio est falsa: *Homo est humanitas*, si-*cum ista: Animal est animalitas*: ergo tenentur Adversarij concedere maximum discrimen inter utrumque genus: ac proinde ex uno ad aliud non posse efficaciter argui.

286 Dices: Ergo non aliter actu intelligens est intellectum in actu, quam actu volens est volitum in actu; Consequens autem est falsum, & contra communem Sententiam Metaphysicorum, & Theologorum hoc discrimen Inter voluntatem, & intellectum adiutuentium, quod nimirum intellectus fit res intellecta, voluntas autem non fit res volita: ergo falsa est doctrina hucusque tradita. Probatur prima Consequentia. Quis juxta traditam doctrinam, Eatenus intelligens in actu dicitur intellectum in actu, quatenus ab eadem forma, nempè specie intelligibili constituitur in-
tel-


tellectus , vt actu intelligat , & ob-
jectum , vt actu intelligatur ; sed
etiam ab eadem bonitate appre-
hensa constituitur voluntas in actu
ad volendum , & objectum in actu
vt terminet volitionem : ergo juxta
nostram doctrinam non aliter actu
intelligens est intellectum in actu ,
quam actu volens est volitum in
actu .

287 Respondetur negan-
do Consequentiam . Ad cujus pro-
bationem concessa Majori , negan-
da est Minor , Bonitas enim appre-
hensa non constituit voluntatem in
actu , nec cum illa efficienter con-
currerit ad volitionem , sed solum
objectivè determinat ad volendum ,
& terminat volitionem , apprehe-
nsione bonitatis ut conditione tan-
tum se habente .

288 Sed vrgebis . Probabilis
est Sententia Cajetani docentis bo-
num apprehensum effectivè con-
currere ad volitionem , sicut objec-
tum contentum in specie ad cogni-
tionem effectivè concurrit : ergo

juxta hanc Sententiam nulla dispa-
ritas assignatur .

289 Respondetur conceden-
do Consequentiam . Præcipuum
namque discrimen inter intellec-
tum & voluntatem non consistit
in hoc , quod objectum intellectus
effectivè concurrat ad intellectio-
nem , objectum verò voluntatis ef-
fectivè ad volitionem non concurrat ,
sed in hoc , quod intellectus con-
stitutus in actu per objectum media
specie intelligit trahendo ad se ob-
jectum , & producendo verbum
simile objecto ; voluntas autem nec
objectum ad se trahit , nec termi-
num simile objecto producit , sed
per modum tantum ponderis , &
inclinationis fertur in locum pro-
pt extra ipsam voluntatem existit .
Quare licet intellectus nō fiat idem
per identitatem cum re intellecta ,
semper verificatur , quod aliquo-
modò fit idem , quod de vo-
luntate non potest veri-
ficari cum te
volita .





QVÆSTIO V.

DE INTELLECTIONE.

ARTICULUS I.

An Intellectionis sit vera actio de Prædicamento actionis, an vero sit quedam qualitas?

s. I.

Relatis Sententijs, due Conclusio-
nes statuuntur.

290 **I**n hac Difficultate **P**rima Sententia docet intellectionem non pertinere ad Prædicamentum actionis, sed esse in genere qualitatis: asserit tandem, nec realiter entitativè, nec formaliter realiter distingui à verbo mentis, sed esse unam prorsus, & eamdem cum illo qualitatem. Sic Suarez, Vazquez, & alij. **S**eunda asserit esse veram actionem de Prædicamento actionis, ac proinde realiter entitativè distingui à verbo, seu specie expressa, quam producit, quam tenent Coimbrenses, & alij; **T**ertia, existimat intellectionem consistere in aggregato ex intellectione, & verbo. Hanc defendit Petrus Hurtado, Disp. 6. de Anima,

sect. 1. *Quarta* docet inter intellectum, & verbum dari duas actiones ex aequo distinctas, & invicem se realiter excludentes: quarum una est sola productio verbi, quæ appellatur *Dictio*, & alia quæ est sola illius contemplatio, & dicitur *Intellectionis*. Sic Ferrara, 4. contra Gentil. cap. 13. & alij: quod etiam spectat Sententia illorum, qui putant *Dictiōnēm* nihil aliud esse, quam productionem Intellectionis & intellectionem consistere in verbo, ac tandem utrumque inter se formaliter, sive ex natura rei distinguiri, ut docet Scotus & alij, quos hic referunt PP. Complutens. Disp. 21. quest. 4. Sit ergo.

291 **P**rima Conclusio. Intellectionis non est actio pertinens ad Prædicamentum actionis, sed est quedam qualitas, quæ communiter dicitur operatio directè pertinens ad Prædicamentum qualitatis. Probatur primo, ex Div. Tho-

ma

ma Opuscul. 47. cap. 7. sic dicente: *Intelligere, & sentire sunt actiones immanentes, quia dicunt actum intelligendi, vel sentiendi, esse actu in intelligentie, vel sentiente: haec autem actio immanens non est directe in Predicamento actionis.*

292 Secundò probatur ratione. Nam actio de prædicamento actionis essentialiter est fieri, & actus imperfectus taliter afficiens subjectum, quod relinquat illud in potentia ad ulteriore terminum; sed intellectio non est hujusmodi: ergo intellectio non est actio pertinens ad Prædicamentum actionis. Major probatur primò ex D. Thoma in 1. dist. 8. quast. 4. artic. 3. per hæc verba: *Dicendum, quod actio secundum quod est Prædicamentum dicit aliquid fluens ab agente, & cum motu: ergo juxta D. Thomam actio prædicamentalis non solum dieit rationem egressus à principio, quod est fluere, sed etiam quod talis egressus sit cum motu, hoc est viialis, & acquisitio ulterioris termini producendi, ad quem relinquit subjectum essentialiter in potentia. Secundò. Nam actio prædicamentalis dicitur respectivè ad passionem; sed passio essentialiter consistit in quadam viiali subjectiva acquisitione ulterioris termini prout ab agente: ergo actio prædicamentalis essentialiter dicit activum influxum vialem, vel ipsam actualem, & exercitam productionem ulterioris termini.*

293 Minor autem probatur primò, ex eodem Angelico Præceptore in 4. dist. 17. quast. 1. artic. 5. quæstiunc. 3. ad 1. vbi de intellectione, & sensatione loquens, hæc habet: *Alius motus est actus perfecti, qui magis operatio dicitur, qui non expectat aliiquid in futurum ad complementum sue speciei. Ergo juxta Div. Thomam intellectio est actus perfecti non expectans aliiquid in futurum. Sed si esset actio taliter afficiens intellectum, quod nullum essentialiter in potentia ad ulteriore terminum relinquaret, actus perfecti non esset, sed aliiquid in futurum ad suæ speciei cōplementum expectaret: ergo intellectio non relinquit intellectum in potentia ad ulteriore terminum.*

294 Minor subsumpta probatur. Actus enim perfecti est actus ejus, cui nihil deest, quod illi in aliquo genere debeatur; sed si intellectus in suo genere & linea, adhuc ut actuatus per intellectionem, esset essentialiter in potentia ad ulteriore terminum, aliiquid illi deesset, nempe terminus pro altero posteriori producēdus: Quemadmodū quia subjectum per calefactionem relinquat in potentia ad calorem, nequit calefactio esse actus perfecti, sed imperfecti, ut potè ulterius perfectibilis per calorem: ergo si intellectio taliter intellectum actuaret, quod illum essentialiter in potentia ad ulteriore terminum

relinqueret, actus perfecti omnino esse non posset.

295 Secundò probatur Minor. Nam si intellectio esset actus vitalis, imperfetus, & relinquentis intellectum in potentia ad ulteriore terminum, tali termino acquisito, prorsus cessaret intellectio, quemadmodum ob hanc causam, acquisito calore, cessat cælesatio; sed adhuc productio termino per intellectum, non cessat intellectio, posita quippe specie expressa, quæ est terminus intellectus, non modo non cessat intellectio, immo perfectior manet: ergo intellectio non est essentialiter actio, vel productio.

296 Confirmatur primò. Nam actio prædicamentalis taliter producit terminum, quod propter illum sit, ut propter finem; sed intellectio, quando producit verbum non est propter verbum, sed prius verbum est propter intellectum, siquidem intellectui deservit verbum, verbo autem intellectus non deservit: ergo intellectio non est actio prædicamentalis.

297 Confirmatur secundò. Si intellectio esset actio pertinens ad Prædicamentum actionis, & essentialiter productiva termini, intellectio repugnaret, quæ terminum non produceret; hoc autem est falsum, & contra communem Sententiam Thomistarum, i. part. quæst. 12. docentium Beatos per visionem Dei, quæ est intellectio, non producere terminum,

sive visionem: ergo intellectio non est essentialiter productiva; ac proinde, nec actio pertinens ad Prædicamentum actionis. Ex quibus infertur pertinere ad Prædicamentum qualitatis, ad primam scilicet ejus speciem, quæ dicitur Dispositio: secluso namque Prædicamento actionis, ut seclusum manet, nullum est aliud designabile, ad quod possit directè pertinere.

298 Secunda Conclusio. Intellectio, quamvis comparativè ad actionem prædicamentalem possit dici actio grammaticaliter, verè tamen, & propriè est actio, & operatio. Conclusio hæc quoad primam partem probatione non indiget, nihil enim aliud continet, quam quod intellectio non est actio propriè, & directè pertinens ad Prædicamentum actionis, quod probatum præcedenti Conclusione relinquitur. Quæd secundam vero docetur à Div. Thoma quæst. 8. de verit. artic. 6. & in q. dist. 17. quæst. 1. articul. 5. quæstiunc. 3. ad 1.

299 Deinde probatur ratione. Intellectus enim est potentia vitalis, & non merè passiva, sed verè, & propriè activa & operativa: ergo ejus actus verè & propriè est actio, & operatio. Sed actus intellectus est intellectio: ergo intellectio verè, & propriè est operatio.

300 Confirmatur Primò, Nam Beatitudo consistit in operatione, ut communiter docent Theolo-

logi cum D. Thoma i. 2. quest. 3.
sed illa operatio est intellectio; vt
ibidem probat S. Doctor: ergo in-
tellectio est vera operatio.

301 Confirmatur secundò.
Vita enim actualis est vera actio;
sed intellectio est vita actualis, jux-
ta illud Joan. 17. *Hac est vita eter-
na, ut cognoscas te:* ergo intellec-
tio est vera actio aut operatio.

§. II.
Solvuntur Argumenta.

303 **A**RGVITVR primò
contra primam Cö-
clusionem ex Philosoph. 10. Ethic.
cap. 3. dicente: *Neque enim opera-
tiones virtutis sunt qualitatis: ne-
que felicitas ipsa.* Sed juxta eumdē
Philosophum ibidem cap. 7. felici-
tas est actus intellectus, vel intel-
lectio: ergo ex mente Philosophi
intellectio non est qualitas; ac
proinde erit actio pertinens ad
Prædicamentum actionis.

303 Respondetur Philosophum iu primo loco non fuisse ex
propria mente locorum, vt docet
ibidē D. Thomas lect. 3. sed sol-
vendo quasdā rationes Platonicorū
contra Eudoxium afferentem dele-
tationem esse de genere bonorum:
quarum vna hæc erat: Bonum per-
tinet ad genus qualitati; sed dele-
tatio non est qualitas: ergo dele-
tatio non est bonum. Quā rationē
solvit Philosophus permittens (quā-
vis hoc falsum reputaverit) dele-
tationem non esse qualitatem. Ex
hoc tamen minimè inferri docet

non esse bonū: bonum enim non so-
lū ad genus qualitatis adstringitur,
sed per alia etiā genera divagatur.

304 **A**RGVITVR secundò.

Actio vera & pro-
pria dividitur in actionem imma-
nentem. & transuuentem: ergo utra-
que pertinet ad Prædicamentum
actionis. Probatur Consequentia,
Nam membra dividentia verè &
proprie participant rationem divi-
si; sed divisum est actio de Prædi-
camento actionis, sicut substantia
creata de Prædicamento substan-
tiæ, & qualitas de Prædicamento
qualitatis respectu substantiæ cor-
poræ & spiritualis, & respectu
diversarum specierum qualitatis:
ergo sicut diversæ substantiæ per-
tinenti ad Prædicamentum substan-
tiæ, & diversæ qualitates ad Præ-
dicamentum qualitatis, ita diversæ
actiones pertinent ad Prædicamen-
tum actionis.

305 Responderetur con-
cesso Antecedenti, negando Con-
sequentiam. Ad probationem con-
cessa Majore, neganda est Minor.
Divisum enim est ratio communis
analogia ad actionem transuuentem
& immanentem, & sola actio
transiens constituit Prædicamen-
tum actionis, siquidem sola illa
identificatur cum motu, & est ve-
rum fieri inferens passionem, non
verò actio immanens, hæc enim est
actus perfecti, vt dictum est. Ra-
tio verò substantiæ & qualitatis est
omnino vna; ac per consequens
substantia, & qualitas in sua com-
muniſimā acceptione Prædicamen-
tum

menta constituunt: quod non potest de actione immanente & transseunte ut sic verificari, eò quod vialitas, potentiatas, & strictum fieri termini producti, quæ ad rationem Prædicamenti actionis exi-guntur, actioni tantum transseun-ti, non autem immanentí conve-niunt.

306

ARGVITVR tertid. Si intellectio nō es-set actio de Prædicamento actionis, non esse fieri, sed terminus productus; hoc autem non potest dici: ergo &c. Major videtur cer-ta. Ileō namque probabimus non posse ad Prædicamentum actionis pertinere, quia illi non con-venit essentialiter fieri. Minor au-tem probatur. Nam fieri per quod produceretur ille terminus, vel eset intellectio, vel non? hoc secundum non potest asseri, est enim actus intellectus, qui aliud esse nequit, quam intellectio. Si vero dicatur primum: Ergo intel-lectio essentialiter est fieri produc-tivum termini à se distincti; ac per consequens pertinet ad Prædi-camentum actionis. Ulterius. Nam vel intellectio est fieri, vel factum est? Si primum, habetur inten-tum. Si secundum: Ergo requirit aliud fieri, nimirum aliam intel-lectionem: & idem de facto esse al-terius intellectio inquiretur, & sic in infinitum. Si autem sit fieri essentialiter productivum termini, erit actio cum motu fluenter ergo ne-cessarij debet admitti intellectio pertinens ad Prædicamentū actionis.

307 Respondetur ne-gando Antecedens, Intellectio enim propter sui eminentiam & perfectiōnem utramque rationem amplectitur: & ideo si nūl habet fieri & factum esse. Quemadmodūm actio transiens, ut fluat ab agente, altera actione non indiget, siquidē ipsa est fluxus & egredio sui ip-sius. Pariter in praesenti discur-rimus, quoties intellectio alium terminum non producit, quia ipsa est fieri & factum esse. Hoc tamen amplius Articulo sequenti consta-bit.

308

ARGVITVR quar-tò. Ad Actionem de Prædicamento actionis tantum requiritur, quod sit vera causalitatas agentis, & verum fieri termini, sive effectus ab ipso agente product; sed intellectio est vera causalitas intellectus, & verum fieri verbi ab ipso intellectu pro-ducti: ergo est vera actio perti-nens ad Prædicamentum actionis.

309 Respondetur distin-guendo Majorem, est verum fieri-viale, potentiale, cum motu, con-cedo Majorem, sine motu, nego Majorem, & distinguo Minorem, est vera causalitas sine motu, con-cedo Minorem, cum motu, nego Minorem & Consequentiam. Ad actionem enim prædicamentalem (ut ex D. Thoma vidimus) requiri-tur aliquid in futurum expecta-re, hoc est taliter esse viam & flu-xum, quod relinquat subjectum in potentia ad ulteriore terminum realiter ab actione distin-ctum,

ctum , & necessariò ab illa produc-
tum . Cùm autem intellectio sit
actus perfecti , omnino actus ,
non identificatus cum motu , nec
potentialis , sc̄ proinde nec esse-
ntialiter ordinatus ad productio-
nem termini à se distincti ; con-
sequens est , quod licet sit eminentia-
liter fieri productivum termini ,
non sit tamen actio pertinens ad
Prædicamentum actionis .

310 Sed contra hanc
Solutionem obſicies primò . Ratio
formalis motus non est essentiali-
ter constitutiva actionis p̄ædica-
mentaloris , sed ratio tantum egrē-
ſionis & originis ab agente cum
vera productione termini realiter
ab ipso agente distincti ; sed in-
tellectio est egressio & origo ab
intellectu , & vera productio ter-
mini realiter ab ipso distincti : ergo
ex eo , quod intellectio careat
formalitate motus , non debet à
Prædicamento actionis excludi .

311 Secundo . Nam actio
inferens passionem , est actio p̄æ-
dicamentalis ; sed intellectio in-
fert passionem , physicè namque in
intellectu recipitur , & actus appeti-
tivi , etiā sint immanentes , dicun-
tur tamen per Antoniū masiam pa-
ſiones : ergo omnis actio imma-
nens pertinet ad Prædicamentum
actionis .

312 Tertiò , Quia mo-
tus convenit cum proprietate mu-
tationi instantaneæ ; sed intellectio
non minus est mutatio instantanea
intellectus , per quam tran-
ſit de non intelligente in actu ad

esse actu intelligentem , quam illu-
minatio est mutatio instantanea
subjecti de non lucido in actu ad
esse actu lucidum transiuntis :
quamvis igitur ratio motus ad
actionem Prædicamentalem exi-
gatur , immerito intellectio à Præ-
dicamento actionis excluditur .

213 Respondeatur Ad
primam objectionem distinguen-
do Majorem , ratio formalis mo-
tus importata pro formalis , conce-
do Majorem , pro materiali &
identicè , nego Majorem , & di-
stinguo Minorem , est egressio
importans identicè motum , nego
Minorem , motum identicè non
importans , concedo Minorem , &
nego Consequentiam . Quamvis
enim ratio formalis actionis per
rationem formalem motus non
constituatur ; motum tamen essen-
tialiter p̄æsupponit . Cùm autem
in intellectione , motus , etiam
p̄æsuppositivè vel identicè , non
detur ; ideo intellectiō ratio
actionis p̄ædicamentalis dene-
gatur .

314 Ad secundam di-
cendum est intellectum non in-
forre passionem p̄ædicamenta-
lem , quamvis in intellectu reci-
piatur : ad hoc enim requiritur ,
quod talis passio sit quæ iam actua-
litas imperfecta , potentialis , &
vialis ordinata ad distinctum ter-
minum , quem causat : defectu
cujus receptio formæ in materia
non infert passionem p̄ædica-
mentalem . Cùm autem intellectio , ut se p̄ædiximus , non sit actus
via-

vialis, sed perfectus cum sit ultima actualitas in linea intelligendi, sicut existentia est ultima actualitas essendi, hinc est, quod nec illius receptione est passio praedicamentalis, nec illius egressio pertinet ad Prædicamentum actionis. Ad illud vero, quod dicitur de aliis appetitivis, qui dicuntur per Antonianam passiones, respondetur dici passiones non formaliter, sed causaliter, quatenus scilicet in alijs potentij motus & alterationes causant & inducunt.

315 Ad tertiam dicendum est, rationem motus convenire mutationi instantaneæ per actionem transiuntem inducere, qualis est illuminatio: hæc enim causat terminum à se distinctum, nempe lucem, & relinquit subiectum in potentia; mutationi vero instantaneæ permanenti, qualis est intellectio, minimè convenire, eò quod intellectio non est forma vialis, qualis est illuminatio.

ARTICVLVS II.

Verum omnis intellectus creata producat verbum?

g. I.

Quibusdam suppositis, Conclusio stabilitur.

316 **I**N præsenti Difficultate non loquimur de intellectione divina: nam cer-

tum de fide est per illam Verbum consubstantiale Patri produci: sed tantum loquimur de intellectione creativa sive ab Angelo, sive ab homine elivata. An sci ict per quamcumque hujusmodi cognitionum verbum producatur?

317 Supponendum est autem primò per aliquam intellectionem creatam uerbum produci. *Tum*, quia intellectio est actio, ut supra diximus: ergo aliqua debet producere terminum, qui n'il aliud est, quam species expressa, sive verbum. *Tum* etiam, quia objectum non semper in actu secundo intelligibiliter unitur intellectui; atqui ratione verbi constituitur sic intelligibiliter unitum: ergo aliquando saltem verbi productio exposcitur.

318 Secundò supponendum est verbum realiter ab intellectione distingui. *Tum*, quia verbum est actualis repræsentatio objecti, quod intellectioni non convenit. *Tum* etiam quia inter producens & productum realis distinctione datur; sed verbum realiter ab intellectione producitur: ergo realiter ab illa distinguitur. His ergo suppositis.

319 Nostra Conclusio est, Per intellectionem creatam, quæ est Visio beatifica, nullum produci verbum, produci vero per quamcumque alteram creatam intellectionem. Conclusio hæc quod primam partem est omnium Thomistarum cum suo Angelico Preceptore 1. p. quest. 12. art. 2. Et

Et probatur ratione ex ipso de-
sumpta. Nam species impressa
(& idem de expressa dicendum
est) debet esse ejusdem immate-
rialitatis specificæ cum objecto,
quod repræsentat; sed nihil potest
creatum dari, quod specificè cum
Deo, adhuc inesse repræsentativo
conveniat, Deus enim, etiam in
esse repræsentativo est infinitus:
ergo repugnat intellectum crea-
tum in visione beatifica producere
speciem expressam sive verbum.
Videantur Theologi Thomistæ
loco citato.

420 Quoad secundam
partem probatur etiam Conclusio.
Nam si alias intellections non
producerent verbum, sequeretur,
quod aliquod objectum creatum,
quantum est ex se, semper esset in
actu secundo intellectum; hoc
autem non potest dici: ergo nec
per alias intellections verbum
non produci. Minor constat, Quia
filius Dei propter maximam ejus
perfectionem & immaterialitatem
est proprium, quod quicunq[ue] est ex
se, non solum à seipso, sed etiam
a creature in actu secundo intelli-
gatur.

421 Major vero ostendit
primo. Quia objectum crea-
tum redditur in actu secundo pas-
sive intellectum ratione verbi,
quod est ultima actualitas in ge-
nere intelligibili passivo: ergo si
per intellectionem creatam non
produceretur verbum, objectum
creatum quantum est ex se esset
in actu secundo intellectum.

Secundi probatur Major. Ideò
namque materia prima & forma
substantialis, quantum est ex se,
semper sunt in actu secundo vni-
tæ, quia secum identificant vno-
nem, ut diximus i. Physic.
Qvæst. 6. Art. i. eo igitur ip-
so, quod per nullam intellectio-
nem creatam produceretur ver-
bum, sed objectum identificaret
ipsum, objectum creatum, quan-
tum est ex se, semper esset in actu
secundo intellectum.

322 Confirmatur & vr-
geatur hæc Ratio. Nam si objectum
creaturn identificaret verbum, &
esset quatenus est ex se in actu se-
cundo intellectum esset simpliciter
infinitum; hoc repugnat: ergo &
illud. Probatur Sequela. Identi-
ficans enim secum perfectionem
simpliciter simplicem, est simpli-
citer infinitum; sed idem significaret
perfectionem simpliciter simpli-
cem: ergo esset simpliciter infini-
tum. Probatur Minor. Nam per-
fetto, quæ reperitur in Deo; est
simpliciter simplex; sed esse in actu
secundo intellectum re-
peritur in Deo;
ergo &c.



q. II.

Solvuntur Argumenta.

323 **A**RGVITVR primò contra primam partem Conclusionis ex D. Toma 1. p. quæst. 27. art. 1. in corpore sic dicente. *Quicumque intelligit, ex hoc ipsa, quod intelligit, procedit aliquid intra ipsum: sed hoc, quod procedit, est verbum, ut docet ibidem S. Doctor: ergo sentit nullam esse intellectualem, quæ verbum non producat.*

324 Respondetur, signum illud universale *Quicumque* dupliciter sumi posse; vel completem & pro singulis generum, vel incompletè & pro generibus singulorum. Divus ergo Thomas non sumit illud signum *Quicumque* completem, sed incompletè. Ex hoc autem non infertur, quod quæcumque intellectu creatuæ producat verbum, sed quod nullus sit intellectus, quod per aliquam intellectualem verbum non producat. Quemadmodum quando dicitur: *Omne Animal fuit in arca Noë,* non est sensus quod omnia individua Animalium ibi fuerint, sed quod nulla sit species Animalis, cuius ibi aliquod non fuerit individuum.

325 Sed contra hanc Solutionem replicat. Illud signum *Quicumque* debet distribuere completem: ergo nulla est assignata Solutio. Probatur Antecedens.

Nam citato loco D. Thomas probare intendit in divinis dari Verbum; sed si illud signum *Quicumque* completem non distribuit, hoc non probat: ergo. Probatur Minor, Vnus enim ex defectibz Syllogismorum est, quando Medium non est completem distribu um. Quarè (ut ipso exemplo, quod in Solutione adducitur, vt amur) haec est mala Consequentia: *Omne Animal fuit in Arca Noë; sed Petrus est Animal: ergo Petrus fuit in Arca Noë: ergo si illud signum *Quicumque* completem non distribuit, Angelicus Praeceptor nihil probat.*

326 Respondetur Illustrationem D. Thomæ non esse à priori, nec demonstrativam; eo quod dari Verbum divinum est supernaturalis & Catholica veritas; quod autem super naturale est, ratione naturali & à priori convinci & demonstrari non potest, alias supernatural non esset. Et ergo quædam tantum probabilis ratio & congruentia, in qua tamen defectus non committitur, qui in Replica designatur.

327 Ratio est, Quia ut communiter in Summulis docetur, Tunc committitur defectus Medij non completem distributi, quando infertur pro Conclusione aliqua Propositio determinata & singularis: & ideo Conclusio in Objectione adducta non est bona. Quando verò pro Conclusione non Propositio singularis, sed particularis, & indistincta infertur, defectus non

committitur: tunc enim infertur Cœclusio juxta propriam distributionem illius signi, scilicet non pro singulis generum, sed pro generibus singulorum. Vnde quamvis incompletè distributatur Medium, hæc est optima Consequen ia: *Omne animal fuit in Arca Noë sed homo est Animal: ergo aliquis homo fuit in Arca Noë.*

328 Igitur D. Thomas ex eo, quod homo & Angelus per suas intellectiones producent verbum, non deduci Propositionem singularem, sed tantum particularem, hanc nimirum: Ergo Deus per aliquam sui intellectionem producit Verbum: quæ quidem Propositio verè est particularis, non autem singularis. Quamvis enim in Deo unica tantum sit infinita & indivisibilis intellectio, ipsa tamen solum est productiva Verbi divini ut modificata Relatione Paternitatis, non vero ut modificata Relatione Filiationis, & Spirationis.

329 **A**RGVITVR secundū dō contra eamdem primam partem. Omnis actio, quæ est verè & propriè talis, debet producere aliquem effectum; sed Visio beatifica est verè & proprie actio: ergo debet producere aliquem effectum. Sed hic effectus est verbum: ergo per visionem beatam producitur verbum.

330 Respondetur distinguendo Majorem. Omnis actio transiens & ad Prædicamentum actionis pertinens debet producere esse-

Etum, concedo Majorem, omnis actio immanens, & ad Prædicamentum qualitatis pertinens, subdistinguo Majorem, si sit capacitas ex parte objecti, concedo Majorem, si non sit, nego Majorem, & concessa Minore, nego Consequentiam. Nam actio immanens pertinens ad Prædicamentum qualitatis non producit effatum, nisi sint ex parte objecti capacitas; In Visione autem beatifica non datur capacitas ex parte objecti (quod est Deus) ut per verbum productum quidditatè representetur, ob rationem superioris assignatam; quia nihil creatum potest cum Deo in eodem specifico immaterialitatis gradu convenire; verbum autem cum objecto, quod representat, hanc convenientiam expicit. Præterquamquod tale verbum omnino superfluit: hoc enim tantum requiritur, quam objectum non identificat ultimam actualitatem in linea intelligibilitatis passivæ, qualiter identificatur in Deo.

331 **A**RGVITVR tertidū contra secundam partem Conclusionis. Aliqua sunt objecta creata, ut substantia Angeli, & Anima rationalis, quæ cùm spiritualia sint, sufficieenter proportionata sunt, saltem respectu propriorum intellectuum, ut in actu secundo intelligantur: ergo aliquæ dantur intellectiones distinctæ à Visione beatifica, quæ verbum non producant.

332 Confirmatur. Ut An-

Angelus suam substantiam intelligat, non requiritur species impressa realiter superaddita, se namque ipsum intelligit per propriam substantiam gerentem manus speciei impressae, ut docet D. Thom. 1. p. quest. 56. art. 1. ergo pariter ut Angelus seipsum intelligat, non requiritur species expressa, sive verbum. Probatur Consequentia, Tum à paritate rationis. Tum etiam, Quia ideo probavimus intelligere species expressa sive verbo, quia talis species est perfectio simpliciter simplex, quam si identificaret intellectus creatus, evaderet infinitus; sed etiam species impressa est perfectio simpliciter simplex, quin ex eo, quod cum substantia Angeli identificetur, prædictū inconveniens inferatur: idem ergo dicendum est de species expressa sive verbo.

333 Respondeatur ad Argumentum distinguendo Antecedens, sufficienter proportionata sunt physicè & in esse entis, concedo Antecedens, intentionaliter nego Antecedens & Consequentiam. Licet enim Angelus, & Anima rationalis sufficienter proportionantur cum proprijs intellectibus physicè in esse entis, eò quod physice conjugantur, hæc tamen proportio non sufficit ut in actu secundo intelligentur, ad hoc quippe necessariò requiritur unio intentionalis per speciem impressam per modum actus primi, & per expressam per modum actus secundi intelligibiliter valet.

334 Ad Confirmatio-

nem responderetur concessso Antecedenti negando Consequentiam. Ad cujus probationem distinguo Majorera, quia est perfectio simpliciter simplex utrumque, nego Majorem, quia est perfectio simpliciter simplex dicens ultimam actualitatem in illa perfecta linea, concedo Minorem, & distinguo Minorem, est perfectio simpliciter simplex pertinens ad lineam actus primi, concedo Minorem, ad lineam ultimæ actualitatis, nego Minorem & Consequentiam. Non enim ideo præcise probavimus objectum creatum non posse idemtificare speciem expressam sive verbum, quia species expressa est perfectio simpliciter simplex, sed quia dicit ultimam actualitatem, quam nulla creatura potest secum idemtificare absque eo, quod sit infinita & actus purus. Ex eo autem quod aliquod objectum, nempe substantia Angeli identificat speciem impressam, non sequitur hoc absurdum: species enim impressa non est ultima actualitas, sed pertinet ad lineam actus primi, ex cuius identificatione cum objecto, cui convenit, infinitas non infertur.

335 Dices: ideo Deus identificat secum non solum speciem impressam, sed expressam, quia est immaterialis; sed etiam Angelus est immaterialis: ergo idemtificat non solum speciem impressam, sed expressam; & consequenter nullo indiget verbo producio ut se cognoscat.

Ref-

336 Respondeatur distin-
gendo Majorem quia est præ-
cisè immaterialis , nego Maiores ,
quia est immaterialis omnem pro-
fus potentialitatem excludens con-
cedo Majorem , & distinguo Mi-
norem , est immaterialis per ex-
clusionem materie physice , con-
cedo Minorem , per exclusionem
materie metaphysicæ , vel poten-
tialitatis , nego Min. & Conseq. Ex
eo namque quod Angelus sit im-
materialis per exclusionem mate-
riæ physice tantum infertur , quod
identificet secum speciem impres-
sam , & sit in actu primo intelligi-
bilis , non vero quod speciem etiam
expressam idem faciat , & quod in
actu secundo intelligatur : ad hoc
enim requiritur immaterialitas om-
nem profus potentialitatem ex-
cludens , quæ nulli potest compe-
tere creaturæ.

ARTICVLVS II.

*Virum intellectus possit intellige-
re plura per modum
plurium?*

§. I.

Statuitur negativa Conclusio.

337 **N**O STRA Conclusio
est intellectum non
posse cognoscere plura per mo-
dum plurium. Conclusio haec de-
sumitur , ex Philosopho 2. Topic.
cap.4.dicente: *Contingit plura sci-
re , non autem cogitare , seu intelli-
gere.* Illamque expressè tradit D.

Thomas Quodlib. 7. artic. 2. & 1.
part. quæst. 58. art. 2. & quæst. 85.
art. 4. & quæst. 8. de veritat. artic.
14. & 1. contra Gentil. cap. 55.
Quem communiter sequuntur ejus
Discipuli.

337 Probatur primò ra-
tione desumpta ex ipso . Quodlib-
eto citato. Nam si intellectus pos-
set simul cognoscere plura per mo-
dum plurium , vel cognosceret illa
unica conceptu , vel pluribus , neu-
trum potest dici : ergo nequit cog-
noscere plura per modum plurium . Consequentia constat. Minor
pro secunda parte Ratione sequen-
ti ostendetur. Pro prima vero sic
probatur . Conceptus enim est
idem in esse repræsentativo cum
objecto per ipsum repræsentato:
ergo unico conceptu impossibi-
le est intellectum intelligere plura
per modum plurium . Probatur
Consequentia. Alias enim ille con-
ceptus esset unus , & non esset
unus , quod repugnat. Esset qui-
dem unus , ut supponitur. Non
esset vero unus ; Nam conceptus
debet esse idem cum eo , quod re-
præsentat ; sed repræsentaret plura
per modum plurium : ergo con-
ceptus ille deberet esse plures , &
non unus .

339 Secundo probatur ra-
tione de prompta ex ipso Ange lo
Præceptore , quæst. 85. 1.p. jam ci-
tata. Quia si intellectus posset cog-
noscere plura per modum plurium ,
vel illa unica specie , vel pluribus
attingeret ; sed neutrum potest di-
citur ergo , &c. Minor pro prima parte

constat ex dictis Ratione præcedenti. Pro secundi vero probatur. Quia ut intellectus intelligeret plura per modum plurium medijs pluribus speciebus, necessariò requiriabatur, quod in intellectu plures simul species reciperentur; hoc repugnat: ergo. Probatur Minor, *Quia impossibile est* (ut docet D. Thomas loco citato) *idem subjectum perfici simul pluribus formis unius generis, & diversarum specierum;* sicut impossibile est quod idem corpus secundum idem simul coloretur diversis coloribus, vel figuretur diversis figuris. Omnes autem species intelligibiles sunt unius generis, quia sunt perfectiones unius intellectiva potentiae, licet res, quarum sunt species, sint diversorum generum. *Impossibile est* ergo, quod idem intellectus simul perficiatur diversis speciebus intelligibilibus ad intelligendum diversa in actu.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

340 **A** RGVITVR primò contra primam Ratione Div. Thomæ. Nam unus conceptus potest repræsentare plura, ut plura: ergo prædicta Ratio falso innititur fundamento. Antecedens probatur. Quoniam eadem vox repræsentat plura ut plura, & omnino distincta, ut constat in termino & equivoco, v. g. in hac voce *Canis*: ergo pariter idem conceptus

poterit repræsentare plura per modum plurium. Consequentia probatur, *Tum à paritate rationis.* *Tum etiam*, quia voces sunt signa conceptum: ergo sicut unica voce repræsentantur plura, ut plura, ita uno eodemque conceptu poterunt plura, ut plura repræsentari. *Tum denique*, quia vox regulatur à conceptu: ergo sicut vox plura, ut plura significat, ita conceptus plura, ut plura repræsentat.

341 Respondeatur negando Antecedens. Ad cujus probationem concessio Antecedenti, neganda est Consequentia. Ad primā ejus probationē dicendum est, Disparitatem consistere in eo, quod conceptus naturaliter repræsentat, est enim naturalis similitudo objecti, ad hoc tantum, ut repræsentet institutus. Quare si repræsentatio, quae in concepiū reperitur, multiplicetur, necessariò multiplicandus est ipse conceptus: multiplicata quippe ratione formai, in qua aliquid consistit, illud multiplicari oportet; conceptus autem in representatione cōsistit; unde si multiplicatur repræsentatio, multiplicatur & conceptus: ac per consequens impossibile est, quod idem conceptus plura, ut plura repræsentet, multiplicaretur enim representatio, non multiplicato conceptu, quod repugnat. In voce vero oppositum opposita de causa contingit: vox enim non naturaliter, sed ad placitum repræsentat; unde eadem vox absque aliqua sui multiplicatione juxta beneplaci-

citum hominum potest significare,
& repræsentare plura, ut plura.

342 Ad secundam probationem Consequentiae respondeatur ex dictis ad primam concessio Antecedenti negando Consequentiā. Quamvis enim voces sint signa conceptū, inde tamen non colligitur, quod si vox est tantum una, unus esse debeat & conceptus: quādo enim vox est æquivoca, conceptus illi correspondens non est unus; siquidem in hoc vox æqui. voce ab univoca differt, quod illa, plura diversis conceptibus significat, hæc vero plura unico conceptu repræsentat. Ideo autem per vocem æquivocā significantur plura diversis conceptibus, & per vocem univocam plura unico conceptu repræsentantur, quia per vocem æquivocam significantur plura ut plura & omniō distincta, per vocem vero univocam significantur plura non plura, sed ut in aliqua ratione convenientia.

343 Ad tertiam probationem Consequentiae concessio Antecedenti, neganda est Consequentialia. Ex eo namque, quod vox regulatur à conceptu, tantum sequitur, quod si vox fuerit univoca, ab unico conceptu reguletur, si æquivoca vero, à pluribus, non tamen qui simul, sed qui successivè tantum in intellectu residant.

344 **A**RGVIDVR secundò contra secundam Rationem Div. Thomæ. Nam in intellectu possunt esse simul plu-

res species: ergo ratio D. Thomæ nulla est. Probatur Antecedens, Primò, Nam in eadem parte aëris sunt simul plures species sensibiles, quæ immittuntur ab objectis, & pervenient usque ad sensus: ergo pariter in eodem intellectu poserunt simul esse plures species intelligibles.

345 Secundò probatur Antecedens, Accidentia non opposita possunt esse simul in eodem subjecto; sed species intelligibles sunt accidentia non opposita: ergo possunt simul esse in eodem intellectu.

346 Tertiò, Quia ex eo non possent in eodem intellectu simul esse plures species, quia sunt ejusdem generis; sed hæc ratio nulla est, siquidem habitus scientifici ejusdem generis sunt, in eodemque intellectu recipiuntur: ergo, &c.

347 Confirmatur. Quia in eodem intellectu sunt simul plures intellectiones: ergo possunt esse simul plures species. Probatur Antecedens: siquidem in ipsis sunt simul assensus Præmissarum, & assensus Conclusionis. In intellectu etiam Christi Domini fuerunt plures cognitiones, quarum una fuit elicita à Scientia beata, alia vero à Scientia infusa, alia denique à Scientia acquisita: ergo, &c.

348 Respondetur ad Argumentum distinguendo Antecedens possunt esse plures species in statu imperfecto, concebo Antecedens, perfecto, nego Antecedens

& Consequentiam. Quando enim docet D. Thomas in prædicta ratione non posse in eodem intellectu recipi plures species, non loquitur de illis in statu imperfecto, hoc est secundum quod præcisè sunt formæ informantes, sub hac namque consideratione numquam D. Thomas multitudinem specierum ab eodem intellectu reicit, neque reiçere potuit, cum certum sit apud omnes, plurimas illi species inhætere. Loquitur ergo de illis in statu perfecto, prout scilicet conjuguntur cum intellectibus, & speciebus expressis, sive verbis; hoc autem modo recipi plures species in eodem intellectu repugnat, sicut implicat, quod idem corpus secundum idem simul coloretur diversis coloribus, vel figuretur diversis figuris; quibus exemplis vtiatur Angelicus Doctor, ut vidimus.

359 Ad præiam probationem Antecedentis respondet ipse D. Thomas quæst. 8. de Verit. artic. 34. ad 8. per hæc verba: *Dicendum quod forma illa non sunt in aere, nisi ut in fieri: sunt enim in eo sicut in medio deferente.* Esse autem plures species simul in eodem subjecto in fieri, vel in actu imperfecto, non implicat: quod vero sint simul in actu perfecto, si vè ultimo sui termino, repugnat, vt explicat ipse Div. Thomas ibidem in corpore Articuli.

350 Ad secundam probationem respondet etiam ipse Angelicus Doctor, quæst. 85. citata

1. part. artic. 4. vbi sic ait: *Ad secundum dicendum, quod non solum opposita forme non possunt esse in eodem subiecto, sed nec quacumque forma ejusdem generis,* licet non sint opposita; sicut pater per exemplum inducit de coloribus, & figuris.

351 Ad tertiam probationem respondet similiter ex eodem Div. Thomas, quæst. citata de Veritate ad 15. quod *habitus non sunt actus completi, sed forma quædam media inter potentiam, & actum.* Formæ autem incompletæ bene possunt recipi in eodem subiecto, vt satis ex dictis constat.

352 Ad Confirmatoria respondet, distingendo Antecedens, sunt plures intellectus ordinatè se habentes, concedo Antecedens, omnino dispositæ, nego Antecedens, & consequentiam. Plures enim cognitio[n]es ordinatè se habentes optimè componi possunt in eodem subiecto, vt convincunt exempla in confirmatione adducta, assensus enim Præmissarum ordinatur ad assensum Conclusionis, & cognitiones Scientiarum infusæ, beatæ, & acquisitæ subordinantur in Christo Domino, sicut ipsæ Scientiarum inter se subordinantur: etenim Scientia acquisita subordinatur infusæ, infusa beatæ. Unde quod huiusmodi cognitio[n]es simul in eodem intellectu coexistant, non repugnat. Ut autem intellectus simul intelligeret

plura ut plura, necessariò expos-
cebatur, quòd simul in illo essent
plures cognitiones omnino dispa-
ratae, quod implicat.

353 **A**R G VITVR tertio
contra Conclusionem. Sensus visus, v. g. potest si-
mul percipere plura ut plura: er-
go pariter intellectus poterit plura,
ut plura cognoscere. Con-
sequenter constat à paritate ratio-
nis. Antecedens vero probatur.
Nam simul videmus hominem, &
equum, alburnum, & nigrum, &
eorum percipimus differentias: er-
go visus potest percipere plura, ut
plura.

354 Confirmatur, Nam in-
tellectus Angelicus potest simul
cognoscere plura, ut plura: ergo
etiam intellectus humanus. Con-
sequenter liquet. Antecedens au-
tem probatur. Quia simul cognos-
cit hominem, & leonem, co-
rumque dissidentias ultimas, quæ
cum sint primò diversæ, non pos-
sunt non esse plura, ut plures: er-
go plura simul, & ut plura cog-
noscit.

355+ Respondetur primò
ad Argumentum concessio Ante-
cedenti, negando Consequentiam.
Et ratio disparitatis est. Nā visus est
potentia materialis & corporea, ac
per consequens extensa: vnde pos-
sent recipi in visu secundum diver-
sam subjecti partem, quod non im-
plicat. Intellectus vero est poten-
tia spiritualis, ac proinde indivisi-
bilis: quare si plura in illo ut plura
reciperentur, reciperentur secundū

camdem partem, quod repugnat.

356 Secundò, & melius res-
pondetur negando Antecedens. Ad
cujus probationem negandum est
etiam Antecedens. Quando enim
simul videmus hominem, & leonem,
nō percipimus eorum differentias,
sed eos attingimus in cōfuso prout
in ratione lucidi colorati conve-
niunt; hoc autem non est attingere
plura ut plura, sed plura ut ordina-
ta, & prout in aliqua ratione cōve-
nientia. Quemadmodum intellectus
cognoscens deum v. g. non
cognoscit unico actu clare, & di-
stinctè partes domus ut distinctas,
sed ut in compositione ipsis do-
mus ordinatas.

357 Ad Confirmationem
respondetur primò, negando Ante-
cedens. Ad cuius probationem
distingo Antecedens; non possunt
nō esse plura, ut plura in esse entis,
concedo Antecedens, in esse re-
präsentativo, nego Antecedens,
& Consequentiam. Homo enim,
& leo simul attracti ab Angelo per
unicam speciem univocè conve-
niunt in eadem reparatione
passiva per eamdem speciem An-
gelicam. Vnde quamvis Angelus
cognoscat simul hominem & leonem
secundum ultimas eorum differen-
tias, non infertur, quod cognoscat
simul plura, ut plura: in illa nam-
que specie prout ab Angelo cog-
noscantur, adunantur. Quemadmo-
dum in essentia divina per modum
speciei omnia, quæ à Deo cognos-
cuntur, non cognoscuntur, ut di-
stincta, sed potius, ut adunata.

358 Secundò responderetur, concedendo, quod homo, & leo secundum ultimas differentias, & secundum quod simul attinguntur ab Angelo non convenient vniyocè, sed tantum analogicè. Ex hoc tamen non infertur, quod cognoscantur, ut plura. Ad hoc enim ut aliqua non per modum plurium cognoscantur, sufficit, quod analogicè proportionabiliter convenient. Quia ut in Tractatu de Ante-Prædicamentis communiter in Logica dicitur, Analogia proportionalitatis propriæ sufficit ad unitatem specificam i. intellectui & conceptui tribuendam. Cum autem ultimæ differentiæ prædicta Analogia in hoc, quod est facere differre, conveniat; consequens est, quod Angelus attingens simul hominem, & leonem secundum ultimas eorum differentias, non cognoscat plura per modum plurium.

+ **359** **A**RGVITVR quartò. Probabilis est Sententia Thomistarum, Propositioni mentalem apprehensionem esse simplicem qualitatem: ergo intellectus potest simul cognoscere plura per modum plurium. Probatur Consequentia. Quando enim intellectus concipit hanc Propositionem, *Homo non est lapis*, tunc unicus conceptus representat hominem, & lapidem secundum eorum quidditates, representat enim lapidem secundum quod differt ab homine; sed homo, & lapis secundum quod differunt sunt plu-

ra per modum plurium: ergo prædicta Sententia admissa, potest intellectus attingere simul plura, ut plura.

360 Confirmatur. Nam voluntas potest intendere simul plura, ut plura: ergo pariter intellectus poterit simul plura, ut plura cognoscere. Patet Consequencia, Quia voluntas nil intendit quin prius ab intellectu cognoscatur, juxta illud: *Nihil volitum quin præcognitum*: ergo si voluntas potest simul plura, ut plura intendere, poterit intellectus plura simul, & ut plura cognoscere. Antecedens vero probatur, ex Div. Thoma, 1. 2. quæst. 12. artic. 3. in corpore, ubi postquam dixit, quod si duo objecta sint ad invicem ordinata, possunt intendi simul, hæc subjugit: *Si autem accipiuntur duo ad invicem non ordinata, sic etiam simul homini potest plura intendere*. Sed plura non ordinata, sunt plura, ut plura: ergo juxta Div. Thomam, voluntas potest simul intendere plura per modum plurium.

361 Respondetur ad Argumentum ex Div. Thoma loco sçpè citato i. part. quæst. 35. art. 4. ad 4. negando Consequentiam. Ad cujus probacionem neganda est Minor. Quando enim intellectus unico conceptu cognoscit Propositionem negativam, prædicatumque à subjecto differre, & ipsi non convenire, tunc cognoscit unum, & alterum sub ratione dif-

differentiæ , & quatenus vnum separatur ab altero per modum remotionis, concipiendo v.g. quod nec homo est lapis, nec quod lapis est homo. Vnde non concipit plura, vt plura, eò quod attingit objecta in ratione comparationis, & differentiæ . Quemadmodum licet æquivocorum ratio nomini accommodata sit omnino diversa , possunt tamen unica distinctione definiri: non enim definitur ut differunt, sed prout in non convenire convenientur. Videantur quæ in Logica diximus, Libr. 5.

quest. 1. artic. 1. à num. 5. usque ad 8.

362 Ad Confirmationem respondetur , quod Div. Thomas satis se ibi explicat ad 2. docens ea , quæ sunt plura secundum rem , posse accipi , vt unus terminus intentionis , prout sunt vnum secundum rationem : & hoc modo voluntatem intendere plura: quod non est intendere plura , vt plura , quatenus totaliter distinguuntur, sed prout convenientur, & per rationem ordinantur.





QVÆSTIO VI.

DE APPETITV RERV M cognoscentium.

ARTICULUS I.

Quid, & quotuplex sit appetitus reram cognoscientium?

s. I.

*Existentia Appetitus supponitur,
& tres Conclusiones statuuntur.*

263 **I**N Hac Difficultate supponendum est ut certum apud omnes dari appetitum innatum, & elicitum, quorum ille in omnibus etiam cognitione carentibus datur, hic autem in solidis cognoscentibus reperitur. Cum enim ut docet D. Thomas 1. part. qnacl. 8o. art. 1. ad quamlibet formam aliqua sequatur inclinatio, ut ad formam levis inclinatio in motum sursum, & ad formam gravis inclinatio in motum deorsum, consequens est, quod in qualibet forma aliquis detur appetitus. Hic autem in cognitione carentibus dicitur innatus; in cognoscentibus vero appellatur elicitus, eo quod cognoscentia habent in se

formas aliarum rerum per species intentionales: & ideo alia a se cognoscunt, in sibiique convenientia per operationem a se elicitar inclinantur, & in hoc a non cognoscentibus distinguuntur, haec enim in suum bonum non a se sed a generante moventur. Hac ergo veritate supposita, non inquirimus An sit, sed Quid & quotuplex sit Appetitus rerum cognoscentium? Pro cuius decisione sit,

364 *Prima Conclusio.* Appetitus cognoscitivus est potentia passiva vitalis nata ex se moveri ab apprehenso. Conclusio est Philosophi in hoc Libro, textu 45. & 11. Metaph. textu 35. & D. Thomæ, quest. citata, art. 2. sic dicentis: Potentia enim appetitiva est potentia passiva, que nata est moveri ab apprehenso Vnde appetibile apprehensum est movens non motu, appetitus, autem movens motum, ut dicitur in 3. de Anima, & 11. Metaph.

Ra-

365 Ratione autem sic probatur. Nam proprium est appetitus moveri à re appetita & apprehensa : ergo & ab illa trahi; sed non stat à re appetita moveri, nisi passive ad illam pro aliquo priori comparetur, nec potest per rem voluntari trahi, nisi modo vitali, hoc est ipsa potentia se moveante, & tendente in objectum per actum à se elicita, & in seipso receptum: ergo appetitus cognoscitibus nihil aliud est, quam potentia pro aliquo priori passivè se habens ut mobiliis ab objecto apprehenso, & pro alio o posteriori vitaliter tendens in ipsum.

366 Secunda Conclusio: Appetitus cognoscitivus ut sic dividitur in animalium seu sensitivum, & rationalem seu intellectivum tamquam in duas species realiter distinctas. Conclusio haec etiam est Philosophi in hoc Libro textu §. 7. à D. Thoma relati i. p. quæst. 80. art. 2. ubi expressè loquens de appetitu sensitivo & intellectivo, sic ait: Sed contra est, quod Philosophus in 3. de Anima distinguit duplē appetitum: & dicit, quod appetitus superior movet inferiorem.

367 Secundò probatur ratione. Nam spirituale & corporeum non possunt realiter non distinguiri; sed appetitus intellectivus est spirituialis, sensibus vero corporeus: ergo appetitus sensitivus & intellectivus realiter distinguuntur.

368 Tertiò, Nam ea quæ realiter separantur, realiter distinguuntur; sed appetitus sensitibus, & intellectivus realiter separantur: ergo realiter distinguuntur. Major & Consequentia constant. Minor autem ostenditur. Appetitus enim intellectivus in Anima à corpore separata perseverat, sensitivus vero non manet: ergo hujusmodi appetitus realiter separantur.

369 Quartò probatur Conclusio ratione quam adducit D. Thomas loco citato per hec verba: Potentia enim appetitiva est potentia passiva, que nata est moveri ab apprehensione. Unde appetibile apprehensum est movens non motum, appetitus autem movens motum, ut dicunt in 3. de Anima, & 11. Metaphysice. Passiva autem & mobilia distinguuntur secundum distinctionem activorum & motivorum: quia oportet motivum esse proportionatum mobili, & adicium passivo, & ipsa potentia passiva propriam rationem haber ex ordine ad suum activum. Quia igitur, est alterius generis apprehensum per intellectum, & apprehensum per sensum, consequens est, quod appetitus intellectivus sit alia potentia à sensitivo.

370 Confirmatur: (& tacita quedam objecto precluditur.) Licet enim apprehensio non sit ratio formalis movens & finalizans appetitum, est tamen conditio applicans objecta appetita & volita; sed

sed apprehensio per sensum, & per intellectum sunt conditiones applicantes diversa objecta formalia motiva: ergo ad diversitatem apprehensorum necesse est distinguere & appetitus. Probatur Minor, nam objectum sensus, propter sui limitationem, est tantum bonum particulare, hoc tantum illi applicat apprehensio sensitiva; objectum vero rationis, propter suam immaterialitatem & perfectionem, est bonum in communi, quod applicat apprehensio per rationem; sed bonum particulare est limitatum, & bonum illimitatum & commune sunt diversa objecta formalia motiva: ergo apprehensio per sensum & intellectum sunt conditiones applicantes diversa objecta formalia motiva, & consequenter diversas realiter potentias appetitivas inferentia.

371 Tertia Conclusio.
Appetitus sensitivus dividitur in irascibilem & concupiscibilem, tamquam in duas potentias realiter distinctas. **Conclusio** est Philosophi in hoc Lib. relati à D. Thoma quest. 25. de Verit. art. 2. & Lib. 1. Magorum Moral. cap. 13. quem sequitur ipse D. Thomas locis citatis, & p. p. quest. 81. art. 2.

372 Probatur primò ratione desumpta ex ipso Angelico Preceptor. Articulo citato ex Quest. 25. de veritate. Nam in appetitu inno. naturali datur duplex virtus, quarum una tendit in bonum sibi conveniens, alia vero,

contraria sibi & inconvenientia propulsat & destruit, ut constat in igne, in quo datur levitas, per quam locum sibi convenientem acquirit, & calor per quem cum frigiditate sibi contraria pugnat, & illam destruit: ergo in appetitu elicito sensitivo duplex est etiam virtus distinguenda, una concupiscibilis, qua in bonum delectabile tendat, & alia irascibilis, qua cum re sibi contraria pugnet, quaque triumphum de sibi inconvenienti reportet.

373 Secundò, Nam actuum, & passivum realiter distinguuntur, qua de causa suprà Quest. 2. hujus Libri, Art. 1. probavimus intellectum agentem rea iter distinguere ab intellectu possibili; sed concupiscibilis se habet ad delectabile ut illud in se recipiens, quamvis enim concupiscibilis à delectabili trahatur, trahitur tamen, ut in se recipiat à quo trahitur, quemadmodum à gustabili trahitur gustus, ut gustus recipiat in se gustabile; irascibilis autem ad suum objectum pure activè comparatur, ad destructionem quippe illius tantum fertur: ergo irascibilis, & concupiscibilis realiter distinguuntur.

374 Tertiò. Licet enim concupiscibilis ex se habeat appetere sibi bonum, & secundariò fugere malum, non tamen habet pro objecto renitentiam positivam contra malum, ipsum debellando & destruendo; sed hoc est objectum inotivum irascibilis, & idēc

bonum arduum nuncupatur, eo quod nisi per pugnam non acquiritur: ergo concupisibilis, & irascibilis ad objecta formaliter diversa terminantur; proindeque realiter distinguuntur.

§. II.

Solvuntur Argumenta.

375 **A**RGVITVR primò contra tertiam Conclusionem (contra primam enim & secundam nulla est ferè difficultas.) Eadem indivisibilis potentia sufficit ad prosequendum bonum, & propellendum malum: ergo concupisibilis & irascibilis non sunt potentiae realiter distinctæ. Consequentia conlata. Antecedens verò probatur primò. In voluntate, una & indivisibilis datur vis appetitiva ad prosequenda bona, & ad propellenda mala: ergo pariter in appetitu sensitivo eadem indivisibilis virtus sufficit ad utrumque.

376 Secundo probatur Antecedens. In appetitu innato eadem virtus sufficit ad bonum prosequendum, & impedimentum propulsandum, ut constat *tum* in lapide, qui eodem pondere, quo descendit, trabem, quæ motum prohibet, frangit: *Tum* etiam in igne, qui eodem calore aquam calefacit, & oppositam frigiditatem expelit: ergo &c.

377 Tertio. Nam quilibet potentia potest attingere

contraria objecta, ut visus album & nigrum: ergo eadem indivisibilis vis appetitiva sufficiens erit ad prosequendum bonum & propellendum malum.

378 Respondeatur negando Antecedens. Ad cujus primam probationem concessio Antecedenti, neganda est Consequenzia. Ratio autem disparitatis est perspicua. Voluntas enim est potentia immediate in Anima recepta & organo corporeo non affixa, proindeque est potentia universalis se extendens ad omne bonum, sicut intellectus se extendit ad omnem verum: & ideo quemadmodum unus & indivisibilis intellectus omne verum attingit, ita una & indivisibilis voluntas ad omne bonum se extendit. Potentia verò appetitiva sensitiva est materialis & affixa organo corporeo; ac per consequens limitata: unde ad multiplicationem formalem objecti appetibilis, mul tiplicari etiam debet vis sensitiva appetitiva, Quæ Solutio desumitur ex D. Thoma in hoc Libro lect. 14. & 1. p. quæst. 59. art. 4. & quæst. 82. art. 5.

379 Ad secundam probationem Antecedentis concessio Antecedenti, nego Consequenziam. Et ratio discriminis est. Appetitus enim innatus non est virtus seu potentia appetendi, sed habitudo ipsius formæ ad id quod est sibi conveniens; unde carer appetitu ardui ut arduum est: siquidem virtus illa, qua res inani-

rnata (ut corpus grave, & ignis, de quibus procedit Argumentum) vincit difficultates, & tollit impedimenta, non est virtus appetitiva, sed merè executiva. Quare non mirum, quod ab illa contrarium supereretur, executio namque ad hoc ipsum ordinatur. At verò ubi appetitus est virtus & potentia superaddita, & respicit ipsam arduitatē viacendi contraria non solum per modum executionis, verum etiam per modum appetibilis, necessarium est, quod appetitus ardui ob apetitū concupisibilis distinguatur, ob formalē diversitatem boni, quæ in utroque, ut vidimus, reperitur.

380 Ad tertiam probationem Antecedentis fateor quidem eadem potentiam versari circa contraria objectūe oppositione contraria aut priva iava, qualiter etiam concupisibilis tendit ad delectabile, & refugit nocivum. Non habet tamen ex se positivè nocivum impugnare, Tum propter rationes assignatas. Tum etiam, quia irascibilis & concupisibilis diversa organa & temperamenta requirunt; ex distinctione autem organorum & tempermentorū diversitas potentiarum infertur. Et quidem quod diversa organa & temperamenta depositant, liquet: Irascibilis enim requirit multum roboris & vivaciorum spiritus, & ideo residet in cordis: quare ira diffanitur quod accensio sanguinis circa cor.

Concupisibilis verò petit molliorem dispositionem, & sedem habet in hepate, per concupiscentiam enim sanguis dilatatur & demulcetur, sicut per tristitiam adstringitur.

381 **A** RGVITVR secundum. Si irascibilis & concupisibilis essent potentiae realiter distinctæ, maximè quia concupisibilis ad bonum delectabile; irascibilis verò ad bonum arduum terminatur, quæ in ratione boni formaliter distinguuntur; sed bonum arduum nullam addit rationem boni supra bonum: ergo irascibilis & concupisibilis non sunt potentiae realiter distinctæ. Probatur Minor, Nam bonum arduum idem est ac bonum impeditum; sed bonum impeditum potius habet rationem mali, quam boni: ergo bonum arduum nullam addit rationem boni supra bonum.

382 Respondetur concessa Majore, negando Minorem. Ad cuius probationem concedo Majorem, & distingo Minorem, potius habet rationem mali cedente ratione mali supra impedimentum boni, concedo Minorem, supra bonum impeditum, nego Minorem, & Consequentiam. Quando enim esserimus, irascibilem ad bonum arduum & impeditū terminari, nō est sensus, quod irascibilis ipsam appetat arduitatē, & impedimentum, sed bonum arduum impeditum, & ideo moverit ad tale impedimentum propulsandū.

Sub


Sub hac autem ratione bonum arduum aliquam addit rationem boni supra bonum, ad quem concupisibilis non fertur, hoc enim tantum respicit bonum sensibile ut acceptandum, malum autem ut fugiendum: *No para accometer y vencer*, qualiter illud respicit irascibilis.

383 **A**RGVITVR tertid. Si concupisibilis & irascibilis essent potentia realiter distinctæ, non posset designari quænam illarum esset perfectior, hoc autem non est dicendum: ergo non sunt potentia realiter distinctæ. Probatur Major, ex una enim parte irascibiliis habet objectum altius, scilicet arduum & eminens bonum; ac proinde magis perfecta appetit: ex alia vero cum ad concupisibilem ordinatur, id enim, quod concupisimus, defendit, in his perfecta videtur: ergo non est designabile quæ nam illarum sit perfectior.

384 Respondetur negando Majorem, Irascibilis enim est absolute & simpliciter perfectior concupisibili, ut docet D. Thomas quest. 25. de verit. art. 2. Tum, quia objectum ejus est excellentius, arduum nimirum & eminens bonum vincens difficultates, quod majorem debet activitatem habere, quia plus resistenter debet vincere. Tum etiam, quia à regula nobiliore dirigitur, scilicet ab estimativa & rationibus insensatis, quæ inter sensibilia summum locum te-

nent magisque ad rationem accidunt. Tum denique quia concupisibilis solum tendit ad delectabile secundum se, & ideo sensualitas appellatur, irascibilis vero quod est naturæ utile aggreditur, quod proculdubio perfectius est quam bonum sensus.

385 Nec obest quod irascibilis ad concupisibilem ordinetur, ordinatur enim ad illam non absolute sed ut pacatum & à contrarijs defensatum; hoc autem modo ad aliud ordinari, non est esse imperfectus illo, sed perfectius: quemadmodum Rex ordinatur ad pacem rustici, cum tamen rusticus non sit Regis superior, sed è contraria. Et ratio utriusque est quia nec irascibilis ad concupisibilem, nec Rex ad pacem rustici ordinatur tamquam ad finem cuius gra, nia, sed tamquam ad finem effectum; finis autem effectus non est perfectior ijs, quæ sunt ad ipsum.



*** *** ***

*** ***

ARTICVLVS II.

*Quæ sit in voluntate radix liber-
tatis & necessitatis, &
qui præcipui illius
actus?*

§. I.

*Libertas in voluntate supponitur.
& duo Conclusiones sta-
tuntur.*

386. **S**Vpponendum est tamquam omnino certum, dari in nostra voluntate libertatem: quod constat plurimis Sacrae Paginæ Testimonij. Josue namque 24. dicitur: *Optio vobis datur: eligite hodie quod placet.* Ecclesiastici 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui.* Et 1. ad Corinth. 17. *Qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens sua voluntatis.* Quæ veritas diffinita est contra Lutherum in Concilio Tridentino cap. 5. & 6.

387. Ratione etiam ostenditur primò, Quia in nobis ipsis experimur, quod, cum volumus, operamur, & ab operatione cessamus, si velimus: ergo libertatem habemus. Secundo Quoniam juxta omniū consensum, operationes humanae sunt laude, vel vituperio dignæ; si autem liberae non essent, minime laude aut vituperio dignæ forent: nemo quippe reprehendit

vel laudatur, quod ometat quod non potest non ommittere, vel quod faciat quod non potest non facere.

388. **T**ertiè. Ex opposito namque fieret, omnino superfluere leges & consilia. Si enim in hominis potestate non est benè vel male agere: ergo utramque agit necessariò; ad illud autem, quod necessariò fit, frustra imponitur lex ut fiat: quemadmodum frustranea & ridicula lex esset, quæ igni perciperet ut combureret, & corpori gravi ut descendere. Denique, Nam ex opposito etiam sequeretur, peccatum esse Deo attribuendum; Consequens autem est absurdum: ergo & illud ex quo sequitur. Sequela probatur, quæcumque enim ex naturæ necessitate causantur, ipsius naturæ Auctori tribuuntur: ergo si homo libere non peccaret, sed peccatum necessariò ab illo procederet, hoc ipsi Deo attribuendum foret. Hac ergo veritate supposita, sit

389. **P**rima Conclusio. Radix libertatis in voluntate humana (& idem dicendum est de voluntate Angelica) est judicium intellectuale indifferenter propoñens objecta. Conclusio est D. Thomæ 1. 2. quest. 17. art. 1. ad 2. sic dicentes: *Radix libertatis est voluntas sicut subiectum sed sicut causa estratio.* Ex hoc enim voluntas libere potest ad diversa ferri, quia ratio potest habere diversas conceptiones boni: & ideo Philosophi diffiniunt liberum arbi-

birium , quod est liberum de ratione iustitium , quasi ratio sit causa libertatis. Idem docet i. p. quest. 85. art. 1. & quest. 3. de Malo art. 3. & 1. contra Gent. cad. 85. Ratione quarta , & quest. 24. de Verit. art. 1.

390 Probatur ratione. Cum enim voluntas sit potentia cœca , in omnibus suis operacionibus sequitur ductum rationis: ergo ex eo quod intellectus proponat illi indifferenter objectum , & non necessariò volendum , sed ut hinc inde apparent rationes , ut ametur , vel non ametur , aut respuatur , non poterit voluntas in predictum objectum necessariò ferri , sed liberè duntaxat terminari : ergo libertas subjective & formaliter est in voluntate radicaller verò & originative in intellectu; quatenus nimirum ex eo quod objectum cum indifferentia ab intellectu proponatur , voluntas ad ipsum necessariò non fertur.

391 Hinc deducitur necessitatem voluntatis provenire à iudicio intellectuali proponente objecta absque aliqua indifferentia ; absque indifferencia autem nullum bonum limitatum proponi potest : eo namque ipso , quod sit limitatum , dicit carentiam aliquius boni ; cumque carentia boni habeat rationem mali ; hinc est , quod licet bonum limitatum possit ratione bonitatis amari , ratione tamen limitationis potest non amari , vel respici : ac prouinde hujusmodi bonum non potest absque

vila indifferetia proponi , nec ab illo voluntas necessitari. Ut necessitetur ergo , oportet quod illi illimitatum bonum proponatur. Vnde sit.

393 Secunda Conclusio. Voluntas necessitatitur quoad specificationem circa bonum seu beatitudinem in communi , non verò quoad exertitum : Circa beatitudinem verò in particulari nec quoad specificationem specificatus , & consequenter multò minus quoad exertitum. Quoad duas priores partes Conclusio est D. Thomæ Quest. 6. de Malo art. unico incorpore , & ad 7. per hæc verba : *Cum autem voluntas se habeat in potentia respectu boni universalis , nullum bonum supererat virtutem voluntatis , quasi ex necessitate ipsam movens , nisi id , quod est secundum omnem considerationem bonum : & hoc statim est bonum perfectum , quod est beatissimo , quod voluntas non potest non velle : ita scilicet quod velit ejus oppositum , potest rāmen non velle actu.*

393 Et ratio est , Quia cum voluntas pro hoc statu dependeat in operando ab organis corporis , quæ in exercitio suorum actionum defatigantur ; hinc est , quod licet in objecto nulla appearat ratio mali , ac proinde non possit odio haberi , potest potentia exercitium illud tanquam malum respicere , ab eoque cessare.

394 Quod autem necessitatetur quoad specificationem , sic pro-

probatur. Quævis enim potentia est necessitata quoad specificacionem à suo objecto adæquato, ut constat in potentia visiva, auditiva, &c. Quæ præter visibile, & audibile nil attingunt, nec attinere possunt; sed bonum in communione est objectum adæquatum voluntatis: ergo ab illo quoad specificationem necessitatur.

395 Confirmatur primò, Licet enim visus posit viride v. g. & album non videre (sine libertate tamen) illaque proinde respuere, visibile tamen ut sic nullo potest modo rejicere: ergo pariter, licet voluntas pro suo libito possit hoc vel illud bonum determinatum amare vel repellere, bonum tamen ut sic nullatenus potest abijcere.

396 Confirmatur secundò. Ideò namque visus circa particulares illos colores, & voluntas circa particularia illa bona possent liberè quoad specificacionem exerceri, quia sunt objecta inadæquata; sed sicut visibile ut sic est objectum adæquatum visus, ita beatitudo in communione est objectum adæquatum voluntatis: ergo sicut visus nequit exerceri extra visibile ut sic, ita voluntas non potest exerceri extra bonum in communione.



g. II.

Principiū actus voluntatis recessentur.

397 **Q**VIA de actibus voluntatis ex professo agunt Theologici cum

D. Thoma 1. 2. idèò principios hic tantum referemus. Dividitur ergo primò actus voluntatis in imperatum & elicitem: quam divisionem tradit, & explicat D. Thomas 1. 2. quest. 6. Art. 4. per hæc verba: *Dicendum, quod duplex est actus voluntatis; unus quidem qui est ejus immediatè, velut ab ipsa elicitus, scilicet velle. Alius, qui est actus voluntatis à voluntate imperatus, & mediante alia potentia exercitus, ut ambulare & loqui, qui à voluntate imperantur mediante potentiam motiva.*

398 Inter actus autem elicitos voluntatis primus est amor quod docet D. Thomas 1. p. quest. 20. artic. 1. & probat primò, Quia omnes actus voluntatis tendunt in bonum ut prosequendum, & in malum ut fugiendum; sed prius est tendere in bonum per modum prosecutionis, quam in malum per modum fugæ: ergo prior est naturaliter actus amoris, quam actus odii, & prius est gaudium, quam tristitia.

399 Secundò, Nam prior est actus, qui respicit objectum sub aliqua ratione communione, quam actus, qui respicit illud

vi determinatum , & contractum per aliquas particulares rationes; sed amor tendit in bonum in communi , reliqui verò actus voluntatis tendunt in ipsum bonum sub aliqua particulari ratione , spes enim & desiderium respiciunt bonum ut non adeptum , delectatio verò respicit ipsum bonum ut habitum: ergo actus amoris prior est , quam reliqui actus voluntatis.

400 Tertiò , ille namque est prior actus voluntatis , ad quem alij veluti ad primum principium referuntur ; sed ad amorem tamquam ad primum principium reliqui voluntatis actus referuntur , nul.us enim desiderat aliquid , nisi bonum amatum , neque aliquis gaudet , nisi de bono amato , neque odio habet aliquid , nisi quia opponitur bono amato : ergo amor est prior actus voluntatis.

401 Post actum amoris solet subseqñi in voluntate ejus actus , qui dicitur intentio finis . Cujus actus meminit Div. Thomas 1. 2. quæst. 12. art. 1. vbi , & rationem reddit quare intentio sit actus voluntatis pet hæc verba : Respondeo dicendum , quod intentio ; sicut ipsum nomen sonat , significat in aliud rendere . In aliquid autem tendit & actio moventis , & motus mobilis ; sed hoc , quod motus mobilis in aliquid tendit , ab actione moventis procedit . Vnde intentio primo , & principaliter pertinet ad id , quod movet ad finem . Vnde dicimus Architectorem , & omnem precipientem movere suo

imperio alias ad id ad quod ipso tendit . Voluntas autem movet omnes alias vires Anima ad finem , ut supra habitum est : (Quæstione 9. Art. 1.) unde manifestum est quod intentio proprie est actus voluntatis.

402 Ad intentionem finis consequitur , vel in ipsa intentione involvitur Desiderium , & Spes boni quod amat , Differunt autem spes , & desiderium in hoc , quod spes est de re difficulti . & quæ futura credatur : desiderium verò potest esse de re , quamvis futura non putetur . De quo videndus est Div. Thom. 2. 2. quæst. 17. & 18.

403 Post intentionem autem finis statim sequitur in intellectu Consilium , & Deliberatio de medijs eligendis . Deinde sequuntur in voluntate Consensus , & Electio . Inter consensum autem , & Electionem hoc discrimen reperiatur , quod Electio versatur circa media vnum alteri preferendo : Consensus verò non curat , an medium , quod amplectitur , cæteris præferatur .

404 Facta autem electione , non ibi voluntas sistit , sed ad mediorum executionem transit : ad quod datur in voluntate alter actus , qui dicitur usus , & est etiam actus voluntatis , quo applicat alias potentias ut instrumenta ad exequendum . Ad hunc denique actum sequitur Frustratio & Delectatio de bono jam adepto & consequito . Videlatur D. Thos. 1. 2. quæst. 16. art. 1. & quæst. 11. art. 1.

ARTICVLVS III.

Vtrum voluntas sit perfectior intellectus?

§. I.

Statuitur Conclusio.

405 **N**O STRA Conclusio est intellectum esse simpliciter perfectiorem voluntate. Est expressa Angelici Præceptoris, i. p. quest. 82. artic. 3. dicentis: *Sed contra est, quod Philosophus in 10. Ethicorum ponit alissimam potentiam Anima esse intellectum.*

406 Probatur primò ratione ex Div. Thoma citato loco desumpta. Perfectio namque potentiae ex perfectione objecti in ratione objecti desumitur; sed objectum intellectus in ratione objecti simpliciter, & absolutè perfectius est objecto voluntatis: ergo intellectus simpliciter, & absolutè perfectius est voluntate. Major, & Consequentia constat. Minor autem probatur. Nam illud objectum in ratione objecti est perfectius, quod in ratione talis est simplicius & abstractius; sed objectum intellectus simplicius, & abstractius est objecto voluntatis: ergo in ratione objecti est perfectius. Probatur Minor, Quod enim præscindit ab existentia, & ab ordine ad illam, simplicius & abstractius est illo, quod ab existentia, & ab ordine ad illam non præscindit;

sed objectum intellectus præscindit ab existentia & ab ordine ad illam, non vero objectum voluntatis; quae de causa omnes Thomistæ docent, quod creature possibles ab intellectu divino cognoscuntur, à voluntate vero divina non amantur: ergo objectum intellectus abstractius est objecto voluntatis.

407 Secundò probatur Conclusio. Inter potentias ab Anima dimanantes, illa est absolute perfectior, quæ dimanat, ut propriè quior; sed intellectus ut propinquior Anima ab Anima dimanat quam voluntas: ergo intellectus simpliciter est perfectior voluntate. Major constat, Quod enim magis accedit ad maximè tale, est magis tale; ac preinde quod magis accedit ad perfectum, magis perfectum erit. Minor autem probatur primò. Nam prior est intellectio quam voluntio, juxta illud, *Nihil volitum, quin præcognitum;* ergo prior est etiam intellectus, quam voluntas. Patet Consequentia, Quoniam idem ordo, qui servatur inter actus, debet prius servari inter potentias. Secundò probatur Minor. Nam Div. Thomas, i. part. quest. 19. artic. 1. probat demonstrative, & à priori dari in Deo voluntatem, quia in eo datur intellectus: ergo prior est intellectus voluntate.

408 Tertiò probatur Conclusio. Nam modus operandi intellectus simpliciter perfectior est modo operandi voluntatis: ergo intellectus simpliciter est per-

fea

fectior voluntate. Consequentia constat, Quia operari sequitur ad esse: ergo quod habuerit perfectiorem modum operandi, perfectiorem habebit modū, & essendi. Antecedens verò probatur, Perfectius enim est trahere, quam trahi; sed modus, quem habet intellectus in operando, est objecta, quæ intelligit, trahere; quem verò habet voluntas, est ab objectis, quæ diligit, trahi: ergo modus operandi intellectus simpliciter perfectior est modo operandi voluntatis.

§. II.

*Solvuntur Argumenta.*409 **A**RGVITVR primò

contra primam Rationem. Ex eo, quod objectum intellectus sit quidditas, ut præscindens ab exercita existentia, objectum verò voluntatis sit ipsa quidditas ut existentiam concernens, potius sequitur voluntatem esse perfectiorem intellectu, quam intellectum esse perfectiorem voluntate: ergo prima Ratio Conclusionis nulla est. Probatur Antecedens, Essentia namque concernens existentiam perfectior est essentia nudè sumpta, maximè in Sententia omnium Thomistarum assertorum existentiam esse perfectiorem essentia: ergo ex eo, quod objectum intellectus non concernat existentiam, quam concernit objectum voluntatis, potius esset inferendum voluntatem esse perfec-

tiorem intellectu, quam intellectum esse perfectiorem voluntate.

410 Confirmatur, Nam falsum est intellectum attingere objectum cum præcisione ab existentia: ergo prima Ratio falso inititur fundamento. Probatur Antecedens, Si enim intellectus attingeret objectum cum præcisione ab existentia, perfectior esset cognitio, qua cognosceret hominem secundum gradum supremum ea, qua cognosceret ipsum secundum infimum gradum, gradus enim supremus magis recedit ab existentia & singularitate, quam infimus; sed cognitio hominis secundum gradum supremum non est perfectior cognitione ejusdem secundum gradum infimum, ut per se est satis manifestum: ergo intellectus non attingit objectū cum præcisione ab existentia.

411 Respondeatur ad Argumentum, negando Antecedens. Ad cuius probationem distinguo Antecedens, perfectior est in esse entis, concedo Antecedens, in esse objecti, nego Antecedens, & Consequentiam. Licet enim essentia concernens existentiam, physice, & in esse entis perfectior sit ipsa essentia nudè sumpta, in esse tamē objecti perfectior est essentia nudè sumpta ipsa, ut existentiam cōcernente prout enim ab existentia denudatur, est objectum simplicius, & abstractius; perfectio autem potentiarum non desumitur ab objecto in esse rei, sed ab ipso in esse objecti.

412 Ad Confirmationem respondentur negando Antecedens. Ad cuius probationem neganda est Major, Quamvis enim gradus supremus magis recedat ab existentia, & singularitate quam insimus; inde tamen non insertur, quod cognitio gradus supremi perfectior sit cognitione gradus insimi, sed potius oppositum manifeste colligitur. Ex una namque parte utraque cognitio praescindit ab existentia gradus cognitionis ex alia verò cognitio gradus insimi attingit ultimā differentiam, quam cognitionis gradus supremi non attingit.

413 **A**RGVITVR secundum contra secundam Rationem. Ex eo, quod intellectus prius dimanet ab Anima, quam voluntas, non insertur, intellectum esse perfectiorem voluntate, immo oppositum insertur: ergo secunda ratio cōclusionis est nulla. Antecedens probatur prius ratione Scotti, Quia natura incipit ab imperfectioribus, & quod est prius generatione, est imperfectius: ergo ex eo, quod intellectus prius dimanet ab Anima, quam voluntas, non insertur, intellectū esse perfectiore voluntate, immo oppositū insertur.

414 Secundò probatur Antecedens, Nam quod est posterius in executione, est prius in intentione, sed voluntas est posterior in executione, quam intellectus, cum posterius ab Anima dimanet: ergo est prior in intentione. Sed quod est in intentione prius, simpliciter est perfectius, habet enim

rationem finis, finis autem perfectior est ijs, quæ sunt ad finem: ergo idem quod prius.

415 Tertiò, Quia fides prius dimanat à gratia, quam charitas, & tamen non est perfectior chariate: ergo, &c. Quarto. Nam quantitas prius dimanat à substantia corporea, quam qualitas; & tamen non est perfectior qualitate, hæc enim est operativa, vt constat in naturali potentia, non autem quantitas: ergo.

416 Respondetur negando Antecedens. Ad cuius primam probationem respondetur primò, negando Antecedens. Nam in Sententia ipsius Scotti primum cognitionis specie alissima; & tamen hæc cognitione simpliciter est perfectior cognitione graduum superiorum: ergo in Sententia Scotti non est absolute verum quod natura ab imperfectioribus incipiat.

417 Secundò respondetur distinguendo Antecedens, incipit ab imperfectioribus, si imperfectiora à perfectioribus essentialiter non dependant, concedo Antecedens, si dependant, nego Antecedens, & Consequentiam. Quando enim imperfectius essentialiter à perfectiori dependet, necessarium est, quod à perfectiori incipiatur. Quemadmodum assensus Conclusionis supponit assensum Præmissarū & electio intentionem; cum tamen assensus Præmissarum sit simpliciter perfectior assensu Conclusionis, & intentione electione: eò quod ele-

electio intentionem, & assensus Cōclusionis assensum Præmissarum es-
sentialiter præsupponit. Idem con-
tingit in voluntate respectu intel-
lectus. Ad illud verò, quod addi-
tur, nimicum illud, quod est gene-
ratione prius, esse imperfectius, re-
spondetur falso esse vñiversaliter
intellectum. Forma enim substancialis prior est generatione suis
proprijs passionibus; & tamen non
est imperfectior illis.

418 Ad secundam probatio-
nem Antecedētis distinguo Ma-
jorem, quod est posterius in exe-
cutione, & habet rationem finis,
concedo Majorem, quod absolute
est in executione posteriorius, nego
Majorē, & sub eadem distinctione
Minoris nego Consequentiam. Li-
cet enim il iud, quod est in execu-
tione posteriorius & simul habet ra-
tionem finis; sit prius in intentione;
absolutè tamē falso est illud, quod
est in intentione prius, esse in ex-
ecutione posteriorius. Forma enim substancialis prior est in intentione
suis proprijs passionibus, & tamen
non est in executione posterior,
sed etiam prior. Cum non forma ad
passiones, sed passiones ad formam
consecuantur.

419 Ad tertiam probatio-
nem Antecedentis concessa Majore
& Minore, nego Consequentia. Et
ratio discriminis est. Nam fide nō
est perfecta proprias gratiæ, eò
quod tantum modò datur ad cog-
noscéndum Deum obscurè & ængi-
maticè. Charitas verò est proprie-
tas perfecta ipsius gratiæ, quia tri-

buitur ad almandum Deum in se &
propter se. Quare licet prius dimi-
net fides, quam charitas, non infer-
tur fidē esse perfectiorē charitate.

420 Ad quartam probatio-
nem Antecedenti respondetur ne-
gando Minorem. Ut enim diximus
in 1. Physic. Quest. 2. Art. 2. §. 3.
quantitas potest gerere vices mate-
riæ primæ, quæ est substantia; &
consequenter perfectior est qual-
itate, quæ est accidens. Nec obest,
quod quantitas non sit operativa,
vt qualitas, ne sit simpliciter per-
fectior qualitate: materia namque
prima operativa non est, & tamen
qualitas non est perfectior materia
prima.

431 A R G VITVR tertio
contra Conclusionem
Per voluntatem dicimus & sumus
Domini nostrorum actuum, & vo-
luntas movet imperativè omnes
alies potentias ad agendum, quod
non convenit intellectui; sed hoc
arguit majorem perfectionem sim-
pliciter in voluntate: ergo voluntas
est simpliciter perfectior intelle-
ctu. Probatur Minor. Vnumquod-
que enim movet secundum quod
est in actu, movetur autem secun-
dum quod est in potentia; sed mo-
tivum nobilius & perfectius est
mobili, & passivo: ergo &c.

422 Confirmatur. Nam
illa potentia est simpliciter per-
fectior, in qua perfectior residet ha-
bitus; sed in voluntate perfectior
residet habitus, quām in intellectu,
in voluntate enim residet Charitas,
in intellectu verò fides; Charita-
tas

tas autem perfectior est fide juxta Apostolum 1. ad Corinth. 13. Major autem horum est Charitas: ergo &c.

423 Respondetur pri-
mò ad Argumentum distinguendo Majorem quoad ultimam partem, non convenit intellectui proximè, concedo Majorem, radicaliter, ne-
go Majorem, & Minorem & Con-
sequentiā. Ad probationem Mi-
noris concessa Majore, distinguo
Minorem, est perfectius mobili &
passivo, quod est pure passivum &
mobile, concedo Minorem, quod
est etiam radicaliter motivū, nego
Minorem, & Consequentiam.
quamvis enim per voluntatem li-
bere operemur, dominique dicam-
mur nostrorum actuum, & omnes
alias potentias quoad exercitium
moveat ad agendum, totum hoc ta-
men ab intellectu radicaliter pro-
venit: ideo namque liberè opera-
mur, quia presupponitur judicium
indifferens intellectus, quod propo-
nitur objectum cum indifferentia
voluntati: & eatenus voluntas mo-
vet alias potentias quoad exer-
cium, quatenus est appetitus ratio-
nalis, qui in hac motione ab in-
tellectu dirigitur. Ex hoc autem
potius inferitur, quod intellectus
sit simpliciter perfectior voluntate:
illud enim, quod se habet per mo-
dum principij radicalis, perfectius
est illo, quod per modum princi-
pij tantum proximi se habet.

424 Ad Confirmatio-
nem respondetur concessa Majo-
re, negando Minorem. In intelle-

ctu namque recipitur perfectissi-
mus habitus supernaturalis, lumen
scilicet gloriae, quod simplicit er
est perfectius Charitate. Ut autem
una potentia sit simpliciter perfe-
ctor altera, sufficit, & requiritur
quod perfectissimus habitus &
actus unius excedat perfectissimum
habitum & actum alterius: quod in
presenti contingit, Nam perfe-
ctissimus habitus in linea intelle-
ctiva est lumen gloriae, & perfe-
ctissimus actus in tali linea est visio
Dei. Perfectissimus vero habitus
in linea volitiva est Charitas, &
perfectissimus actus in tali linea est
amor Dei; Lumen autem gloriae
& visio beatifica simpliciter exce-
dunt Charitatem & amorem Dei.

425 Nec huic Solutioni
opponitur Auctoritas Apostoli in
contrarium adducta. Nam ibi tan-
tum docet Charitatem esse perfe-
ctissimam inter omnes habitus viæ,
non tamen inter omnes habitus
patriæ. Quid autem in hoc sensu
loquatur, ex ipso textu colligitur:
inquit enim: *Nunc autem manent, fides, spes, charitas: tria haec, major autem horum est charitas.* Cum
ergo in patria fides, & spes non
maneant, certum est Apostolum
non loqui de habitibus patriæ, sed
viæ.

426 **A** RGVITVR quartò
Objectum voluntatis est simpliciter perfectius objec-
to intellectus: ergo voluntas est
simpliciter perfectior intellectu.
Consequentia constat. Antecedens
vero probatur. Quia voluntas ha-
bet

bet pro objecto ipsam rationem boni, non verò intellectus; sed bonum idem est ac perfectum: ergo objectum voluntatis simpliciter perfectius est objecto intellectus.

427 Confirmatur primò. Id, quod habet rationem finis, perfectius est eo, quod rationem finis non habet; sed objectum voluntatis habet rationem finis, est enim bonum; bonum autem & finis idem sunt: ergo &c.

427 Confirmatur secundò. Nam illud est perfectius, cuius oppositum est pejus: *Pessimum enim* (ait Philosophus 8. Ethic. cap. 10.) *id est, quod est contrarium optimo;* sed odium Dei, quod contrariatur actui charitatis, est maximum omnium peccatorum: ergo ipse actus charitatis est perfectissimus omnium actuum; & consequenter voluntas erit perfectior intellectu.

429 Confirmatur tertio, Quia ordo Seraphinorum est superior ordine Cherubinorum, ut docet Dionysius cap. 7. de cœlesti Hierarchia; sed nomen *Seraphim* dicitur ab ardore charitatis, *Cherubim* verò à plenitudine scientiæ: ergo charitas perfectior est scientia, aut intellectu. Confirmatur quartò, Quia ab actibus voluntatis denominantur boni, non autem ab actibus intellectus: ergo &c.

430 Respondeatur ad Argumentum negando Antecedens. Ad cuius probationem dicendum est, quod voluntas habet pro objecto ipsam rationem boni,

concretam tamen & nimis imperfectam in ratione objecti, et quod importat existentiam à parte rei exercitam; objectum verò intellectus habet pro objecto rationem veri magis abstractam; unde objectum intellectus in ratione objecti perfectius est objecto voluntatis. Nec ex eo, quod voluntas habeat pro objecto ipsam rationem boni, colligitur esse perfectiorem intellectu habente pro objecto rationem veri: nam verum respectu intellectus habet rationem boni; aliunde autem excedit ex eo, quod magis abstractus. Ex quibus constat ad primam Confirmationem.

431 Ad secundam Confirmationem respondeatur primò cum Cajetano c. p. quest. 73. art. 4. in Solutione ad 2. illud Aristotelis dictum solum verificari in illis, quæ contrarium habent; visio autem beatifica & lumen gloriae ob maximam illorum perfectiōnem contrario carent; quarè in illis non habet locum illud dictum.

+ 432 Secundo respondeatur ex Ferrarensi 3. contra Gent. cap. 26. Quod si comparatio fiat, ut fieri debet, inter privationem visionis beatificæ, & privationem amoris divini, majus malum est privatio visionis beatificæ, quam privatio amoris divini, nam privatio visionis beatificæ privat multo majori bono.

+ 433 Tertio cum alijs responderetur, illud Philosophi dictum esse topicum tantum & proba-

babile, non tamen semper verum, eo quod patitur plures & manifestas instantias, quarum unam vel alteram apponemus. *Pessimum opponitur optimo;* sed sensus visus est optimus omnium sensum: ergo privatio sensus visus est pessima inter privationes omnium sensuum: ergo peior est privatione sensus talis. Hæc tamen Consequentia mala est, privatio namque sensus talis privat majorib[us] bono, nempe vita: ergo dictum illud Aristotelis universaliter non est verum.

434. Secunda instantia est, Nam juxta ipsum Philosophum 2. *Topic. cap. 4.* Melior est bona habitudo corporis, quam sanitas; & tamen ex hoc non sequitur quod mala habitudo corporis, sit peior, quam infirmitas: ergo idem dicendum est in nostro casu.

435 Ad tertiam Confirmationem respondetur Cherubim dici à plenitudine Scientiæ & cognitionis in via, juxta illud Eze-


chielis 28. vbi Lucifer Cherubim appellatur: *Tu. Cœr nob extenuis & protegens.* Seraphim vero dicitur ab ardore charitatis in Patria; non negamus autem charitatem in Patria excedere cognitionem in via. ¶ Ad tertiā Confirmationem responderetur ex illa tantum inferri esse perfectiores actibus intellectus in genere moris, non tamen in genere physico. Immò nec hoc infertur: quod enim actus voluntatis denominantur liberi, & boni, ab intellectu tanquam à prima radice diminut, ut ex superius dictis satis constat. Et hæc de hoc Articulo, neconon de qualicunque nostro Philosophiæ Cursu dicta sufficiant. Quæ vtinam in D. O. M. gloriam cedant, Deiparæ Virginis, Maximi Parentis Hieronymi, Angelici Præceptoris D. Thomæ, cuius Doctrinæ adhærere studimus: si quid tamen ab illa proficiencia nostra recessimus, libentissimo id animo retractamus.

FINIS.

Ue Conclito die 22 aucto. dia ac 8^{ta}

-Cœlia-

IN



INDEX RERVM NOTABILIVM

QVÆ IN HOC QVARTO TOMO

COTINENTVR.

Prior Numerus Folium : posterior Numerum marginalem indigitat.

A

Actus est simpliciter perfectior potentia. 80. 291.

Æstimativa ad quid deseriat. 180. 761.

Amor est primus actus, qui elicatur à voluntate. 288. 398.

Animæ Tractatus alios Dignitate & Utilitate præcellit. 2. 2.

Animæ major est ipso Cœlo. 2. 3.

Animæ quid sit. 10. 3. & 12. 10.

Animæ dupliciter definitur. Ibidem.

Animæ prima Diffinitio est essentialis. 23. 4.

Anima secunda Diffinitio est descriptiva. 24. 54.

Anima adæquate dividitur in Vegetativam, Sensitivam, & Intellectivam. 28. 70.

Animæ divisio in Vegetativam & Sensitivam est in species subalternas. 33. 93.

Animæ divisio in Intellectivam est divisio in species infinitas. Ibidem nnn. 94.

Animæ vegetativa in sensitiva secundum gradum genericum, & utraque in rationali formaliter continetur. 45. 138.

INDEX RERUM EOTABILIVM.

- Anima sensitiva secundum ultimum sui gradum est formaliter vegetativa. 49. 156.
- Anima rationalis secundum ultimum sui gradum est formaliter vegetativa & sensitiva. Ibidem.
- Animæ vegetativæ, & Animæ animalium imperfectorum sunt divisibiles. 54. 174.
- Animæ rationalis, & Animæ animalium perfectorum sunt indivisibles. 59. 198.
- Animæ vegetativæ potentiae sunt tres, Nutritiva scilicet, Augmentativa, & generativa. 83. 329.
- Animæ vegetativa quomodo definiatur? 89. 331.
- Animæ rationalis est pure spirituus. 194. 2.
- Animæ rationalis est immortalis & incorruptibilis. 200. 31.
- Appetitus dulplex, alter innatus, alter elicitus. 280. 363.
- Appetitus cognoscitibus est potentia passiva vitalis nata ex se moveri ab apprehensio. Ibid. 364.
- Appetitus cognoscitibus ut sic dividitur in animalem seu sensitivum, & rationalem seu intellectivum. 281. 366.
- Appetitus sensitibus dividitur in Irascibilem, & Concupiscibilem 282. 371.
- Auditus quid habeat pro objecto? 168. 655.
- Axioma illud, *Vnusquisque est propter suam operationem, quomodo intelligendum?* 16. 24.
- Axioma illud. *Ee intellectu & intelligibili sit maius unum, quam ex materia & forma, explicatur.* 257. 271.

C

- Capilli informantur Animæ vegetativa tantum. 257. 237.
- Chameleon an aere nutritur? 10. 388.
- Caro informantur Animæ vegetativa & enervativa. 67. 231.
- Cogitativa hominis an discurrat? 190. 8. 2.
- Co or quid si? 156. 646.
- Contentus quid? 289. 403.
- Consilium quid? 232. 403.
- Consilium quomodo distinguitur ab Electione. ibid.
- Corpus organicum quid? 12. 8.

D

- D liberatio quid? 289. 403.
- Desiderium quid? 287. 402.
- Desiderium quomodo distinguitur à spe? Ibid.
- Dentes informantur Animæ vegetativa tantum. 67. 231.
- Diffinicio Animæ duplex à Philosopho assignatur. 10. 3. & 12. 10.

Dif-

INDEX RERUM NOTABILIVM.

- Diffinitio prima Animæ est essen-
tialis. 23. 46.
Diffinitio secunda Animæ est des-
criptiva. 24. 94.

E

- Echo quo modo generatur? 162.
671.
Electio quid? 289. 403.
Electio quemodo distinguatur à
consilio? *Ibidem.*
Eunuchi an habeant potentiam
generativam? 90. 337.

F

- Frigidi an habeant potentiam ge-
nerativam? 90. 337.
Fruitic quid? 289. 404.

G

- Genera potentiarum Animæ sunt
quinque, nimirum Vegetati-
vum, Sensitivum, Loco moti-
vum, Appetitivum, & Intel-
lectivum. 37. 107.
Genera potentiarum Animæ plu-
res potentiarum species sub se
continent. 38. 112.
Gustus objectum est sapor. 167.
697.



I

- Imaginativa ad quid deserbiat?
Inscriptio alicuius Operis, vel
Tractatus non solum ab Obje-
cto quod, sed etiam ab Obje-
cto quo desumi potest. 8.
20.
Intellectio non est actio perti-
nens ad Prædicamentum actio-
nis, sed qualitatis. 262. 291.
Intellectio verè est actio & ope-
ratio. 264. 298.
Intellectio creata, quæ est visio
beatifica, non producit ver-
bum, quæcumque vero altera
illud producit. 268. 319.
Intellectus possibilis, vel passibi-
lis datur in homine. 207.
56.
Intellectus etiam agens. *Ibidem.*
57.
Intellectus agens realiter distingui-
tur ab intellectu possibili. 208.
59.
Intellectus possibilis quid habeat
pro objecto adæquato specifi-
cativo? 222. 120.
Intellectus Angelicus & humanus
quomodo distinguuntur? 76.
anum. 274.
Intellectus humanus pro hoc statu
conjunctionis ad corpus habet
pro objecto proportionato so-
lam quidditatem materialem à
conditionibus individuantibus

INDEX RERVM NOTABILIVM.

materialibus abstractam. 227.

139.

Intellectus separatus à corpore habet pro objecto proportionato quidditates spirituales cum ipso in eodem gradu immaterialitatis convenientes. 229. 150.

Intellectus secundum se præscindit ab objecto proportionato. 230. 154.

Intellectus noster quomodo cognoscat singulare materiale? 235. 169.

Intellectus non potest intelligere plura per modum plurium. 275

337.

Intellectus est perfectior voluntate. 290. 405.

Intentio quid? 289. 401.

Judicium intellectuale indifferenter Proponens objecta est in voluntate radix libertatis. 286. 389.

L

Lac dum est in scemina informantur & vivit vita vegetativa. 69.

242.

Libertas datur in voluntate. 286. 386.

Libertatis radix in voluntate est judicium intellectuale indifferenter proponens objecta. Ibid. 389.

Lux quid sit? 156. 644.

Lynxes an vita parietem videant? 150. 619.

M

Memoria ad quid deserviat? 180.

762

Memoria hominis an discurat? 190. 802.

Modi vivendi sunt quatuor, nimirum vegetativum, sensitivum, Loco-motivum, & Intellectivum. 24. 97.

Mulieres masculæ, quæ Machoras vulgo dicuntur, an habent potentiam generativam? 90. 337.

Mulier habet potentiam generativam? Ibidem.

N

Nervi informantur Anima vegetativa, & sensitiva. 67. 231.

O

Objectum horum Librorum est ens seu corpus animatum. 5. 8.

Objectum, id est materia circa quam potentia generativa nutritiva, & augmentativa est alimentum. 97. 367.

Objectum adæquatum intellectus quid sit? 222. 120.

Objectum intensivum, extensivum, proporcionatum, motivum, & terminativum quid sint? Ibid. 139.

Olor

INDEX RERUM NOTABILIUM.

Odor non est substantia. 163.

678.

Odor est in genere accidentis, quod
est qualitas. *Ibid.* 679.

Odor est qualitas secunda extem-
peramento primarum qualita-
tum resultans, siccitate domi-
nante, & calore humidum de-
coquente. *Ibid.* 684.

Olfactus quid habeat pro objec-
to? 163. 678.

Organicum corpus quid sit? 128.

Ossa informantur Anima vegeta-
tiva tantum. 67. 231.

P

Phantasia ad quid deservat? 180.
760.

Phantasia quomodo concurrat cum
intellectu agente ad produc-
tionem specierum intelligibili-
lium? 217. 103.

Potentiae Animæ genericè sunt
quinque, nimirum. Vegetati-
vum, Sensitivum, Loco-moti-
vum, Appetitivum, & intelle-
ctivum. 37. 107.

Potentiae Animæ sic genericè sup-
era plures potentiarum species
sub se continent. 38. 112.

Potentiae Animæ specificantur, &
realiter distinguuntur per actus,
& objecta. 74. 160.

Potentia non est simpliciter perfe-
ctio actu. 80. 260.

Potentiae Animæ possunt divinitus
ab ipsa Anima realiter sepa-

rari. 84. 312.

Poteniae Animæ vegetativæ sunt
tres nimirum Nutritiva, Aug-
mentativa, & generativa. 88.
329.

Potentia generativa an detur in
pueris, frigidis, eunuchis ma-
lieribus sterilibus, sive in scolis,
& mulieribus? 90. 337.

Potentia nutritiva, augmentativa,
& generativa realiter distin-
guuntur. 91. 345.

Potentia generativa est perfectior
nutritiva, & augmentativa. 94.
359.

Potentia generativa magis con-
naturalis est, quam augmentativa
& nutritiva. *Ibid.*

Potentia generativa, nutritiva, &
augmentativa habent pro ob-
jecto, seu materia circa qua
versantur, alimento. 97. 379.

Pyrausta an in igne nascatur? 100.
387.

S

Salamandra an in igne nutri-
ta? 100. 386.

Sanguis animalis vivit vita vege-
tativa. 71. 253.

Sapor quid sit? 167. 695.

Saporum species quot? 166.
704.

Semen dum est in animali in
formatur vita vegetativa. 69.
242.

Sensibile externum est triplex,
nimis per se, commune, &
per

INDEX RERUM NOTABILIVM.

- per accidens. 115. 443.
 Sensibile externum ad aequalem di-
 viditur in tria praedicta sensibili-
 lia. *Ibid.* 452.
 sensibile proprium in quo differat
 a communis. 116. 456. & 462.
 Sensibile per accidens quod modo
 differat a sensibili per se. 119.
 470.
 Sensibile commune non immittit
 sensui externe speciem distin-
 ctam ab ea, quam immittit sen-
 sibile per se. 121. 479.
 Sensibile positum supra sensum
 laedit ensim, & a sensu attingi
 nequit. 123. 492.
 Sensus laeditur a vehementi sensili-
 tati non solum ratione specie-
 rum, quas ut agens intentionale
 imprimis sensui, sed etiam ra-
 tione sensationis, quae a sen-
 su medijs illis speciesbus elici-
 tur. 129. 523.
 Sensus sunt potentiae passivae si ad
 objectum motivam, activae ve-
 ro si ad objectum terminativum
 comparantur. 104. 492.
 Sensus non decipitur per se circa
 sensibile proprium sive in com-
 muni, sive in particulari su-
 peratum. Circa sensibile vero com-
 mune & per accidens potest
 sensus per se decipi. 133. 546.
 Sensus exterius licet virtutiter &
 in actu exercito reflectat supra
 suos actus, formaliter tamen
 & in actu signato non refle-
 xit. 134. 552.
 Sensus externi sunt quinque: &
- qua ratione inclusum proba-
 tur. 141. 580.
 Sensus externi nec de potentia ab-
 so uta possunt formare speciem
 expressam vel idolum. 144.
 593.
 Sensus interni quorū? 179. 756.
 Sensus communis ad quid deser-
 viant? 180. 658. &c.
 Sensus interni realiter inter se dis-
 tinguantur. 181. 765.
 Sensus interni omnes in quoli-
 bet animali inveniantur 188.
 a num. 791.
 Serire est quoddam pati causaliter,
 non formaliter. 106. 412.
 Sonus quid sit? 158. 655.
 Species inseparabiles attinguntur ab
 alternativa. 130. 761.
 Species impressæ necessario ad
 cognoscendum requiruntur.
 240. a num. 193.
 Species non est totale prīcipium
 operationis sensitivæ. 106. 412.
 Species impressa repræsenta for-
 maliter objectum. 245. 273.
 Species impressa concurreat effecti-
 ve ad cognitionem. 250. 236.
 Species intelligibilis non sit vnum
 per identitatem cum in effec-
 tu. 253. a num. 258.

T

Tactus objectum est qualitas tan-
 gibilis, ut calidum & frigidum,
 molle, & durum. 170. 712.
 Tactus non sentit qualitates, que

in

INDEX RERVM NOTABILIVM.

In ipso sunt ex vi temperamenti naturalis, nec quas recipit ex vi alterationis activae naturalis sed illas tantum, quae per aliquid medium distant a sensu tactus. 172. 719.

Tactus organum non est c^{ro}, sed nervis quidam, qui per totum corpus diffunditur, & ipsa carne coniegitur. Ibid. 721.

Talpa nō caret adæquate viu. 36. 104.

Tangibiles qualitates per se primo sunt qualitates primæ: tangibiles vero qualitates per se secundo, sunt secundæ. 171. 715.

Tangibile qualitates non constituant objectum tactus, nisi illas excedant, quibus organum ipsum tactus constituitur. Ibid. 716.

Iucidum, ratio autem formalis sub qua est lux, objectum vero materiale principalitatis est color. 153. 628.

Vivendi modi sunt quatuor; in primis vegetativum, sensitivum, loco-motivum, & intellectivum. 34. 97.

Vngues informantur anima vegetativa tantum. 67. 237.

Voluntas est libera. 285. 386.

Voluntas necessitatibus quoad specificationem circa bonum, seu beatitudinem in communione, non vero quoad exercitium. 287. 392.

Voluntas non est perfectior intellectui. 291. 405.

Visus quid?

289. 494.

Z

Z hories an videre possint quæ in visceribus terræ latentes 150. 517.

FINIS.

V

Visus objectum adequatum est

MYSTICATON MURKELYU

2021 Annual State Audit Report


472 - As mudanças culturais em

EINIS

of individual's demonstrability and believability of demonstration
Variation of Aristotle's pre-eminence is met. This of course is
mainly in potential. This of human-made. Places attention primarily
to qualities or operations. Very intelligent approach. The good now
is not something good present only. It is something
present for now, of little continuing future value, arising in the
existing situation. This of potentiality. Good function may be
highly pleasurable. It's fine in a man, to enjoy passing
long time. A person can be interested in, engaged in, passing
time. A person can be interested in, engaged in, passing
time by going to places, highly interesting, and
spending time there. In other words, it occurs naturally in life.
or reformist, it is better if he, in actual work

Col. *Catellus* et *Silicus*, grad. p.
nitionemque, taliq. sig. isti, g. mobil. & longitentia tempora
l. & g. curvata; no 2^o g. mobilis & tubercles in uniformi mo-
sus enim no 2^o curva mouens; 1^o mobilis. unde ex eo q. 1^o curva
f. & longitentia, tuberosa signum g. mobilis ex uniformitate

Vorzugidem; id bene sume et non solum intermixto. immo
multo melius oblige debet esse in operatione formalis quam
in operat. quia id est idem sit timor omnino exomphalisticus
quod ex hyperga. neque et multo rarer est id in operatione
ex virtute phantasie quod sit in causa virtuali: utrum etiam numer
datur et ad numeracionem quod in causa reali sit reali: id quo
minus quod id est in operatione virtuali et in causa reali
negatur quod id est idem sit timor omnino exomphalisticus
quod ex numero phantasie debet esse in operatione virtuali:
quoniam id est rarer et rarer exomphalisticus



79

11139